cum Eliſabetha ; conſequi poterat : parere enim conditioni tenebatur , ea autem illius renunciatione ſublata, & veluti defecta , libera hæreditas Eliſabethæ fuit l.1.C.de inſtit.& ſub.l.vter ex fratribus.ff.de condit.inſtitut.l.Titio. §.ante nuptias. ff. de condi.& demonſt.quæ iura in idipſum adducta in tertio dubio expendimus, caſum terminantia. Sed & conſilium Oldradi ad litteram codē dubio ad latum idem probat,cum alijs inibi exaratis.

Renunciationē vero nunc agentibus obeſſe quis vnquam poterit dubitare?cum pactum fuerit,& iuramento ſtabilitum , acceptatione Eliſabethe expreſſe authoratum , & cum non ex propria perſona , ſed Philippi actores intendant, vt ex libello & petitione conſtat ipſorum?Porro pacta ad hæredes, & contra hæredes tranſeunt , neque aliud in iure toto vel tritum magis , aut notum ſciri poteſt Brocardicum . Ad hæc renunciatioipſa vim habet donationis , vt dixerunt multi:& magis communem auſus fuit dicere Beroius conſ.51.lib.1.vt in iure radicato, & quæſito inſinuatio requiratur.

Sed & animaduertendum ampliſsimam illam renunciationis à Philippo factę formulam , ſimul cum pacto de non petendo contextam fuiſſe:cuius clauſulę,inter alios quos gloſ. in §. præterea debitor inſtit.de exceptioni. recenſet effectus, hic eſt vnus potiſsimus,vt naturaliter nuſquam petere obliget, & obſtet agenti exceptio perpetua : ſicuti enim negatiua conditio ( vt in tertio dubio dicebam )obligat perpetuo, & pluſquā affirmatiua, ſic negatiua clauſula de nō petendo: atque ideo pacta inuiolabilia permanent:vt ex multis reſoluit Tiraquel. in dict. §. hoc ſermone limitatio. 7. à num. 1. fiet igitur vt pactum de non petendo,non ad primas tantum , ſed ad ſecundas & vlteriores protendatur nuptias.

*Sextum Dubium.*

VTRVM licentia conceſſa per Philippum de Sacirera , dictæ Eliſabethæ de Sacirera , contrahendi matrimonium cum Frāciſco de Caſſador,obſtet dictis Ioſepho, & Franciſco , ius & cauſam à dicto Philippo habentibus,agētibus cōtra coniuges Marchs & Altarriba , ad recuperationem bonorum donatorum per dictum Ioannem antiquiorem,in dictis capitulis matrimonialibus contentorum , in vim prædicti prætenſi fideicōmiſsi.

*Dubij Sexti Reſponſum.*

FVIT Reſponſum in Tertio & Quinto Dubio.

89 Alia autem † quæ circa prædictam quæſtionem contingere poſſunt in cōditione vel modo contrahendi matrimonij cum aliqua tractarunt fusè Acoſt.& Molin.in locis ſupra citatis & eruditiſsimè illuſtriſs. Cardinalis Manti. d. titu.18. & titu.19.ſequenti vbi & de conditione negatiua ſi non nupſerit egit.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum de lucrando dote vel donatione propter nuptias reſpectiue factum à coniugibus in capitulis matrimonialibus,an ſit validū.*
2 *Pacta de ſuccedendo reprobata.*
3 *Donationes mutuæ inter coniuges reprobatæ.*
4 *Teſtandi facultas hominibus ex priuilegio cōceſſa.*
5 *Pacta reciproca de ſuccedendo inter coniuges valent.*
6 *Reciproci actus ſuſtinentur,quia aliàs inualidi forent.*
7 *Pacta de ſuccedendo inter coniuges, votū captandæ mortis non inducunt.*
8 *Pactum de lucrando donationem propter nuptias cōtractū à muliere minore validū eſt.*
9 *Pactum de lucrando dotem etiam dote non ſoluta effectum ſortitur.*
10 *Dos ex ſola promiſſione conſtituitur.*
11 *Stipulatio de lucranda dote,in dote tantū promiſſa locum habet.*
12 *Maritus fructus dotis nō lucratur, niſi rebus tantum ſibi traditis.*
13 *Pactum de lucrando dotem , vel donationem propter nuptias, etiam in vxore nondū traducta vin dicat.*
14 *Statuta ſtrictam recipiunt interpretationem.*
15 *Traductio mulieris ad domum,non pertinet ad ſubſtantiam matrimonij.*
16 *Conſtitutiones huius Principatus Cathaloniæ non verè ſtatuta dici poſſunt.*
17 *Mulier minor ſeptennio licet traducta,non lucratur donationem propter nuptias in vim pacti.*
18 *Diſpoſitio queuis de perſonis loquens , de habilibus intelligenda eſt.*
19 *Maritus impotens , & frigidus in vim pacti dotem non lucratur , licet vxorem traduxerit.*
20 *Mulier ante copulam inuito marito religionē ingredi poteſt.*
21 *Maritus in vim pacti de lucrando dotem poſt mortem vxoris , lucratur ipſam ea ingrediente religionem.*
22 *Maritus, vel mulier reſpectiuè in vim pacti non lucrantur dotem vel donationem propter nuptias , niſi matrimonio contracto in facie Eccleſiæ iuxta formā S.C.Tridentini.*
23 *Statuto ſtante quod maritus, vel mulier reſpectiue lucrari dotem vel donationem propter nuptias*



*nuptias non poſsint niſi copula ſubſequuta, eo in caſu ſola deſpenſatio per verba de præſenti,vel traductio non ſufficeret.*
24 *Pacta de lucranda dote , & donatione propter nuptias in ſecundis nuptijs recipiuntur,etiā vbi alter haberet filios ex priori matrimonio.*
25 *Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias valent etiā quoad augmentū dotis.*
26 *Augmēti, & ſortis principalis idē eſt iudiciū.*
27 *Pacta de lucranda dote,vel donatione propter nuptias tam ex teſtamento quam abinteſtato locum habent.*
28 *Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias non habent locum in matrimonio putatiuo.*
29 *Iura de dote loquentia in dote etiam putatiua procedunt.*
30 *Statuto ſtante quod bona viri, & mulieris conſtante matrimonio quæſita communicentur, etiam ea communicanda ſunt,quæ in matrimonio putatiuo lucrata fuerunt.*
31 *Bona conſtante matrimonio putatiuo adquiſita ſecundum magis communem opinionem communicanda non ſunt.*
32 *Pacta inter virū & vxorem de inuicem ſuccedendo, æqualia eſſe debent.*

## QVÆSTIO XXX.

### *PACTVM INTER CONIVGES de lucranda dote,vel donatione propter nuptias altero præmoriente , An validum.*

1 DVBITATVM † aliquādo apud veteres fuit an pactum inter cōiuges contractum vt eorum ſuperſtes præmoriētis dotem, vel donationē propter nuptias lucretur validum ſit,non enim valere poſſe vi-
2 detur , quoniam vt iuris tritiſsima † regula vult , pacta hæc de ſuccedendo vnum alteri ſunt omnino improbata,l.licet l.pactū quod dotali l.fina.C. de pact.vbi ſcribētes omnes & in l.ſtipulatio hoc modo concepta vbi cæteri de verbo.oblig.dixi queſtio.2.& 3.quia tollunt liberam teſtandi facultatem , & votum captandæ mortis inducunt vt ibi & in dictis iuribus dicitur; ita fiet vt pactum hoc cum illis idem,non valere videatur.Secundo
3 † & altera ratione improbari videtur quod inter coniuges mutuæ donationes inutiles ſint,ne mutuo amore ſeipſos ſpolient, titulis digeſtorum,& codicis de dona. inter vir. & vxor. & in decretal.vnde nullo iure huiuſmodi pacta,quæ donationem redolent ſuſtineri poſſunt.

4 Tertio ſpetiali legis † beneficio hominibus indultum eſt vt de rebus ſuis diſponere poſsint eo tempore,quo domini eſſe nō poſſunt,niſi ſub certa forma, ideſt teſtamento, & ſolemni voluntate extrema à lege approbata l.in tempus ff.de hæredi.inſti.omnes in l.1.C.de ſacroſ.Eccleſi. Alciat. in l. pactum quod dotali C.de pact.fusè Vaſq. tracta. de ſucceſsi.creatio.§.2.in princi.& §.11.nu.40. qui communem dicit inde pactum de futura ſucceſsione improbari ſolet d.l.fina. l. ex eo C. de inuti. ſtipula. l. cum donationis C.de tranſactio.Proinde nec inter virum,& vxorē valere Imperator ſtatuit in l.hæreditas C.de pact.conuent. *Hæreditas* (inquit lex) *extraneis teſtamento datur,cum igitur affirmes dotali inſtrumento pactum interpoſitum eſſe vice teſtamenti,vt poſt mortem vxoris bona eius ad te peruenirent,quæ dotis titulo tibi non ſunt obligata , intelligis te nulla actione conuenire poſſe hæredes ſeu ſucceſſores eius vt tibi reſtituantur,quæ nullo modo debentur* . Hucvſque lex , quæ aperte pacta de ſuccedendo inter virum & vxorem improbat.

5 Contraria † tamen opinio , & verior &
6 receptior eſt.valere ſcilicet pacta † reciproca inter maritum, & vxorem de ſuccedendo adinuicem cum & inter aliàs perſonas pacta huiuſmodi reciproca valida ſint Cyn. Bald. Pau.de Caſ.Sali.& omnes in l. ſi pater puellæ C.de inof.teſtam.vbi & Iaſſ.poſt cæteros, idem in l.ex hoc iure num.55.de iuſti.& iur. vbi multa ſuſtineri ratione huiuſmodi reciprocationis docet aliàs non valitura gloſ.in l. licet C. de pact. & in l. 1. ff.de donat.int. vir. & vxor. Oldrad. conſ.139.vbi de pacto reciproco inter duos fratres facto de inuicē ſuccedendo loquitur Alexan.& Iaſſ.in d.l.fina.C.de pact.Ange.conſ.179. Roma.conſil. 26. col. 1. & in terminis quæſtionis noſtræ Oldrad.dicto conſ.5.Calder.conſ.1.ſub tit. de donatio.Dueny.in regulis litt. C. regula incipiente,conuertio facta inter maritum,& vxorem Nicol. Boeri.in conſ.Bituri. tit. de conſue.matrimo. §.1. verſicu. Sed quęro de quæſtione Pechi.tracta.de teſt. coniu. lib.1. cap.8.à num.1.Caſſ.in conſue. Burgun.rub. 4.§.7.glo.conſtant leur. nu.6. Rolan. à Val. conſ.62. lib.1. num.6. cum ſequent. Barbo. qui niſi duos citat in l.ſi ante num.10.ff.ſolu. matri.Surd.tracta.de alimen.tit.7.queſ.18. num.5.Ioan.Philip.conſ.48.num.12.Oſaſc. deciſ.Pedem.100. num.19. vbi egregie declarat Maſſue. in pract.titu. de ſocie.num.5. verſic.Item licet.Er hęc pacta in Cathalonia vocantur *agermanaments*,alios ſciens prætereo; ij omnes mouētur tex.in l.quod autem §.ſi vir ff.de donatio. int.vir.& vxo.quo prefata opinio euidentiſsimè probatur l. inter

ſocerum

ſocerum §.cum inter ff.de pact.dotal. l. be-
bius eod.titu.

Neq. obſtant præfatæ rationes, quibus
multipliciter noſtri ſatisfaciunt, ſed vna hæc
ſufficiet, prefatum inter virũ,& vxorem pa-
ctum de ſuccedendo reciprocum à iure fore
approbatum,idq.valere ſtatim vbi factũ eſt,
vnde etſi cæteræ donationes,& pacta de ſuc-
cedendo improbata ſint de his ad ſpeciem
quæſtionis noſtræ arguendum non eſt argu.
l.quod vero contra cum ſequen.duabus ff.de
legib.ſic reſpondent Pechi. & Oſaſc. ſupra.
7 Rurſus † neq. huiuſmodi pactis inducitur vo
tum captandæ mortis, nec impeditur libera
teſtandi facultas cum illico valeant, nec bo-
norum omnium pactum ſit vt ſuperiora,& in
his mutuis liberalitatibus nihil damni bo-
norum vè diminutionis alterutri parti adfer-
tur,cum compenſatio quędam fieri dicatur:
tantumq. adſit quãtum abeſt,vt nemo in hoc
caſu lædi dicatur. d. §. ſi vir.Neq. obſtat di-
cta l.hæreditas C. de pact. conuen.nam non
loquitur in pacto reciproco vt eſt hoc de
quo agimus ſed & tripliciter ſatisfaciũt ob-
iectis Oſaſc.& Pechi.ſupra.

8 Extende † communem opinionem vt &
valeat hoc pactum cõtractum à muliere mi-
nore viginti quinq. annorum l. 1. vbi Bal. in
2. notabi. C. ſi aduerſus don. ſic ex Angel.
Areti. Socin. Bolog. & alijs docet Boeri.in
conſuetu.Bituri.titu. de conſuetu.matrimo.
§.1.ad finem verſic. Et etiam profecto valet
Guil.de Cun.in l.ingenuum ff. de ſta. homi.
Barto.in l.2.quęſt.22. C. quæ ſit lon.conſue.
Alexan.conſ.65.col.2.lib.6. Rochi.de Cur.
Roma.Pau.de Caſt.Bal. & alij quos citat &
ſequitur Rolan. à Vall.tracta.de lucra.dot.
quæſt.44.num.12.Caualca.tracta.de tuto.&
curato. num.159. etſi ij loquantur in termi-
nis ſtatuti de lucro dotis conſequendo, ra-
tionem reddiderunt ſupra citati authores
quoniam propter incertitudinẽ mulier mi-
nor lędi non dicitur cum poſsit vir præmori,
& totam illius ſubſtantiam lucrari conſequẽ-
ter validum.

9 Secundo † extenditur regula prædicta,vt
& pactum ſuperius effectum ſortiatur in do-
te promiſſa etſi ipſa ſoluta non ſit;vnde ſi al-
ter cõiugum nondum facta numeratione vel
ſolutione moriatur, ſuperſtes ex pacto lucrũ
dotis,vel donationis propter nuptias conſe-
qui poteſt; quia dos nedum dicitur illa quæ
tradita fuit, & numerata marito, ſed & ea,
quæ tantum promiſſa licet nondum ſoluta,
10 cum † ex ſola promiſsione dos conſtituatur
l.cum poſt §.ſed is de quo, vbi glo.in verbo
habet dotem ff.de admi. tuto. l. aſsiduis C.
qui potiores in pigno. habean. l.vni. §. ſicut
enim C.de rei.vxo.actio.l.de diuiſionę ff.ſo-
lut.matrimo.vbi Iaſſon.num.8. Barto.antea
in l.nihil intereſt num. 1. ff. rei. amota. om-
nes in rubri.ff.ſolut.matrimo.alios citat Af-
flict.deciſio.61.num.2. Alexan. communem
dicens in l.ſi donaturus §. fina. ff. de condic.
cau.dat.cau.non ſequut.num.7.Iaſſ.num.14.
Rolan. à Vall.tracta.de lucra. dot. quæſt.5.
à num. 1. vbi latiſsimè ad vtramq. partem
diſerit, & magis receptam affirmat multos
citans in hanc ſententiam.Andre. Gail.li.2.
obſeruatio.obſeruatione 79.à nu. 1.deciſio.
Pedemon.21. à num.1.vbi ad vtramq. par-
tem diſputat.licet Menoch. conſ.338.num.
30. aduerſus communem vt dixi infra quæſt.
43.in verſic.Admittunt autem omnes.Iuua-
11 ri † quoq. hæc communis opinio ea ratione
poteſt quod ſtipulatio de lucranda dote non
tantum in dote data vindicet ſed & in dote
promiſſa l.ex morte §.hoc tamen C.de pact.
conuent.glo.in l.vni.§.accedat verbo fecerit
C.de rei.vxo.actio.Iaſſ.in rub. ff. ſolut. ma-
12 trimo.num.23.Andr. † Gail. dicta obſerua-
tio.num.7.qui inibi num. 9. animaduerten-
dum eſſe voluit prædicta non procedere in
prædijs, vel alijs rebus in dotem datis, qua-
rum dominiũ ex ſola promiſsione non tranſ-
fertur in maritum, niſi interueniente tradi-
tione;vnde niſi ſequuta traditio fuerit mari-
tus in vim huius pacti dotem lucrari non po-
terit l.de diuiſione vbi Bal. Imol. & cæteri
ff.ſolut.matrimo.l.dotale §.1. ff. de fun.do-
tal.glo.in l.1.verbo vniuerſe ff.pro dote vbi
Iaſſ. num. 5. ſcripſit ita omnes tenere; inde
idem Gail. præfata obſeruatione num. 10.
ſubinfert, maritum qui fructus dotis ex re
dotali lucratur l.dotis fructus ff.de iur. doti.
l.plerumq.§.ſi ſerui in fine l.pro oneribus C.
de iur. dot. non tamẽ eos lucrabitur niſi tra-
ditio præceſſerit, cũ res dotalis ex ſola pro-
miſsione non dicatur, niſi traditio,qua do-
minium quæritur interuenerit d.l.de diuiſio-
ne;cum nec dos quoad dominij translatio-
nem maiori priuilegio fruatur quam cæteri
contractus,vt poſt Iaſſon.in d.l.de diuiſione
Gail.tradit ſupra.

13 Tertio † ampliatur communis regula vt
procedat etiam nedum in vxore traducta,
ſed etiam in ſponſa deſponſata per verba
de præſenti nondum traducta hæc enim mo-
riente marito donationem propter nuptias
lucrabitur in vim huiuſmodi pacti, & è con-
trario maritus ſponſæ dotem; grauis eſt &
antiqua quæſtio hęc in materia ſtatuti de do-
te lucrãda an ſponſam per verba de præſenti
deſponſatam contineat.

Quam diſputationem decem hinc inde ad-
ductis argumentis proſequitur eruditè vt ſo-
let Rolan.tract.de lucro dotis quæſtio.106.
num.1.qui multos etiam affirmatiuam,alios
negatiuam tenentes refert nouiſsimè Gail.
lib. obſeruatio. 2. obſeruatio. 80. à num.1.
eandem ſuſcitauit quæſtionem Viui. deciſi.
220.num.15.& antea num.12. lib. 2. in qua
Barto. opinio communiter recipitur affir-
mantis locum habere in l. nihil ff. re. amot.
poſt gloſ. quæ idem docuit in §. nuptias in
auth. de nup. Rip.in rub. ff. ſolut.matrimo.
num.67.& huius opinionis communis mul-
tos refert Tiraq.in l.ſi vmquam verbo do-
natione largitus num.222.C.de reuo.dona-
tio.quam Rolan. & Gail. communem dixe-
runt inibi; ij tamen loquuntur in terminis
ſtatuti non in ſpecie noſtra, in qua de pacto
agimus: Vnde opereprætium eſt videre an
quæ rationes efficiunt vt ſtatutum deſponſa-
tos comprehendat, an ęedem vindicent, &
locum habeant in hoc caſu:Et quidem verius
eſt vt deſponſatos pactum comprehendat.
14 Primo † quia ſi ſtatutum quod aliàs ſtrictam
recipit interpretationem l.3.§.hæc verba ff.
de nego. geſ. l. labeo §. idem Tubero ff.de
ſupel.lega.Rolan.d.quæſt.106. nu.24. Gail.
dict. obſeruatione num.2.attenta communi
Barto.opinione in d.l.nihil.ff.rer.amot. cõ-
pręhendit etiam deſponſatam,maiori ratio-
ne pactum hoc comprehendet: Ratio hæc
eſt, quoniam huiuſmodi pacta reciproca &
vicisſitudinaria de lucrando dotem,vel do-
nationem propter nuptias ſunt veluti pars
contractus,& fauorabilia ſicut ipſum matri-
monium Guid.Pap.deciſ.145. quem ad hoc
inſtitutum cum multis alijs retuli in præfa.
huius lib.3.& alios addidi quęſt. 2. verſicul.
Quinto loco adducitur,& quęſt.3.verſic.Ex-
tende regulam primo: Ita efficitur vt pactũ
reciprocum de ſuccedendo in matrimonio
adiectum ſuſtineatur etſi reliqua improben-
tur vt in ſpecie huius pacti animaduertit
Ioan.Philip.reſpon.48.num.16.Pechi.tract.
de teſta.coniu.lib.1. cap.8. num.2.& 3. Se-
15 cundo † quoniam traductio ad domum, vel
concubitus non pertinent ad ſubſtantiã ma-
trimonij,ſed ſolus conſenſus in facie Eccle-
ſię præſtitus vt ſæpius hoc dixi tractatu ſig-
nanter lib.1.cap.3.vbi multorum authorita-
te id docui,& conſtat ex S.Tridentino Con-
cilio de reforma.matrimo.ſeſsio.24.cap.1.
ibi,*mutuo conſenſu intellecto,&c.* Vnde cum
is ſolus matrimonium efficiat de copula ſeu
traductione curandum non eſt.

16 Ex his † conſtat ſuſpectam admodum fo-
re traditionem Cancerij, qui in ſuis reſolu-
tionibus lib.2.cap.1. nu.156. opinatur vxo-
ris appellatione non contineri ſponſam de
præſenti, quia id cõmunibus aduerſatur tra-
ditionibus maximè in fauorabilib⁹:eſt enim
perfectum matrimonium ante copulam, &
traductionem, vnde Ioan. Coraſi. quem in
ſuam ſententiã adducit in l. qui liberos nu.
10.ff.de Rit.Nup.malè loquitur nec verum
dicit,ſed & traditio Rodri.Xuar.in l.9.titu.
*de los pleytos.* nu.19. quam in terminis dixit
nihil omnino facit, quia ſecundum leges il-
lius regni loquitur, quæ traditionem, & co-
habitationem volunt expreſsim, vt ibi ad-
notauit Xuar. & alij multi poſt eum. & pro
omnibus ſufficiat Matien.in l.2.glo.1.n.41.
tit.9.lib.5. vbi expreſsim ait quod licet de
iure cõmuni appellatione vxoris veniat ſpõ-
ſa de præſenti,maximè in fauorabilibus, ta-
men ſecundum leges illas vlterioris Hiſpa-
niæ minimè citat Montal.Dida.Seg. Didac.
Caſtell. Dida. Coua. Ciſuent. Pala. Rub.&
alios;& nouiſsimè idem ſcribit ex eiſdem le-
gibus Ioan.Garci.in tract.*de acqueſt.cõiugal.*
num.52.ad medium.Et ex legibus Portuga-
liæ requiri etiam cohabitationem & tradu-
ctionem teſtatur Gam.deciſio. 187. dicam
inferius quæſt.64. ſed & in eo peccare vide-
tur idem Cance.qui dixerit leges huius vaſ-
tiſsimi principatus leges eſſe municipales,
ſeu ſtatuta cum enim ſint leges Regiæ cum
debitis promulgatæ à Catholicis Regibus
ſolemnitatibus,non vere ſtatuta municipalia
dici poſſunt,ſed ius commune,vt reſoluit, &
rectè eruditiſsimus ſimul & doctiſsimus Ca-
rol.Moline.in conſu.Pariſien. in præfatio. à
num.106. cum ſequent. & de legibus Regni
Caſtellę & vlterioris Hiſpanię Matien. in l.
1.glo.5.num.2.tit.1.lib.5.& his non relatis,
multos tamen alios adferens de legibus &
foris Aragonum loquens Portol.olim Iler-
dæ condiſcipulus in Schol.ad Molin.in §.fo-
rus.num.13.ius enim municipale prǽſuppo-
nit aliud commune, atqui ius commune in
hoc principatu, nec alijs Regnis Hiſpaniæ
non ligat,cum non ſubſit Imperio Rex noſ-
ter;ita fiet vt latam conſtitutiones noſtræ nõ
ſtrictam recipiant interpretationem,ſed hęc
nunc pretereo latius aliquando de his dictu-
rus.Et quoniam Angel.in §. fuerat de actio.
num.24.ad vtramq.diſputat,Rolan.Alexan.
Gail. & alij ab his relati non aliàs adferam
rationes: Cæterum communis hęc opinio
quibuſdam modis declaranda erit in quibus
17 habere locum non poteſt:Primo † in mino-
re ſeptennio, deſponſata per verba de præ-
ſenti licet traducta, quoniam cum ſponſalia
huiuſmodi iuris interpretatione in ſponſa-
lia de futuro reſoluantur ob defectum iudi-
cij,quo ætas illa caret cap.1.§.1.de deſpon.
impu.lib.6.vbi Domi. Fran. & alij quos lõ-
ga ſerie recenſui hoc tract.lib.1.compa.11.
verſic.Declara tertio vt procedat,& ſit nul-
lum matrimonium Azpil.conſ.8.tit.de ſpõ-
ſa.num.1.& 2.ideo pactum hoc ſimiles per-
ſonas per verba de præſenti deſponſatas nõ
com-

compræhendet,ſic poſt Angel.in d.§. fuerat,
Alex.& alios docet Gail. dict.obſeruatione
num. 11. qui nullam reddit rationem ; quæ
18 hæc eſſe poteſt, quia † diſpoſitio omnis de
perſonis loquens de habilibus eſt interpre-
tanda l.1.vbi omnes C.de ſacro.Eccleſi. vn-
de etſi pactum hoc iure firmetur inter per-
ſonas habiles , & qui matrimonium contra-
here poſſunt & conſequenter lucro promiſſo
vbi caſus continget gaudere poſsint,inhabi-
les tamen & qui nulliter agunt minimè.Atq;
ideo ipſe exiſtimo idem cenſendum in om-
nibus alijs caſibus , in quibus matrimonium
inter certas perſonas contrahi non poteſt,
quales furioſi,ebrij,mentecapti, conſangui-
nei,de quibus ſuis in locis lib.1.dixi.Quoniã
eadẽ ratio ſcilicet defectus iudicij , vel ma-
trimonij interdictum perpetuum efficit vt
matrimonium nullum ſit, proinde nullum
iuris effectum producere poteſt,vt in termi-
nis proprijs noſtræ quęſtionis docent Bal.&
Salicet. per illum tex. in l.1.C.de conditio.
ob cau.Hippol.ſingu.129.Caſſa.Soar.& alij
quos ſequitur Gamma deciſio. 89. num. 2.
1.par.
19 Secundo † declara communem traditio-
nem vt non procedat in marito impotenti,
& natura frigido,is enim non lucrabitur do-
tem licet vxorem in domum traduxerit ; ſi-
militer nec mulier ita arcta vt virum cog-
noſcere nequeat non lucrabitur donationem
propter nuptias:ſic ſingulariter reſoluit Iaſſ.
conſil. 58. in fine lib. 1. quem ad id citauit
Gail. d.obſeruatione num. 12. addidit Iaſſ.
illic ita fuiſſe iudicatum & cõfirmatam ſen-
tentiam Rolan.tracta.de lucro.dot.quæſtio.
104. qui eleganter diſtinguit ibi videndus.
20 Secus † autem erit vbi mulier poſt diſpen-
ſationem per verba de præſenti contractam
vellet inuito marito ante copulam religio-
nem ingredi , quæ cum id poſsit cap.ex pu-
blico de conuer. coniuga. & millies id dixi
21 lib. 1. lucraretur † tamen maritus hoc caſu
dotem , ſimiliter mulier donationem prop-
ter nuptias vbi vir religionem ingredi vel-
let:ſatisfactum enim pacto eſt & vere mari-
tus,& vxor erant,conſequenter lucrum con-
ſequi poſſunt Boeri.deciſ.22.nu.39. Saray.
in additio.ad Matheſil.ſingu.74.n.22. Gail.
d.obſerua.num.11. ad medium,& poſt lon-
gam diſputationem eandem opinionem ſe-
quitur Rolan.tract.de lucro. dot. quæſt.95.
22 à num.1. cum ſequent. Intellige † prædicta
omnia vbi matrimonium fuit contractum
in facie Eccleſiæ legitime ſeruata forma S.
Concilij Trident.coram parrocho , & duo-
bus teſtibus,quoniam hoc tantum verum,&
legitimum hodie dicitur matrimonium iux-
ta diſpoſitionem cap.1. de reforma. matri-
mo.Concilij Tridenti.ſeſsio.24.in his locis
in quibus fuit publicatum & receptatum; in
alijs autem ſtandum eſſet diſpoſitioni iuris
communis ad ea , quæ Azpil. conſ.9.num.1.
titu. de ſponſa. & conſ.21.num.2.eod.titul.
23 Tertio † declara vbi lex municipalis, vel
ſtatutum copulam exigeret tunc matrimo-
nium per verba de præſenti non ſufficeret
nec etiam ſola traductio mulieris ad domũ
viri,ſic decidit Gam. deciſ. 187. Alciat.reſ-
pon.6.lib.8.à num.1.cum ſequent. Atzeb.in
l.2.titu.9.num.2. lib.5. Garci. in tractat.de
acqueſ. mulie.num.56.
24 Quarto † principaliter extenditur tradi-
tio ſuperior, qua pacta hæc reciproca valere
dixi , vt procedant etiam ſtantibus filijs ; ſi
igitur paſciſcantur coniuges de lucrãdo do-
tem, & donationẽ propter nuptias vno mo-
riente etiam extantibus filijs valet,& tenet.
l.2.vbi glo. in verbo interuenit & alij ff. de
pact.dotali.Paul.de Caſt.in l.2.ff.ſolut. ma-
trimo.vbi Alexan.Iaſſ. Socin. & poſteriores
Ruin.conſ.101.num.4.lib.1.& hos ſequitur
Rolan.tracta. de lucran.doti.quæſt.87.nu.4.
vbi & in terminis ſtatuti deferẽtis huiuſmo-
di lucra idem eſſe docet,vbi & obiectis qui-
buſdam reſpondit.Pala.Rub.in repe.rub.de
donatio.int.vir.& vxor.§.54. ad finem Ful-
25 go.conſ.203.col.1.idem † Rolan.conſ.62.
num. 6. lib. 1. vbi verè & eruditè idem eſſe
ſcribit in donatione propter nuptias : *Sicut
enim* ( ait ille ) *valet pactum pro marito vbi
mulier ante eum decedit cum liberis, ſic in fa-
uorem vxoris vbi maritus prædecederet , lu-
craretur enim tunc ipſa donationem propter
nuptias;* citat in terminis Salice.in auth.ſed
etſi quis C. de ſecundis nuptijs , qui & alia
ratione confirmat num.5.quia dos & dona-
tio propter nuptias æquales omnino in lu-
cris eſſe debent authen.ęqualitas C.de pact.
conuen.vt ille ibi latius.
26 Accedat † vltra eum quod in fortioribus
terminis docuit Baldus in authen. in dona-
tione C.de ſecun. nupti. & in l.hac ędictali,
nu.3.& in §.his illud,eiuſdem legis nu. 1. in
1.lectura eod.tit. quẽ ſequutus fuit Ripa in
l.fœminæ nu. 29. Et Bertran.in d.l.hac ædi-
ctali num.32.illo titu.de nupti.ſcilicet vale-
re etiam pactum huiuſmodi in ſecundis con-
tractum,vbi alter ex coniugibus filios habe-
bat prioris matrimonij; quam ſententiã ſe-
quutus fuit idem Bertran. conſ. 292. lib. 3.
Roma. & alij quos refert & ſequitur Boeri.
deciſ.185.num.10.Ioan. Philip. reſpon.48.
num.17.18.vbi poſt alios reſpondit d.l. hac
ædictali , quæ in contrarium facere videba-
tur vt ipſa in his , quæ titulo lucratiuo dan-
tur,vel relinquuntur maritis loquatur,non in
his,quæ oneroſa vt hæc eſt , de qua diſputa-
mus.



mus. Secundo text.in dict. l.hac ædictali vel
l. fœminę non loquuntur in pacto reciproco
quale hoc , in his enim, & ſimilibus illa iura
non procedunt.ex traditis per Bald. in dict.
auth.in donatione & à cæteris nunc citatis;
& eodem modo reſpondet Rolan.non rela-
tus à Philip.dict.quæſtio.87.nu.5.
27 Extenditur † quinto præfata regula,vt pa-
cta hæc valeant nedum quoad dotem ipſam,
vel donationem propter nuptias ſed etiam
quoad augmentum dotis , vel donationis
propter nuptias poſt contractum matrimo-
nium additum; quod fieri poſſe aperte pro-
bat text.in l.ſi conſtante. vbi omnes ff.ſolut.
matrimo. Pariſi.conſil.126. à num. 1. lib. 1.
Vnde quemadmodũ ſuperuiuens lucrabitur
dotem, vel donationem , ſic & augmentum
l.ſi proprietati ff. de iur.doti.vbi dotis aug-
mentum , dicitur dos eadem , & non noua,
ibique id ipſum Bald.adnotauit. Rationem
28 † noſtri prodiderunt quia de augmento do-
tis idem quod de principali dote iudican-
dum eſt l. inter ſocerum §. penul.ff.de pact.
dotali.Iaſſon.in rubri.ff.ſolut. matrimo. ad
finem,& conſil.171.colum.5. lib.4. confert
text.ſingularis in l.etiam C.de iur. doti. li-
cet enim ſtipulatio ſtricti iuris dicatur , &
ſtrictè ſit interpretanda l. quicquid aſtrin-
gendæ de verbo. obliga. vbi tamen dos in
ſtipulationem deducitur , in conſequentiam
licet dictum non ſit augmentum deductum
cenſetur eo. text. in d.l. etiam quem cele-
brem,& mirandum dixit Iaſſon.in dict.rub.
ad finem. Et in terminis pacti de quo loqui-
tur ſic reſpondit Panormita. Paul. de Caſtr.
Campe.& alij multi, quos probat,& ſequi-
tur Roland. à Vall. tractat. de lucro. dot.
quæſtio. 100. à num. 15. vbi & communem
dixit neq. in iudicando ab ea recedendum,
vbi à num. 1. hanc opinionem alijs confir-
mat argumentis nouiſsimè Caualca. tractat.
de tuto.& curato. num.160. 161. vnde quæ
de augmento dotis dixi infra quæſt.22.verſ.
Non obſtant quatuor illa vbi fusè.
29 Extenditur † ſexto ſiue vxor,vel maritus
reſpectiuè moriantur abinteſtato,vel ex teſ-
tamento alijs hæredibus inſtitutis , vtroque
enim caſu ſuperſtes lucrum conſequitur in
vim pacti argu. text. in auth. præterea C.
vnd.vir & vxor iunctis his, quæ communiter
noſtri tradiderunt in eo text. nam quarta
debita ex diſpoſitione illius text. coniugi
inopi , locum habet tam abinteſtato, quam
ex teſtamento , ſicque aduerſus voluntatem
morientis ; ita pacto efficietur vt ſiue mo-
riens ex teſtamento , vel abinteſtato deceſ-
ſerit , ſuperſtes lucrum conſequatur ; ſic in
terminis ſtatuti deferentis lucra dotium ſu-
perſtiti reſoluit Paul. de Caſtr. conſil. 82.
lib. 1.& in l.ſi cum dotem ff. ſolut. matri-
mo.Cuma.Fulgoſi.Ruin. & alij quos ſequi-
tur Rolan. d.tract.quæſt.82.num.10.11.12.
cum ſequen.
30 Declaratur † nunc præfata regula vt non
procedat in matrimonio putatiuo ſi igitur
exiſtimantes maritus , & vxor nullum affo-
re impedimẽtum cõtraxerint in gradu pro-
hibito , ſi poſt detegatur,& ex his moriatur
vnus , ſuperſtes alterius dotem vel donatio-
nem non lucrabitur : hæc eſt ardua contro-
uerſia in qua contrarium tenuerunt aliqui,
quales ex antiquioribus Cyn.& Alberi. in l.
ſi ante nuptias ff.ſolut.matrimo. quos refert
Tiraquel.in ll.connubiali.gloſ.8. num.264.
& alij quidam , qui multis mouentur argu-
mentis & rationibus , effectus matrimonij
putatiui recenſentes,ex quibus ſingulis vnum
producunt pro hac parte argumentum. Ego
autem niſi duas adferam rationes , quæ &
ad inſtitutum tractatus noſtri maximè con-
ferunt.
Prima quoniam,quæ iura de dote loquun-
tur eadem in dote putatiua procedunt l. ſi
cum dotem §. fina. ff. ſolut. matrimo. vbi
Bartol. & poſteriores omnes docent , infe-
rendo,priuilegium prælationis tacitæ hypo-
thecæ , quod datur mulieri ex l. aſsiduis C.
qui potio. locum habet & in dote putatiua,
quam dixit communem opinionem Sali. ibi
& eum ſequuti ſunt innumeri , quos longa
ſerie refert Tiraquel.in ll.connubia. gloſ. 8.
num.253.254.255. Rolan. in tracta. de lu-
cro.dot.quæſt.97.num.1.2.qui inibi num.3.
ſcripſit authoritate Sali.& Bal.in l.1. C. de
condi. ob cau. quod ſi ex forma ſtatuti in-
ſtrumenta habent exequutionem paratam
eodem modo habebit inſtrumentum do-
tis putatiuæ vbi Bald. Nouell. citat Barba.
Palat. Rube. & alios quoſdam , & alios re-
cenſet Tiraquel.d.glo.8.num.257.vbi regu-
lam prodidit generalem , omnia verę dotis
priuilegia putatiuæ doti competere.
Secunda ratio,quoniã ſtante ſtatuto,quod
bona viri & mulieris conſtante matrimonio
quæſita communicentur , nedum in vim hu-
iuſmodi ſtatuti communicabũtur bona quæ-
ſita conſtante vero,& legitimo matrimonio,
ſed etiam putatiuo Panor.in cap. 2. per illũ
tex.de donatio.inter vir.& vxor.iuncta gloſ.
ibidem quem ſequitur Cardin.Palat.Rub.in
rubr.de donatio.int.vir.& vxor. §.36. à nu.1.
cum ſequent.alios Tiraq.d.glo.8.num.270.
Rolan.tract.de lu.dot.quæſt.47.num.1.2.3.
Caſſa.in cõſue. Burgun.rubr.4.§.2.n.4.& 5.
in d.ſingu.129.ex Hiſpanicis ſcriptorib[9] prę
ter ſupra memoratũ Pala. Rub. Rodri.Xua.
in interpre.tit.*delas ganãcias*,ſtatim in princi
pio Ant.Gom.in l.50.Tau.n.77. Did.Perez

in l.4.titu.4.lib.5.ordinatio.Azeued.in l.2.
nu.4.titu.9.lib.5.recompil.Ioan.Gar. tract.
de coniuga.acqueſ.num.159. Matien.in l.2.
glo.1.nu.6.tit.9.lib.5.Dida.Couar.in Epit.
de ſponſali.2.par.cap.7.§.1. nu.8. & nouiſ-
ſime relatis paucis Gamma. deciſ.89. nu.1.
& deciſ. 176.num. 1. & 2. qui hoc idem in
ſingulari caſu decidit fortiſsima ſanè hæc
extrema ratio cui vix eſt vt poſsit rectè reſ-
ponderi.

31 Contrariam ✝ opinionem tenuerunt in-
numeri vt merito hãc communem multi di-
xerint in caſu ſtatuti deferentis lucrũ dotis,
vel donationis propter nuptias ſuperſtiti vt
ſtante matrimonio putatiuo viuens decedẽ-
tis dotem non lucretur:quæ opinio non obſ-
cure probatur ex tex.in dict.l.1.C.de condi.
ob.cau.vbi Bal.Salice.& poſteriores Marſil.
ſingu.129.Caſſa.in conſue.Burgun.rub.4.§.
2.nu.3.4.& ſequen.alios plures refert Tira-
quel.in ll.connubia.glo.8.nu.237.238. Ro-
lan.d.quæſt.97.num.13.qui etiam alios eiuſ-
dem ſententiæ communis recenſet. Gamm.
d.deciſio.89.num.2. Matien.qui expreſsim
in pacto loquitur in d.glo.1. nu.6. ad mediũ
alios prætereo. Rationem diuerſitatis inter
eum caſum,in quo bona viri, & vxoris conſ-
tante matrimonio acquiſita in matrimonio
putatiuo conferuntur, vt in vltimo argumẽ-
to pro parte contraria adducto ex commu-
ni opinione dixi, non tamen lucrum dotis,
vel donationis propter nuptias acquiritur,
hanc interpretes crebrius prodiderunt,quod
in priori ſpecie conſideratur labor, & com-
munis coniugum induſtria in acquirendo,
quæ ratio ſic militat in matrimonio putati-
tiuo,ſicut in vero : at in caſu ſtatuti vel pacti
ſecus,cum matrimonium ſit cauſa finalis lu-
crandi dotem,vel donationem propter nup-
tias;Et hanc rationem poſt alios reddit Di-
da.Couar.d.§.1.num.8.poſt Palat. Rube. &
eandem aduerſus Caſſa. & Nouel. ſequitur
Rodri.Xuar.d.titul. *de las ganancias* num.5.
& 6.Matien.d.gloſ.1.num.6. Gam. d.deciſ.
89. num. 2. & hac ratione diuerſitatis tolli-
tur tertium argumentum extremo adductũ:
Duæ priores rationes tolluntur facile ſi con-
ſideremus in illis caſibus agi de fauore mu-
lieris vt ipſa facilius dotem conſequatur,
neve ipſam amittat,quibus in caſibus priui-
legia veræ doti competentia etiam in dote
putatiua locum habent Ripa. nu.62. in rub.
ff.ſolu.matrimo.Rolan.in d.quęſt.97.nu.19.
in quo nullus diſſentit.

32 Declara ✝ ſecundo regulam vt procedat
in pactis reciprocis de ſuccedendo æquali-
bus,ideſt cum vir, & vxor adinuicem conue-
niunt de ſucceſsione æquali, & eiuſdem va-
loris,ſecus ſi vxor habens decem millia cum
viro paciſceretur, qui non haberet niſi mil-
le vel duo millia, in eo enim quod alter al-
terius bona & ſubſtantiam excederet cenſe-
retur donare pure;& ſimpliciter alteri quod
iure interdicitur, conſequenter non valeret
Roma.conſil.517.Aretin.conſil.2. Iaſſon. &
Palat. Rube. quos refert & ſequitur Oſaſc.
deciſ.100.num.19. & probat text. egregius
in l.ex annuo ff. de donatio.int.vir.& vxor.
argu.text.in l. ex mente l. leonis & in auth.
æqualitas C.de pact.conuen. Petr.de Bella-
per.Sali.Roma.Aretin.Socin.Deci.Ruin.&
alij quos longa ſerie refert Tiraq.in l.ſi vm-
quã in verbo donatione largit⁹ n.122.C. de
reuo.donatio.vbi num.123.limitat commu-
nem opinionem quando in modico exceſſu
reperiretur inæqualitas, quia parum & nihil
æquiparentur quod ille latius proſequitur.
Et ita fuiſſe in ſuperiori ſpecie iudicatum in
hoc Senatu vidi.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum à fratre factum in capitulis matri-
monialibus dum ſororem nuptui tradit cum
dotem ſibi reddi poſt mortẽ illius ſtipulatur,
an valeat in præiudicium ſororis.*
2 *Vincentij de Fran.opinio.*
3 *Frater hæres inſtitutus nequit dotem minuere
à patre relictam ſuæ ſorori.*
4 *Vincentij de Fran.diſtinctiones.*
5 *Vincentij de Fran.traditio dubia.*
6 *Filia poteſt conſentire patri vt ſibi appropiet
dotis actionem.*
7 *Dos proprium matrimonium mulieris.*
8 *Tex.in l.cum maritus in §.fina.de pact.dota-
li.declaratur.*
9 *Patri tantum conceditur dotem ſibi reddi ſti-
pulari poſt mortem filiæ.*
10 *Luc.de Pen.opinio reprobatur.*

## QVÆSTIO. XXXI.

*PACTVM A FRATRE FACTVM
in capitulis matrimonialibus cum ſo-
rorem nuptui tradit, quo dotem ſibi
reddi poſt mortem illius ſtipulatur; an
in præiudicium ſororis teſtantis, &
alium quam fratrem hæredem inſti-
tuentis valeat.*

1 EX facto ✝ accidiſſe quæſtionem
hãc refert Vincen.de Fran.Ca-
tholici, & potentiſsimi Hiſpa-
niarum Regis noſtri conſiliarius
eruditiſsimus apud Neapolita-
2 num Senatum, is ✝ deciſio.196. 1.part.hanc
refert



refert facti ſpeciẽ. Frater quidam ſororem
nuptui tradidit,quæ tempore, quo capitula
matrimonialia fuerunt celebrata cum viro
conuenit quod ea ſine liberis decedente,
maritus certam dotis partem lucraretur,
quodque dos reuerteretur vnde exiuit; con-
tigit vxorem prædeceſsiſſe ſine liberis, quæ
maritum hæredem inſtituit, frater vindicat
dotem in vim pacti,quæſitum illic fuit an id
poſſet: & poſſe videbatur ratione pactionis
ſtipulatę inter fratrem, & ſororem in con-
tractu matrimonij; in contrarium ſecundum
eum adducta fuit doctrina quædam Luc. de
Pen.in l.1.col.antepe. verſicul. Hæc faciunt
ad quæſtionem de imponen. lucra. deſcrip-
tio. lib. 11. cuius meminit Afflict.in conſil.
reg.fratribus 2.quæſtio.qui nihil concludens
remittit ſe ad Luc.de Pen.in dict. l.1. reſol-
3 uit Luc. ✝ de Pen. quod vbi ſoror dotatur
de bonis proprijs fratris pactum tenet, &
valet ad fauorem illius adeo vt ſoror teſta-
ri non potuerit, at ſecus vbi donata fuiſſet
de bonis cõmunib⁹ ipſorum patris, eo enim
caſu & teſtari ſoror potuit, & libere diſpo-
nere: Ad id poſt Afflict. Vincen. adduxit
traditionem Bald. in l. auia col. 2. verſicul.
Et ex hoc dicto gloſ. C. de iur. doti. is do-
cuit ibi, quod cum pater filiæ ſuæ dotem in
teſtamento relinquit, maſculo hærede inſ-
tituto nequit frater pactum de dote ſibi reſ-
tituenda apponere ſorori,nam ius teſtamen-
ti minueret, & debitum naturale: Tandem
4 idem Vincen. duas ✝ in hoc caſu diſtinctio-
nes adfert alteram Lucæ de Pen.in dict.l.al-
teram Neapoda. vetuſtiſsimi conſuetudinũ
illius Regni interpretis.

Diſtinctio prior Luc.de Pen.hæc eſt, vt ſi
mulier eſſet diues, & frater pauper,& fami-
lia oneratus, vt tunc præſumatur ſororem
donaſſe fratri, ſicque non poſsit teſtari vel
diſponere: Aut ſoror erat pauper nulla ha-
bens bona, & frater diues,in hoc caſu inquit
Lu. non præſumitur donatio, & ideo ſoror
teſtari, & diſponere poterit. tutius autem
eſſe opinatur primam amplecti opinionem.
Et rectè dicit quoniam diſtinctio huiuſmo-
modi nullius propoſiti eſt, vt ad confutandã
ipſam immorari non oporteat.

Altera Neapoda.diſtinctio eſt, quod aut
mulier permiſit fratrem ſtipulari animo do-
nandi interviuos vel cauſa mortis cum (in-
quit) ſit facta mentio mortis: primo caſu
teſtari non poterit, ſecundo ſic, ex quibus
reſoluit ille dict.deciſio.in ſuo caſu, ſiue am-
plectatur opinio. Lu.de Pen. ſiue Neapoda.
quod potuit ſoror maritum hæredem inſti-
tuere,quia fuerat dotata ſoror de bonis ma-
tris pro certa ſumma, & renunciauit bonis
5 paternis:Ego ✝ autem de hac deciſione du-
bito quoniam nullo iure prohibitum video
non poſſe ſororem fratri ſic conſentire, & in
hunc modum paciſci: Nam aut dotatur poſt
mortem patris de bonis paternis, ex his,
quæ illius legitimæ portionem pertingunt,
quo in caſu cum ius integre ſibi fuerit quæ-
ſitum,potuit de rebus diſponere, & paciſci
eo modo quo placuit; quando pactum hoc
nec doti,nec ſibi ipſi præiudicium cum vlte-
rius nubere poſsit adfert,ad ea,quę dixi hoc
libro quęſtio.1.intelligendo,dum dolus,aut
6 deceptio abſit vt ibi ſcripſi; Sic ✝ & filia po-
teſt conſentire patri vt ſibi appropiet do-
tis actionem l.quoties l.poſt dotem l.penul.
§.ſi veſtræ ff.ſolut.matrimo.Et licet text. in
l.2.de pact.dota.& tex.in l.quamuis C.eod.
titul.videantur contrarium innuere, proce-
dunt in ſua diſpoſitione ne detrimentum
marito inferatur Iaſſon.in l.quæ dotis, qui
in hunc modum eas intelligit numer. 2. vbi
Claudi.num.2.ff.ſolut.matrimo.& ratio illa
ne mulier remaneat indotata generalis non
eſt,ſed particularis in caſu dictorum iurium,
7 ita efficitur vt mulier in dote, quæ ✝ ſuum
eſt proprium patrimonium poſsit legem,
quam vellit apponere Menochi. qui refert
prędicta lib. præſump.3. præſump.10. num.
20.quinimo quod magis eſt vbi mulier ad
ſtipulandum dotem extraneum adhibet in-
certum caſum, in alium videtur eidem do-
nare Barto. in l. quæ dotis num. 3. Iaſſon.
num.11. quos refert, & ſequitur idem Me-
noch.dict.præſump.num.17.

8 Accedat ✝ in terminis text. in l.cum ma-
ritus §.fina. ff. de pact. dotali.vbi mulier de
dote,quam dedit pacta eſt vt ſi in matrimo-
nio deceſsiſſet,fratri eius redderetur, is ſti-
pulatus etiam fuit dotem in eum caſum:de-
cedens mulier res dotales marito legauit,&
ex dotalibus ſeruis, quoſdam manumiſit,
quæſitum fuit an maritus earum rerum no-
mine, quas legauit mulier, & ſeruorum,
quos manumiſit fratri teneatur, & reſpon-
dit text. maritum teneri, quia acquiſitum
alteri ſtipulatione alienari non poteſt; ſic
in propoſita ſpecie poſt adquiſitum ſtipu-
latione ius fratri volente & conſentiente
ſorore, non potuit ſoror maritum hęredem
inſtituere vel eidem aliquid legare: Cæte-
rum à præfata ſententia recedendum non
eſt quoniam text. in dict. §. fina. qui vr-
gere videtur communiter intelligitur vbi
conſtabat de animo donandi vt dicam fu-
sè infra quæſtio. 44. quo loci intellectum §.
explicabimus.

Et maximè hæc procedunt quando in ſi-
mili pacto appoſitum fuiſſet iuramentum vt
ſemper ſolet cap.quamuis pactũ cũ latè tra-
9 ditis ibi per oẽs de pact.in 6.Et ✝ licet patri

tantum

tantum concedatur dotem ſoluto matrimo-
nio ſtipulari vt ad eum reuertatur l. quoties
l. penulti. §. fina. ff. ſolut. matrimo. l. auia l.
cum á ſocero C. de iur. doti. l. vni. §. videa-
mus C. de rei. vxo. actio. cum ſimilibus mul-
tis, & in teſtamento id efficere nequeat, quia
cum loco legitimæ ſuccedat, non poteſt ei
onus vel grauamen aliquod imponere ma-
ximè vbi ab ſtatuto excluſa fuiſſet á ſucceſ-
ſione vt per Deci. Pariſi. Rodri. Xuar. quos
refert, & ſequitur Caual. tractat. de tuto. &
curato. num. 251. Et ratio differentiæ inter
vtrumq. caſum eſt, quod vbi inter viuos pa-
ter dotem filiæ tradit, & conſequenter legi-
timam, cum in vita filijs aſsignare eam non
teneatur; cum in hoc filia honoretur, in alio
grauatur vt pater poſsit hanc ſibi reddi ſti-
pulari, ad ea quæ Barto. in l. Titio centum §.
Titio genero num. 6. de condi. & demonſt.
vbi Imol. Pau. de Caſtr. & alij Iaſſ. in l. quo-
niam in prioribus limi. 4. C. de inofi. teſta-
men. & alijs, quos refert & ſequitur Rodri.
Xuar. in eadem l. ampliatio. 15. Mencha. tra-
ctat. de ſucceſsio. creatio. §. 10. num. 265.
Vnde ſiue de bonis communibus, ſiue de
proprijs, & aliunde quæſitis ſoror ſeipſam
nuptui tradat hoc pactũ de dote fratri red-
denda imponere volente ſorore tamquam
in rebus ſuis poterit.

10 Non etiam † placet dictum aliud eiuſ-
dem Lu. de Pen. affirmantis quod vbi pa-
ctum valet in fauorem fratris non poterit
ſoror teſtari, & fratrem conuentione frau-
dare: quia aut ſoror nihil aliud in bonis ha-
bebat quam dotem ipſam, neque aliquid in
euentum deficiẽtium liberorum ſibi aliquid
ad teſtandum reſeruauit, & hoc caſu nulla
erit conuentio, quia cum ſit donatio vniuer-
ſalis nullo retento inutilis eſt ad ea, quę om-
nes in l. fina. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc
modo concepta de verbo. obligatio. cum
alijs. Vnde aut intelligendus erit Luc. de
Pen. facta aliqua reſeruatione, aut malè lo-
quitur, cum nullis pactis, & conuentionibus
teſtandi facultas nedum adimi, ſed nec reſ-
tringi poſsit, dixi poſt alios quæſtio. 2. & 3.
ſed & Bald. ſupra relatus in dict. l. auia in-
telligendus eſt quando frater cogere vellet
ſororem ad pactum de reſtituenda ſibi dote
poſt illius mortem, quod non poteſt, quia
cum nec pater ipſe vt antea dixi grauamen
hoc imponere non potuiſſet, minus multo
frater poſt patris mortem: Atqui ipſa vo-
lente, & ſponte cõſentiente non negat Bal-
dus, & poſt hæc ſcripta video Menoch.
deciſionem Vincen. approbare
lib. præſump. 3. præſu. 10.
num. 24.
(∴)

SVMMARIVM.

1 *Pacta dotalia inter coniuges contracta de in-uicem ſuccedendo an ſint inſinuanda nec ne?*
2 *Statuta Italiæ de lucranda dote, an lucri cauſa, an vero ſolatij introducta fuerint.*
3 *Marit⁹, & vxor nõ debẽt ad imparia iudicari.*
4 *Cauſa finalis lucri in caſu ſtatuti de lucrando dotem, matrimonium eſt.*
5 *Maritus propter onera matrimonij fruct⁹ ſuos facit.*
6 *Lucrum dotis etiam in ſponſa de præſenti locum habent.*
7 *Lucrum dotis conſequitur maritus, etiã ſi matrimonium momento tantum durauerit.*
8 *Tex. in l. cũ quis de dote prælegata declaratur.*
9 *Mediata cauſa pro immediata qñ ſumatur.*
10 *Lucrum in ſtatutis de lucranda dote in ſolatiũ datur.*
11 *Lucrum dotis vel donationis propter nuptias, ex cauſa lucratiua deſcendit.*
12 *Lucrum dotis quod defertur ſub ſola mortis commemoratione, ſicuti vera donatio inſinuatione indiget.*
13 *Donationes reciprocæ, & viciſsitudinariæ nõ gratuitæ dicuntur.*

## QVÆSTIO. XXXII.

### *PACTA DOTALIA DE INVICEM ſuccedendo, vel dotem aut donationẽ propter nuptias lucrãdo, cũ donationes ſint, An inſinuatione egeant nec ne?*

NEceſſe eſt † poſtquã pacta hæc
1 de ſuccedẽdo reciproca inter vi
rũ, & vxorẽ valent vt dixi quæſ.
19. inueſtigare modo an inſinua
tione egeant, cũ donationes ſint
mutuæ, ſimiliter, & pacta de lucrãda dote vel
donatione propter nuptias: Et in his differt
quæſtio præſens ab ea, quã in calce quæſtio-
nis tertiæ ſcripſi, illa enim de inſinuatione
agit donationis factæ á patre in capitulis ma
trimonialibus filio vel filijs, hæc de his, quæ
2 inuicẽ inter cõiuges: Quæſtio † noſtra ab alte
ra pẽdet, an pacta huiuſmodi dicãtur ꝓcede-
re ex cauſa lucratiua, vel oneroſa, quoniam ſi
ex lucratiua, inſinuatione egẽt, ſin min⁹ ſec⁹:
In quo articulo apud veteres tres fuiſſe opi-
niones video, quando de ſtatuto agitur, quo
apud Italię loca plerũq. maritis certa dotis
ſumma in lucrum præmoriente vxore conce-
ditur: Quidã enim crediderunt Italiæ ſtatuta
non lucri cauſa id maritis conceſsiſſe, ſed in
ſolatiũ vxoris præmortuæ vt lucro hoc qua-
lecunq. ſit mœror & mariti ſuperſtitis triſti-
tia aliqualiter mitigaretur, in qua opinione
fuit Bal. Nouel. tracta. de do. 6. part. ſpeciali
37. ad finẽ ad inſtar legis, quæ matri ex Ter-
tuliano



tuliano S.C. filio præmorienti ſucceſsionem
dedit inſtit. ad Tertuli. l. vere ſuccurſum ff.
de iur. doti. opinio hæc ab omnibus repro-
batur teſte Decio conſ. 67. ad finem: Quoniã
ſi ſtatuta Italiæ hac ratione mota fuiſſent,
quemadmodum lucrum marito detulerunt,
ſic & vxori in ſolatiũ præmortui mariti; non
3 † enim debent maritus, & vxor ad imparia
iudicari cap. gaudemus de diuor. l. penul. &
fina. C. de donatio. an. nupt. ca. fina. de dona.
4 poſt. diuor. reſti. Secunda † fuit opinio Bal.
in auth. ex teſtamento C. de collatio. exiſti-
mãtis cauſam finalem, & immediatam huius
lucri eſſe matrimonium: mouentur text. in l.
cũ quis ff. de dot. pręleg. in verbis illis: *Quia
matrimonij cauſa id lucratus eſt*: atq. ita illius
tex. authoritate donit Roma. in l. ſi cum do-
tem §. trãſgrediamur ff. ſolut. matrimo. Bal.
Nouel. vbi ſupra Pau. de Caſt. in l. ſi donatu-
rus §. fina. ff. de condi. ob. cau. Deci. in l. in eo
de regu. iur. Iaſſ. conſ. 58. lib. 1. col. 1. Barto.
Socin. conſ. 32. ad finem lib. 3. & conſ. 223.
lib. 2. eandem ſequitur Boeri. deciſ. 185. nu.
5 10. qui & hanc communem dicit. Neq. † in-
ſtet quiſpiam lucrum hoc dari propter onera
matrimonij vt ſtatim in ſequenti tertia opi-
nione dicam, iuxta gloſæ traditionem in l. ſi
donaturus §. fina. ff. de con. cau. dat. & conſe-
quenter ex cauſa oneroſa, & non lucratiua
oriri: Reſpondent Iaſſon. & Deci. ſupra poſt
antiquiores, maritum fructus dotis ſuos fa-
cere propter onera matrimonij, ideo non il-
lud eſſe lucrum, at hoc quod ex ſtatuto de-
fertur vel pacto, merum lucrum eſt, quod in
recompenſationem onerum matrimonij nõ
datur: Duobus argumentis eorum ſententiã
6 probare nituntur. Primum † quia lucrũ do-
tis conſequitur maritus, etiam in ſponſa de
præſenti antequam traducatur ad domum
mariti ſi interim moriatur; Et tamen ante-
quam ducatur illius maritus nondum ſuſti-
net onera matrimonij Bart. in l. nihil ff. rer.
amota. dixi latè ſupra quæſt. 19. verſi. Tertio
ampliatur vbi Bartoli traditionem multorũ
comprobaui authoritate. Ex hac ratione ſe-
quitur quod huiuſmodi lucrum nõ defertur
7 propter onera matrimonij. Secundum † quo
mouẽtur quia inquiunt, & lucrum dotis ma-
ritus cõſequitur etſi matrimonium niſi mo-
mento durauerit, antequam aliqua maritus
ſuſtineat onera ex ſententia Bal. in l. nõ tan-
tum C. de leg. Et animaduertit Socin. d. conſ.
223. quod immediata cauſa lucri eſt matri-
monium non vero onera matrimonij; Et li-
cet ratio ſumptuum & expenſarum conſide-
retur, tamen cum ſit remota & non proxima
ſicut matrimonium, attenditur cauſa proxi-
ma & non remota qualis onerum illius.
Hæc ſecunda opinio frequentius damna-
tur ſicut prima licet Boeri. d. deciſio. com-
munẽ (neſcio an rectè) dixerit; Neq. oberit
8 tex. † in d. l. cum quis ff. de dot. prælega. in
illis, quæ ſupra ſcripſi verbis, quoniam reſ-
pondit Tiraq. infra citandus cauſam, de qua
meminit ille text. exponi poſſe pro cauſa nõ
omnino immediata, ſed pro mediata non
tamen multum remota, quæ fere æquiualet
cauſę immediatę. l. vxori quis ff. de aur. &
argen. lega. quam ad hoc expendit Barto. in
l. ambitioſa ad medium ff. de decre. ab ordi.
facien. Addit Tiraquel. maximè Barto. tra-
ditionem procedere quãdo huiuſmodi cau-
ſa mediata talis eſt, quod ſine ea cauſa im-
mediata effectum ſuum producere non poſ-
9 ſet: quemadmodum in hac ſpecie, eo † enim
caſu mediata pro immediata iudicatur Bar-
to. in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vul-
ga. Secundo reſpondet Tiraquel. quod licet
matrimonium ſit cauſa proxima, & imme-
diata huius lucri prouenientis ex ſtatuto, vel
pacto hoc conceſſo vt ibi opinantur, non ſta-
tim ſequitur, quod onera matrimonij non
ſunt lucri cauſa æquè proxima: quoniam vnũ
aliud non excludit; quin potius ita vnum al-
teri adhæret vt neutrum de per ſe ſtare poſ-
ſit Deci. d. conſ. 67. ad finem verſic. Non ob-
ſtat text. Atq. ſic his duobus modis reſpon-
dit Tiraq. qui multa erudite, & egregie ad-
ducit in l. ſi vmquam verbo donatione lar-
gitus num. 235. & nu. 236. cum ante & poſt
ſequen. C. de reuo. donatio. ſequitur Tira-
quellum Roland. tract. de lucro. do. quæſt. 4.
num. 13. verſi. Non obſtat ſecundo latiſsimè,
& docte Surd. tracta. de alimen. tit. 9. quæſt.
10 19. num. 4. 5. Neq. extremo † loco oberunt
authoritates illę doctorum contrarium affir-
mantium: quoniam alij plures numero con-
trarium cenſuerunt paſsim communem ma-
gis, & veriorem dicentes, à qua in iudicando
recedi non poſſe dixerunt; Quinimo vt Ti-
raq. & Rolan. ſupra animaduertunt, multi
ex ſupra citatis ſibi ipſi contrarij ſententiam
mutarunt, quales Iaſſ. Deci. Pau. de Caſt. exi-
ſtimãtes onera matrimonij cauſam fore im-
mediatam lucri deferẽdi, & proximã; Hanc 11
ergo opinionem tenuere glo. ſupra relata in
d. l. ſi donaturus in verbo dumtaxat, quã ini-
bi dixere receptiſsimã Alex. & Iaſſ. Bar. trac.
de duo. frat. quęſ. 5. Areti. qui cõmunẽ in l. ſi
ante nuptias ad finẽ ff. ſolut. matri. Sali. Ro-
ma. Fulgo. Cuma. & innumeri ex veteribus,
quos lõga ſerie refert, & ſequitur Tiraq. in
d. l. ſi vmquã in verbo donatione largitus nu.
219. & antea nu. 217. vbi plures agregat cũ
ſequent. multis vbi latiſsimè hunc diſputa-
uit in vtramque partem articulum & alios
ſuperaddit Roland. dict. tractat. de luc. dot.
quęſt. 4. num. 9. & 10. nouiſsime eandem ſe-

 quitur,

quitur,& communem dixit Oſaſc.deciſ. Pe-
demon.21.num.17.18.Caualca.in tracta.de
tutor.& curato.num.159.qui & communem
Surd.tractat.de alimen.titu.1. quæſt.42.nu.
34.& titul.9. quæſtio.19. num.5.& titul.8.
priuile.69. num.1. Et licet promiſcuè ſupra
citati authores præcipuè Tiraquel.& Rolan.
nullam inter ſtatuta prædicta Italiæ,& pacta
de lucranda dote conſtituant differentiam,
& de vno ad aliud argumententur: Animad-
uertendum tamen quod eorum, & commu-
nis opinionis rationes quæſtioni noſtræ ad-
iungi non poſſunt,quoniam Italiæ ſtatuta ſo-
lum deferunt lucrum dotis marito ſuperſti-
ti,non autem vxori vt ſcribit Roland. dict.
quæſt.4.num.4. nos loquimur in pacto pro-
miſcuè celebrato vt quiſque ex coniugibus
prior decedat is alterius dotem vel donatio-
nem lucretur: poſſet autem argumentum de
ſtatuto ad pactum extendi quando conuen-
tio fuiſſet inter coniuges inita de lucrando
dotem tantum ex parte viri, non ſic ſi ex
parte mulieris donationem propter nuptias.
Quare in noſtro caſu opinor onera matri-
monij non eſſe cauſam proximam, & imme-
diatam lucrandi dotem: Ratio ea mihi vi-
detur, quoniam eadem cauſa ex parte vxo-
ris militare deberet cum ſint correlatiua,&
ita diſpoſitum in vno & in alium cenſeatur l.
1.cum vulga.de Cupreſſ. lib.11. Co. præte-
rea cum vir, & vxor vt ſemel dixi ſuperius
non debeant ad imparia iudicari cap. gau-
demus de diuor.l.penul.& fina. C.de dona-
tio.an.nup.ſi cauſa proxima reſpectu mari-
ti forent onera matrimonij. reſpectu lucri
vxoris idem,at hoc abſurdum eſt, neque di-
ci poteſt. Tertio cum ſint vna,& eadem res
maritus, & vxor: *Erunt* inquit Deus Opti.
Maxi. inprin. Geneſi. *duo in carne vna* cap.
hęc imago. 33. quæſt. 5. & vnum & idem ſit
pactum reciprocum non debet diuerſa cau-
ſa, aut iure cenſeri l. eum, qui ædes de vſu-
fruc. cum vulga. Erit igitur cauſa lucri in ſi-
mili pacto (vt opinor) ſolatium deperditi
coniugis,quod efficit vt ſuperſtes lucrum hoc
11 conſequatur: conſequenter † cauſa lucratiua
non onerosa, quia ſolatium nullam onero-
ſam cauſam implicat: Quod ſi in caſu ſtatuti,
vel pacti, quibus vir dotem præmoriente
vxore lucratur, & non vxor donationem
propter nuptias, viro moriente prius, exiſ-
timarunt Socin.Iaſſon.Deci.& alij relati ſu-
pra in 2. opinione, quam dixit communem
Boeri.quod cauſa eſt lucrum, quanto magis
vbi pactum quale noſtrum reciprocum eſt,
cui applicari onerum, & expenſarum cauſa,
quas maritus ſuſtinet propter matrimoniũ,
non poteſt, cum & mulier, quæ in his non
oneratur, mariti donationem propter nup-
tias lucretur: Ex his inferri poſſet reſolutio
quæſtionis propoſitæ, quia cum ex cauſa lu-
cratiua coniuges lucrum conſequantur, non
onerosa, inſinuatio neceſſaria ſit. Confert
text. inſignis in §. illud quoque in auth. vt
fiat. filij in verbis: *Si vero dotalium pacta, & horum euentus parti viri concedunt actionem dotis, aut etiam eius partis, nullam iubemus eum habere actionem, ſi non donationem inſi-
nuauit*. Et ita ex illo text. id ipſum deducit
Angel.in ſummario,& in text.mulierem ob
defectum inſinuationis donationis propter
nuptias lædi non poſſe, at virum non inſi-
nuato pacto de dotem lucrando,dotem con-
ſequi non poſſe glo.in auth.vt ſponſ.largi.in
princi.verbo apud virum.Cyn.Oldra.Odo-
fre.Bal.Sali.Alberi.de Roſa. & alij in auth.
eo decurſum C.de donatio.an.nup.eandem
opinionem tenuere Anto.de Canario.tract.
de inſinua.quæſtio.5.& 6.2.part. & idipſum
in caſu ſtatuti docuit Cana. vbi ſupra Azo.
Cyn.& Bald. in l.fina. C.de iur.doti.idem
Canar.quæſt.39. quos refert Tiraquel. in d.
l. ſi vmquam in verbo donatione largitus
num. 220. ad finem eandem opinionem ſe-
quitur Rolan.tracta.de lucro.doti.quæſt.53.
num. 2. etiam in terminis ſtatuti, quod for-
12 tius eſt: Qui † tamen reſtringit & limitat vt
procedat quando in vim ſtatuti lucrum de-
fertur marito ſub ſola mortis commemora-
tione, ſecus ſi ob onera matrimonij, nam
cum eo caſu non foret ſimplex donatio, ſed
ob cauſam & impropria, inſinuatione non
egeret l. fina. in princi. C. de iur. doti. cum
alijs ab eo ibi citatis, & dixi ipſe ſupra in
principio remiſsiuè. Quæ declaratio Rolan-
di veriſsima eſt,atque ſecundum ipſam quæ
modo dixi declaranda ſunt, vt tunc demum
procedant quando ſub mortis commemora-
tione pactum inducitur, aliàs ſi ob cauſam,
quia vnus alteri hoc conceſsit vt eo præmo-
riente alter dotem,vel donationem propter
nuptias lucretur, & alter ſimiliter ob eam
cauſam, idem cum eo obſeruari voluerit
quoniam ob dictam cauſam foret inductum
pactum reciprocum,vel ob aliam etiam, ni-
hil enim refert dum cauſa adſit, inſinuatio-
ne pactum non indigere dict. l. fina. de iur.
doti. l. Aquilius Regulus vbi Barto. Roma.
& Imol.ff.de donatio. Alexan. qui commu-
nem conſil.83. lib.2. & conſil.113.ad finem
lib.6. Ruin.conſi.126.col.4.lib.1.Rolan.d.
quæſt.53.num.5.His adde innumeros, quos
refert Tiraq.in d.l.ſi vmquam in verbo do-
natione largitus à nu.109.cũ & poſt ſequen.
13 latiſsimè † docens donationes reciprocas,&
viciſcitudinarias non gratuitas dici poſſe,
ſed ob cauſam. Proinde idem Tiraquel. di-
cto verbo num. 228. de pacto lucrandæ do-
tis



tis loquens an inſinuatione indigeat, ab ea
dicit pendere quæſtione an pactum gratui-
tum ſit nec ne. Et quoniam vt plurimum pa-
cta reciproca, de quibus agimus ob cauſam
fiunt, ideo nulla egere inſinuatione arbi-
tror,quemadmodum nec donatio, quæ filio
fit à patre contemplatione matrimonij dixi
quæſtio.3.in fine, & in terminis noſtris præ-
ter ſupra citatos Hierony. Gabri.conſ.158.
num.4. lib. 2. Decian. reſpon.31. num.69.
lib.1.& his non relatis Barbo.in l.2.1.part.
num.164.ff.ſolut.matrimo.

## SVMMARIVM.

1 *Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias, an natiuitate filiorum reuocentur.*
2 *Dos,quæ obuenit marito ex pacto poſt mortem vxoris,ex cauſa lucratiua prouenit.*
3 *Tex.in l.cum vir ff.de iur.do.declaratur.*
4 *Maritus lucrum dotis conſequitur, etſi matrimonium momento durauerit.*
5 *Conditio ſi ſine liberis deficit etſi poſthumus momento viuat.*
6 *Ratio vnica vbi datur pro expreſſa habẽda eſt.*
7 *Maritus lucrum dotis conſequitur,etſi mulier traducta non fuerit.*
8 *Pacta de lucranda dote,vel donatione propter nuptias filiorum natiuitate non reuocantur.*
9 *Lucra omnia filijs prioris matrimonij reſeruantur.*
10 *Donationes factæ ab vxoribus viris natiuitate filiorum non reuocantur.*
11 *Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias reciproca,onerosa dicuntur.*
12 *Donationes non reuocantur ex diſpoſitione l. ſi vmquam,quando donator potuit de liberis cogitare.*
13 *Donatio ob cauſam non reuocatur ex diſpoſitione l.ſi vmquam.*
14 *Lucrum dotis, vel donationis propter nuptias qualiter conſideretur.*
15 *Lucrum dotis, vel donationis propter nuptias ceſſantibus matrimonij oneribus,vere lucrũ dici poteſt.*
16 *Dotis augmentum eodem iure,quo dos ipſe iudicatur.*
17 *Lucrum dotis ex cauſa lucratiua deſcendit.*
18 *Lucrum quod à damno, & onere digreditur,nõ rectè lucrum poteſt iudicari.*
19 *Dotis titulus dicitur onerosus quoad virum.*

## QVÆSTIO. XXXIII.

### *PACTA DE LVCRANDA DOTE, vel donatione propter nuptias, An filiorum natiuitate reuocentur ex diſpoſitione l. ſi vmquam.*

1 FREQVENS † quæſtio eſt an
pacta de lucrãdo dotem,vel do-
nationem propter nuptias, quæ
vt non ſemel dixi donationes
cenſentur, natiuitate filiorum
reuocentur beneficio l. ſi vmquam C. de re-
uocan.donatio. Et exiſtimarunt quidam re-
uocari, quales Socin. in l. 2. vbi Herculan.
poſt eum ff. ſolutio. matrimo. Multis mo-
uentur rationibus ex his tãtum tres vel qua-
2 tuor adducam. Prima † quia dos obueniens
marito non ex cauſa onerosa in hac ſpecie
illi obuenire videtur ſed ex lucratiua; atque
ideo leges quæ verbo. proprietatem colunt
l. non aliter de lega. 3. l. qui liberis §. hæc
verba cum ſimilibus ff.de vulgari. lucri titu-
3 lo marito obuenire dotem dicunt † l. cum
vir,verbis illis, *ſi tota dos mariti lucro ceſſe-
rit* ff. de vſuca. l. Titia in verbis, *contentus
in retentionem lucri dotis cæteris rebus*, ff.de
iur. doti. l. ſi ab hoſtibus §.fin.verbo, lucri-
facere ff. ſolut. matrimo. l. quoniam §. ad
hæc in verbo lucra C.de ſecun. nupt. & alia
multa iura cum his conformia adiungit Ti-
raquel. in d. l. ſi vmquam in verbo dona-
tione largitus numer. 220. C. de reuo. do-
natio. cum igitur in modum lucri maritus
dotem conſequatur & ſit mœra donatio non
dubium eſt quin ex illius legis beneficio re-
uocari poſsit.
4 Secundo † maritus in vim ſtatuti, aut pa-
cti lucrum hoc percipit, etſi nulla onera ſuſ-
tinuerit, quod contingit cum matrimonium
momento tantum durauit Bald.& Angel.in
l.non tantum vbi Corn. poſt eos C. delega.
Paul.de Caſtr.& Iaſſon. in l. ſi donaturus ff.
de condi.ob. cau. Catte. Cott. in memora-
bi. verbo ſtatuto Mediolani cauetur. Socin.
conſil.223. lib. 2. alios memorat Tiraq.vbi
ſupra num.221. idem Iaſſon. conſil. 135. ad
finem lib.1.Calca.conſil.31.col.2. ad finem
Deci. in cap. de cauſis de offic.deleg. idem
conſil.577.ad finem Brun.tract.de ſtatu.ex-
clu. fœmi. 6. artic.princi. 4. mem.quęſt.21.
Rolan.qui alios tracta. de luc.dot.quæſt.49.
num.11. Rip. in d.l. ſi vmquam quæſt.38. à
nu.1.Curt.iuni.in l. vinũ nu.6. de reb.credi.
Paris.conſ.127.col.1.lib.1. l.2. C.de poſth.
5 hęredi. inſti. quo † tex. probatur ſufficere ſi
poſthumus momẽto viuat,hoc enim momẽ-
tũ efficit vt teſtamentũ irritetur;ea enim,quę
vel momento tantum durant ſuos producũt
iuris effectus d.l.2.l.cũ ſponſus §. fina. ff. de
publica.vt hęc & his ſimilia Rolan. adiungit
d.quæſ.49.à nu.1.cũ ſequent. Ita fiet vt cum
ratio ſtatuti, vel pacti,quæ maritis lucra hu-
iuſmodi tribuit ſint onera matrimonij vt di-
xi ex cõmuni ſententia in quæſtio.præceden.
6 neq.alia ratio aſsignari poſsit, cũ † vnica ſit

pro expreſſa habenda erit, ad glo. quam ibi
ſequuntur omnes in l.quamuis C.de fideico.
quare ceſſante cauſa lucri ceſſare ſtatutum,
vel pactum debent ca.cum ceſſante de apel-
latio. l.adigere §.quamuis de iur.patro. ceſ-
ſat autem ratio ex eo quod maritus vbi ma-
trimonium momento tantum durauit, nulla
potuit adhuc onera ſuſtinere: Conſequenter
ſequitur lucrum dotis marito ex cauſa lucra-
tiua competere non oneroſa, & ideo reuo-
cari filiorum natiuitate poſſe.

7 Tertio † quoniam ex vera gloſ. traditio-
ne in §. nuptias, in authen.de nup. Barto.in
l.nihil.ff.re.amota. Tiraquel. Rolan. Andr.
Gail.& aliorum, quos recenſui quæſt. 19. in
tertia ampliatione, ſtatuto vel pacto, de quo
agitur locus eſt etiam ſi mulier ad viri domũ
traducta non fuerit, & ſic eo tempore quo
nullas maritus expenſas, vel onera potuit
ſuſtinere.

Quarto idem eſt vbi mulier à viro nondũ
cognita fuit, cum ſufficiant verba de præſen-
ti vt vir lucrum conſequatur ex ſententia
Bald. communiter recepta in l. Deo nobis
vbi Paul.de Caſtr.& Fulgo. C. de Epiſcop.
& cleri. latiſsimè Tiraq.vbi ſupra num.223.
qui alios multos, & alios plures adiũgit Ro-
lan.tracta.de lucro.doti.quæſt.106. num.18.
in qua quæſtione ad vtramq. hunc examinat
articulum, vbi dicto numero ex Bertran. &
alijs dixit communem neq. ab ea in iudicã-
do vel conſulendo recedi debere. Gam. de-
ciſio.187.dixi quæſt.19. verſicu. Tertio am-
plia. Cum igitur in hac ſpecie nec maritus
aliqua onera ſupportauerit, & dotis lucrum
nihilominus conſequatur, euidenter appa-
ret pactum hoc filiorum natiuitate reuocari
debere.

8 Contrariam † opinionem tenuerunt alij
multi, non ſcilicet reuocari filiorum natiui-
tate quibuſdam rationibus. Prima, quia per
huiuſmodi pactum non infertur niſi modicũ
præiudiciũ liberis: Nam aut pater non tran-
ſit ad ſecundas nuptias, & eo in caſu iuris
præſumptione dos hæc filijs obueniet patri
ſucceſſuris ſimul cum reliqua hęreditate, quã
ſecundum ius naturæ & noſtrum liberis non
alijs relinquere debet l.ſcripto vnde. libe.l.
9 cum ratio.de bon.damna. Aut † vero tranſit,
& tunc ex iuris diſpoſitione lucrum filijs
prioris matrimonij reſeruare cogitur. l. hac
ędictali C. de ſe. nupti. l. fœminæ eod.titu.
quam rationem reddidit Alex.cõſ.162.col.
10 2. lib. 6. quo † loci ſcribit, nec donationes
factas ab vxoribus viris ſuis natiuitate filio-
rũ reuocari, de quo dixit eſſe caſum expreſ-
ſum in §.dotes in auth.de nup.& in l.1. C.ſi
dos.conſ.matrimo. & hanc ipſam rationem
approbauit Tiraq.in d.l.ſi vmquam in verbo
libertis num.111. C. de reuo.donatio.& in
11 verbo donatione largitus num.216. Altera †
ratio eſt, quoniam pactum hoc non eſt gra-
tuitum, ſed oneroſum in recompenſationem
ſcilicet onerũ matrimonij l. 1. §. ſi vero iun-
cta glo.in verbo ad lucrũ C. de impo. lucra.
de ſcrip. lib. 11. Co. cum alijs multis quos
congeſsi.quæſt.præcedenti in verſic. Neque
extremo loco oberunt. quibus nunc addo
Surd. fusè diſerentem tracta.de alimen. tit.
9.quæſt.19.num.45.& ſequen.conſequenter
cum niſi gratuitæ, & ſimplices donationes ea
lege ob natiuitatem filiorum reuocẽtur, pa-
ctum ex cauſa oneroſa proueniens non reuo-
cabitur.

12 Tertia quoq. † ratio adiungi poteſt, quo-
niam cum mulier in contractu matrimonij
pactum fecerit, & ſic eo tempore, quo de
liberis potuit cogitare, propterea non reuo-
cabitur, ad ea, quæ idem Tiraq.in d.l.ſi vm-
quam in præfatione num.69. & in d. verbo
donatione largitus num.188.

13 Quarta ſit † ratio quod pactum huiuſmodi
eſt factum ob cauſam, videlicet propter ma-
trimonium, cum forſan vir non aliàs contra-
xiſſet niſi eo pacto adiecto, at in donatione
ob cauſam non eſt locus beneficio d.l.ſi vm-
quam vt fusè illic ſuper eodem verbo oſten-
dit Tiraq.à num.109.cum poſt ſequen.mul-
tis.dixi quęſt.3.in fine, & quæſt. 21. & latius
quęſt.19.vnde in terminis proprijs quæſtio-
nis de qua agimus præter Alex. d.conſ.162.
idem tenuit ante Alex.Paul. de Caſtr.in l.2.
ff.ſolut.matrimo.motus text. in d. l. 1. C.ſi
dos.conſ.matri. vbi eundem ſequũtur Alex.
Iaſſ.Socin.conſ.147.col.5.lib.1. Ruin.conſ.
131.lib.3.Rip.in d. l. ſi vmquam 22.quæſt.
Tiraq. in d. verbo donatione largitus num.
238. Deci. conſ. 181. num. fina. Gozadin.
conſ. 81. num. 13. Pariſi. conſ. 26. num.62.
Menoch. conſ. 195. num. 47. lib.2. & alios
communem, nec ab ea in iudicando, & con-
ſulendo recedendum dixit Rolan. tracta.de
lucro.doti.quæſt.87.num.5.verſic. Non ob-
ſtat, & nouiſsimè non relatis ſuperioribus
Barbo.in d.l.2.ſolut. matrimo.in princi.nu.
164. & in l. ſi ab hoſtibus num. 11. eo.titu.
Et aduertendum quod cum hæc opinio pro-
cedat ſtante ſtatuto, vel pacto de lucrando
dotem maritum, multo magis in quæſtione
noſtra, vbi pacta fuerunt reciproca inuicem,
quoniam non donationes ſunt gratuitæ, ſed
reciprocæ ob cauſam ex his, quę paulo ſupe-
rius dixi remiſsiue.

Non obſtant quatuor illa argumenta pro
14 altera parte adducta: nõ primum † illud, quo
dicitur apud iura noſtra, quę proprietatem
amant, lucrum id quod quiſque hoc pacto
conſequitur nominari, nam improprie lucrũ
appel-



appellatur, vt Roma. ſcripſit in l. ſi donatu-
rus ff.de condi.ob.cau.nam & fructus dotis,
qui propter onera matrimonij ſuſtinenda
marito dantur l.pro oneribus C.de iur. do-
ti.l.1. §. cumq. ex ſtipulatu verſic. Fœtus C.
de rei.vxo.actio.lucri cauſa ſibi obuenire di-
cuntur d.l.pro oneribus, & d.§.cumq.ex ſti-
pulatu: Neq. oberit illud de verborum pro-
prietate, quoniam plerumq. verba impro-
piantur à legiſlatoribus ipſis vt materiæ ſub-
iectæ facilius deſeruiant l.hęredibus §.fin.ff.
ad S.C. Trebel. l.quibus diebus §. dominus
vbi Soci.nu.4.de condi.& demõſt.alios Me-
no.de præſu.lib.4.præſu.139.nu.11.12. Ali-
15 ter † reſpondet Iaſſ.in d.l.ſi donaturus, lucrũ
dici habito reſpectu ad tempus pręſens, quo
delatũ eſt vxoris morte, ceſſantibus iam ma-
trimonij onerib⁹; at habito reſpectu ad præ-
terita onera lucrum dici nequit: ſubdit Ti-
raq.ſupra n.226.quod cum ſępius matrimo-
nij onera intollerabilia ſint, neq. ad ea ſup-
portanda plerumq. dotis fructus ſufficiant,
idcirco pacto huiuſmodi de dotẽ lucrãdo ſi-
16 bi mariti proſpiciunt, veluti † quodã additа-
mento, & veluti dotis augmento, quod eiuſ-
dem naturæ, & conditionis eſſe cẽſetur qua-
le dos data eſt, atq. ideo de vno quod de alio
idem iudicandum l.etiam C. de iur.doti.l.ſi
conſtante C.de donatio.an.nup.auth. æqua-
litas in verbis augmentum quoq. C. de pact.
conuen.l.inter ſocerum §.cum inter de pact.
dotali.in verbis additamenti cauſa §.aliud §.
dedimus in auth.de æqual.dot. Bal. & Sali.
in d.auth.ęqualitas Bart.Alex.Iaſſ.Rip.Par-
pa.& poſteriores in rubr.ff.ſolu.matrimo.&
alios plures adiungit Tiraq.dicto verbo nu.
226.ad medium, & in ſpecie Surd. poſt Spe-
cula. Aretin. Rube. Rip. Cœpha.& Menoch.
ab eo relatos conſ.196.nu.20.lib.2. egregie
Menoch. de augmento diſputans conſ. 26.
num.18.& conſ.34.lib.1. Surd.deciſ.88.nu.
10. 11.

17 Quare † licet maritus lucretur in recõpen-
ſationẽ onerũ matrimonij fructus dotis di-
ctis iuribus & glo.in d.l.ſi donaturus §. fina.
conſequenter videatur quod maritus retinet
fructus dotis ex cauſa oneroſa, non tamẽ ſic
dotẽ, quã hæredibus vxoris reſtituere tene-
tur; vnde ſi ex ſtatuto vir illã cõſequitur pro-
prie vbi lucrũ nulla antecedente cauſa one-
roſa ipſam acquirit, vt cenſit Angel. in §. aſ-
criptio in auth.de nup. tamen Angel. loqui-
tur attenta diſpoſitione iuris cõmunis, non
vbi viget ſtatutum, vel pactum, quibus adſtã-
tibus propter augendam ſummam illã one-
rum compenſationem, cum à matrimonio,
& dote data originem ſumpſerit etſi aliquo
18 reſpectu lucroſa cauſa dici poſsit, quia † ta-
men ab origine oneroſa digreditur, & quæ
ab ea ſequuntur damnoſa, & oneroſa iure
dicuntur gloſ.celebris in l.ſi duo verbo ſcire
potuit ff.de acquir. hæredi.quæ egregie do-
cuit, quod vbi lucrum trahit originẽ à dam-
no de eo idem, quod de damno iudicamus;
quam gloſam Imol.& Roma.ibi ſingularem
dixerunt, & eandem commendant Alex. &
Iaſſ.in l.iuris ignorantia C. qui admitt. Iaſſ.
in l.ſi emancipata in princi. C. de iur. & fac.
igno. & in l. Necennius de re. iudica. Deci.
conſ.402.col.4.Socin.conſ.5.col.3.Roland.
tractat. de luc.dot.quæſt.4.num.16. Tiraq.
in d.verbo.donatione largitur n.218. Surd.
tracta.de alimen.titu.9. quæſtio.19. num.6.
19 Atqui † dos à qua pactum defluit dicitur ti-
tulus oneroſus, quoad virum d. l. pro oneri-
bus l.ex promiſsione de actio. & obliga. l.
apud Celſum §.ſed etſi mulier ff.de dol.ex-
ceptio. Vnde & conuentio oneroſa dici de-
bet Oſaſ.deciſ.Pedemon.21.num.18.Meno.
tract.de præſu.pręſu.167.nu.38.lib.4. Præ-
terea lucrũ dotis originẽ habet à matrimo-
nio, quod dicitur oneroſus cõtract⁹ vt ſupra:
principium autem ſpectandum eſt, ſic in ter-
minis dotis & illius lucri ſcribit Crot. in l.
omnes populi nu.132.de ius. & iur. Meno.
conſ.240.n.29.& 33.lib.3.dixi aliqua quęſ.
19.verſ. Extenditur quinto. Cæterum inſti-
tuto quæſtionis propoſitæ non tam conuenit
ratio hæc, quam alia ſupra reddita, ſcilicet
quod huiuſmodi pacta, de quib⁹ diſputo re-
ciproca ſunt ex parte vtriusque coniugis &
ideo ob cauſam, in quibus d.l.ſi vmquã diſ-
poſitio non procedit.

Non obſtat ſecunda ratio, tertia, nec quar-
ta, quibus vna ſolutione reſpondetur, & cum
matrimonium momẽto durauit, & licet mu-
lier ad viri domum traducta non fuerit, &
vbi nondum cognita eſt, nam & in his caſi-
bus, mariti antea expenſas facere ſolent, in
veſtibus, iocalibus atque his ſimilibus, quæ
ad ornatum pertinent muliebrem; ceſſanti-
bus autem his vere ſtatuti lucro locus non
eſſet. ſic declarauit Roland. quæſtio.4. num.
17. 18. tractat.de luc.dot. Cæterum in pro-
poſita à nobis quæſtione extra dubium res
eſt, quoniam reciprocæ donationes, vel pa-
cta, nullum ad onera matrimonij reſpec-
tum habent vt millies dixi, ideoque quili-
bet ex his præmoriens alterius partem lu-
crabitur.

## SVMMARIVM.

1 *Pacta dotalia in matrimonio dicta, an in aug-
mento dotis, vel donationis propter nuptias
repetita intelligantur.*

2 *Pacta, & conuentiones dotales in donatione
propter nuptias repetitæ videntur.*

*Donatio*

3 *Donatio propter nuptias abuſiue dotis augmentum appellatur.*
4 *Donatio propter nuptias, & dotis augmentum diuerſa.*
5 *Interpretatio ſtricta ſit in contractibus.*
6 *Caſus omiſſus in cõtractib⁹ ſuppleri nõ debet.*
7 *Extentio non ſit in contractibus de vno ad alium caſum, etſi maior ratio ſit in vno, quam in alio.*
8 *Caſus omiſſus pro excluſo habendus in contractibus.*
9 *Onus in priori contractu adiectum in ſecundo repetitum non cenſetur.*
10 *Pactum redimendi in primo poſitum contractu in ſecundo repetitum non videtur.*
11 *Onus, vel qualitas prioris contractus, in ſecundo repetita non cenſetur.*
12 *Onus vel qualitas in vna parte contractus in altera repetita non videtur.*
13 *Nattæ conſilia 253.num.7.& conſil. 571.nu. 9. adferuntur.*
14 *Nattæ opinio inſignis, an in dote dicta in augmento repetita cenſeantur.*
15 *Mulier, quæ eandem dotem, quam priori dederat viro, ſecundo conſtituit, an etiam dotis augmentum.*
16 *Surdi conſilium 397.nu.15.li.3.adducitur.*
17 *Augmentum dotis illius ſequella non eſt.*
18 *Donatio propter nuptias niſi expreſſim à muliere petita, conuenta tacite non videtur.*
19 *Bald. opinio inſignis exiſtimantis pacta in dote dicta tacite in donatione propter nuptias fore repetita.*
20 *Dos, & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant.*
21 *Donatio propter nuptias etſi à viro proficiſcatur, contemplatione tamen dotis ſit.*
22 *Donatio propter nuptias occaſione matrimonij, & dotis deſcendit.*
23 *Donatio propter nuptias, dotis ſequela.*
24 *Statuta de dote lucranda, in dotis augmento locum habent.*
25 *Dos, & donatio propter nuptias non fere inter ſe differunt.*
26 *Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.*
27 *Donatio propter nuptias iuxta dotis naturam regulanda.*
28 *Contractus etſi iuris ſtricti, à mente tamen cõtrahentium extenduntur.*
29 *Mens paciſcentium in contractibus attẽdenda.*
30 *Dicta in principali, & in acceſſorio repetita cenſentur.*
31 *Tex.in l.ſi ventri §.fina.de priuile.credi. declaratur.*
32 *Pacta omnia in vno inſerta contractu, pars contractus dicuntur.*
33 *Donatio propter nuptias dotis gratia adiecta cenſetur.*
34 *Authoris opinio qualis.*

## QVÆSTIO XXXIIII.

*PACTA DOTALIA IN MAtrimonio dicta, an in augmento dotis, vel donatione propter nuptias repetita intelligantur.*

1 TRACTATVM vidi, † quod
frequenter contingit, an ſcilicet
pacta dotalia in contractu matrimonij inter virum & vxorem
celebrata qualiacunque ſint, hęc
ipſa in donatione propter nuptias, dotis
augmento, & his ſimilibus repetita intelligantur cum conſtante matrimonio donatio
propter nuptias fieri poſsit l.ſi conſtante C.
de donatio.an.nup. Hanc quęſtionem mouit
Bald.in l.cum multa C. de donatio.an.nup.
Qui ex eo text. adnotauit quod pacta ſuper
dote celebrata repetita intelliguntur in donatione propter nuptias: Bald. refert, & ſequitur Rolan.a Val.conſi.62.num. 8.& 9.li.
1. cœterum cum quotidiana quæſtio ſit diligenter excutienda erit. dixi de hac, obiter
2 ſupra.quæſt.8.num.247. Pręmittendum † tamen pro huius quęſtionis declaratione, quod
licet abuſiue loquendo multi ex noſtris donationem propter nuptias augmentum dotis nominent, & in pleriſque etiam regionibus, & locis vt in hac & alijs Hiſpaniæ vrbi-
3 bus, & prouincijs: vere † tamen, & proprie
iuxta iuris communis diſpoſitionem aliud
eſt donatio propter nuptias, aliud augmentum dotis; ſic declarauit Campei. tract. de
dot.1.part.quæſt.61.a num. 1. is docuit do-
4 nationem † propter nuptias fieri ex parte
viri, verum augmentum dotis fieri ex parte
vxoris. quare ſi maritus dotem vxoris augeat, non vere & proprie dotis augmentum,
ſed donatio dicetur propter nuptias, cum
augmentum ex parte vxoris fiat, & non viri,
ſic egregie declarauit Natt.conſi.253.num.
7.& 8.libr. 2. Alban.conſi. 22. & conſi. 68.
Crauet.conſi.185.in principio, Surd.conſil.
196.num.19.ad medium lib.2.

5 Videtur † autem primo aſpectu pacta in
dote dicta, in donatione propter nuptias
ſubſequuta, vel augmento repetita non cenſeri. Primo quia cum ſimus in contractibus,
in quibus ſtricta fieri debet interpretatio l.
quidquid aſtringendæ de ver.obliga. l.veteribus cum ſimilibus C.de Pact.Surd.deciſio.
6 272.num.3. Quod † omiſſum eſt pro omiſſo
habendum cenſetur, neque ſit extentio de
vno caſu ad alium d.l. quidquid aſtringendę
l.ſi extraneus de con.ob.cau.l.ſi cum dotem
in princi.ff.ſolut.matrimo.qui text. in dote
loquitur vbi Alex.num.14.Claud. num.12.
Barto.



Barto.in l.ſi conſtante num. 53.ſolut. matri.
Oſaſ.deciſio.pedemon.24.num.48. etiam ſi
non poſsimus diuinare, quare caſus fuerit
omiſſus Alexan.Iaſſ.Socin.& Deci. quos refert & ſequitur eruditiſsimus Gabri. conſil.
7 95.num. 17. lib.2. † licet ſit maior ratio in
vno, quam in alio: præcipue vbi materia odioſa foret Cin.in l. quod fauore C.de legi.
Crauet.conſi.416.num. 15.& alios Ludoui.
Molin.tract.de primo.Hiſpa.li.1. cap.4.nu.
8 3. Denique † caſus omiſſus pro excluſo habetur dixit Bald. conſil. 299. lib.2. Alexan.
conſi.46.num.4.lib.2.Surd.deciſi.283.num.
6.quoniam cum contrahentibus facile fuiſſet exprimere, videntur noluiſſe quod non
dixerunt cap.ad audientiam de Deci.cap.inter corporalia de tranſ. prælato.l. vni. §. ſin
autem ad deficientis C.de cadu.tollen. Cæpha.qui alios conſil.26.num.11.Becci.conſi.
1.num.14.

9 Secundo † accedit quod maxima authoritate docuit Caſtren.conſi. 347.num. 1.lib.
1.is ſcripſit ibi, exceptionem vel onus in
primo contractu adiectum, in ſecundo non
cenſeri repetitum, maxime vbi ſecundus cõtractus ex interuallo fieret l. per retentionem C.de vſur.vbi caſum eſſe ait.

10 Tertio facit † celebris traditio Alexan.
conſi.122.num.2.& 3.lib.2. qui ex facto interrogatus an pactum redimendi, vel retrouendendi appoſitum in primo contractu ſit
in ſecundo repetitum, diſtinguit, vel inquit
fuit appoſitum in pręfationibus contractus,
ſeu in continenti in ipſo contractu, & eo in
caſu cum dicta in præfationibus cenſeantur
in ſequentibus repetita, pactum redimendi
itidem repetitum cenſebitur; At ſi ex interuallo fuiſſet aliud pactum interpoſitum repetitum iudicari non debet, ex text. in l. itẽ
quia in fine ff. de pact. & l. Titia §. idem reſpondit de verb. obliga.iuncta d.l.per retentionem C. de vſu. Alexan. ſequitur Cagno.
in l.2.num.196. C.de pact.in emp.Menoch.
conſi.288.num.23.lib.3.& lib.præſ. 2. pręſ.
84.num.12.vbi is ab Alexandri conſi.& traditione regulam tradit generalem, nuſquam
onus, vel qualitatem adductam in prima cõuentione cenſeri in ſecunda repetitã, vbi ſit
ex interuallo, niſi id expreſſim diceretur.

11 Quarto † iuuat Barto. traditio in l. prætor. §. eritque differentia ff. vi bono. rapto.
quod nunquam qualitas, conditio, aut onus
poſitum in vna parte contractus cenſetur in
alia repetitum, niſi vbi vna oratio eſt, & ab
vno verbo tota contrahentium voluntas regitur ex l.1.iuncta l. 3.§. quod ait prætor ff.
de incen.Ruin.idem Bart.in l.Seius §.Gayo.
ff.de fun.inſtruc.Barto.Socin.conſi. 48.num.
5.lib.1.conſi.63.num.14.lib.3. Parili.conſi.
18.num.23.lib. 2.Gabri. conſi.98. num.16.
li. 1.Cœphal.conſi. 637.num. 31.32. libr.2.
Beret.conſi.29.num. 18.Celſ. Hugo.conſil.
120.num.52. nouiſsimè relatis paucis Pere-
12 gri.conſi. 44.nu.6. vnde cũ in eodem † contractu vbi diuerſa ſunt capita, conditio in
vno ex his poſita in alio repetita non cenſeatur; quanto magis vbi diuerſi ſunt contractus, conſequenter pacta poſita in matrimonio, vel dote, non cenſentur repetita in donatione propter nuptias, vel dotis augmento: maximè vbi ſeorſum in diuerſo cõtractu
augmentum vel donatio propter nuptias facta fuiſſent, vt indies ſit.

13 Quinto iuuat † quod reſpondit Natt. d.
conſi.253.num.7.& conſi.571.num.9.is ait,
14 quod † vbi dos additur à marito, & non à
muliere proprie dicitur donatio propter
nuptias non dotis augmentum, tunc vero
dicta in dote repetita intelliguntur in augmento cum augmentum à muliere ſit, ſecus
ſi a viro ita intelligit tex.in l.etiam C.de iur.
doti.ſubinde infert iura omnia volentia idẽ
iudicandũ de augmento dotis quod de ipſa
dote, intelligẽda fore vt modo dixi de augmento, quod ſit à muliere, vel illius parte, nõ
de eo quod à viro: ſic itidem intellexit text.
in d.l.cum multæ C.de donatio.an.nup.& in
§.eſt & aliud de donatio.inſtit. Natt. ſequutus fuit idem Surd.dict.conſil.196. num.20.
21.22.lib.2.

15 Sexto † reſpondit Natt. dict. conſi. quod
etſi mulier præſumatur dare in dotem marito ſuo eandem quantitatem, quam primo
dederat, & augmentum dotis, quod additum
fuit, non tamẽ cenſetur donare ſecundo viro
augmentum factum à priori marito, quia illud donatio dicitur propter nuptias proprie, non dotis augmentum, vel ſequela ſequitur Surd.dict.conſi.196.num.22.

16 Septimo † accedat authoritas eiuſdem
Surd.conſi. 397.a num. 15. lib. 3. is in facti
ſpecie ſimili Nattæ conſilio reſpondit dotẽ
ſecundo viro eandem cenſeri traditam, quã
mulier primo attulit, verum cum ea dote
donationem propter nuptias, quam à primo
habuerat marito non venire; mouetur ex
pluribus; primo quia nulla id lege cautum
reperitur; ſecundo quia vel conſideratur ratio propter quam dos data primo præſumitur data ſecundo, quod ſcilicet iam conſtituta priori, cenſetur in dubio alteri, & hæc ratio verificari in donatione propter nuptias
non poteſt, quia nuſquam fuit dos, vel conſideratur altera ratio, quam poſuit text.in l.
diuus ff.de iur.doti.quod ſcilicet non ſit veriſimile voluiſſe mulierem indotatam accedere ad ſecundum maritum, & hæc non infert neceſſario vt vna cum dote dare volue-
rit

rit donationē propter nuptias, cum mulieri
ſatis ſit ſi primā dotem alteri traditam ma-
17 rito adduxerit. Tertio † quia huiuſmodi
augmentum non eſt ſequela dotis nec ab ea
pendet, neque etiam dicta in dote cenſentur
in ea repetita, cum ſint diuerſa, & ſeparata,
quod ille latiſsimè proſequitur à num. 16.
ad finem in verſic. Non obſtat igitur cuius
non refero dicta.

18 Octauo † ſuperiora aſtruit authoritas Pe-
træ tract. de fidei. quæſt. 8. num. 360. vbi ait
expreſsim donationem propter nuptias niſi
petita ſit à muliere non cenſeri tacite con-
uentam fuiſſe pro ſimili dotis quantitate,
proinde poſt mortem mulierem eam petere
non poſſe. Vbi Afflict. & alios citat, conſe-
quenter videtur dicta in dote non cenſeri
in donatione propter nuptias repetita.

19 Contraria † tamen cum Bald. opinio te-
nenda eſt, probat eam tex. in cap. fina. de do-
na. int. vir. & vxo. tex. in auth. æqualitas C.
de pact. conue. quam tenuit & Angel. in §. 1.
num. 4. in auth. de æqua. doti. Campe. tract.
de dot. quæſt. 61. Cuma. conſi. 26. vbi egre-
gie reſpondit mulierem, quæ in dotem de-
derat tria millia aureorum, cum pacta fuiſſet
de duobus mille pro contra dote lucranda
mortuo marito, tacite etiam conueniſſe vi-
deri de lucranda eadem dotis portione per
maritum, præmoriente ipſa Rolan. tract. de
lucran. dot. quæſt. 10. num. 5. idem Roland.
fusè poſt multos ab eo relatos dict. conſil.
62. num. 8. & 9. Socin. in l. cum fuerit col. 3.
de reb. dubi. pulchrè Becci. conſi. 43. nu. 18.
is ſcribit pactum de lucranda donationis
parte, trahi ad lucrum dotis eiuſdem quan-
titatis, Salicet. poſt gloſ. in l. leonis C. de
pact. conuen. Anto. Gomez in l. 50. Taur. nu.
11. verſi. Secundus: quinimo vbi lucrum do-
tis defertur ab ſtatuto ſic & donationis prop
ter nuptias Rolan. dict. conſi. 62. Salice. in
dict. auth. dos data quæſt. 5. Bello. conſi. 17.
num. 3. Becci. dict. conſil. num. 18. vnde male
ſenſit Petra. tract. de fideico. num. 358. non
lucrari vxorem donationem propter nup-
tias licet vir ex pacto lucretur dotem, quia
20 verum non eſt, & contra communem. † Sed
& idem Surd. deciſio. 214. num. 9. poſt mul-
tos docet pari paſſu ambulare dotem, & do-
nationem propter nuptias; & ideo cogi ma-
ritum donationem facere propter nuptias
mulieri, quinimo ſcribit ibi exiſtimare mul-
tos ipſo iure factam cenſeri à viro etſi nihil
dictum ſit.

21 Ratio † quidem eſt quoniam etſi donatio
propter nuptias à viro procedat, negari ta-
men nequit quin contemplatione dotis, &
contracti matrimonij fiat: niſi enim matri-
monium, & dos forent nēque donatio prop-
ter nuptias, dict. auth. æqualitas C. de pact.
conuen. atq. ideo eiuſdem naturæ, & condi-
22 tionis. † Proinde donatio propter nuptias
dicitur ob cauſam matrimonij facta Deci. &
Rip. relati à Surd. conſi. 164. num. 37. li. 2.
23 qualis † dos eſt in omnibus, & idem iudicā-
dum l. etiam C. de iur. doti. l. ſi conſtante C.
de dona. ant. nup. auth. æqualitas in verbis,
augmentum quoque C. de pact. conuen. l. in-
ter ſocerum §. cum inter in verbis addita-
menti cauſa de pact. dotali. aliud §. dedimus
in auth. de æqua. doti. Bald. & Salice. in d.
auth. æquali. Alex. Iaſ. Rip. & Surd. quos
citaui antecedenti quæſtione in verſi. Subdit
Tiraquellus. Et his addendus extremus &
nouiſsimus M. A. Peregrin. tract. de fideico.
artic. 42. num. 84. vbi poſt Pau. de Caſt. Bal.
Cæphal. Ruin. & alios ab ipſo relatos docuit
augmentum dotis veluti ſequelam eſſe &
quid acceſſorium ad dotem proinde ſubdu-
cendum eſſe de fideicommiſſo ſicut dos ipſa
ſubduceretur dum conſtet augmentum fa-
ctum fuiſſe; & præter eum idem ſenſit Cra-
uet. conſi. 462. num. 32. Theſau. deciſ. 183.
num. 4. ad finem.

24 Concinit † ſuperioribus quod ſtatutum
de dote lucranda locum habet, & in augmē-
to. fusè Rolan. tract. de lucr. dot. quæſt. 100.
poſt. Campe. & Pariſi. quos citat, quoniam
additamentum ſuperadditum nouam dotē
non facit, l. ſi proprietati vbi Bald. C. de iur.
doti. & priuilegium itidem prælationis, vt
hæc & alia coaceruat Tiraq. tract. de retrac.
conſan. §. 1. gloſ. 7. num. 19.

25 Sic & text. † in d. l. cum multæ verſic. Si
igitur C. de donatio. an. nup. dixit quod dos,
& donatio propter nuptias non fere differūt
in ſubſtātia; ita fit quod donatio licet à viro
proueniat, videtur tamen ab vxore deſcen-
dere, quoniam dando dotem cogit maritum
ad eidem ſimilem faciendam donationem
propter nuptias d. auth. dos data C. de do-
natio. an. nup. qui maritus vt id faciat condi-
ctione ex dict. auth. cōueniri poteſt, iuxta gl.
1. ibi communiter receptā ab Odofre. Bal.
Angel. Barto. illic, Afflict. deciſio. 242. vbi
Vrcil. ad eum Oſaſ. deciſ. pedemon. 21. nu.
21. Surd. deciſ. 214. nu. 8. vnde optimo quidē
iure affirmari poteſt huiuſmodi donationē
26 propter nuptias ab vxore proceſiſſe, † quæ
cauſam dedit illi, dando dotem viro ſuo; ex
vulgari regula quod quidquid eſt cauſa cauſę
eſt cauſa cauſati Barto. in l. 4. §. actor num. 2.
de re. judi. Oſaſ. deciſi. 167. nu. 25.

27 Extremo † donatio propter nuptias in
eſſe producta eiuſdem eſt naturæ cum dote,
& ſecundum ipſam regulatur, cum in effectu
& ſubſtantia non differant dict. l. cum multę,
& ſtatutum in vno, & in alio ſtatutum cen-
ſetur



ſetur dict. l. ex morte l. leonis C. de pact.
conuen. Natt. conſil. 258. num. 8. Bello. dict.
conſi. 17. num. 2. Becci. dict. conſi. 43. nu. 18.
Afflic. deciſi. 154. Vincen. de Fran. deciſ.
182. num. 2. 3. 4. dixi ſup. quæſ. 8. num. 244.

28 Non obſtant † rationes ſupra in contra-
rium adductæ, quoniam etſi in contractibus
fiat ſtricta interpretatio, & quod omiſſum eſt
pro omiſſo haberi debeat, id verum eſt niſi
ex mente contrahentium aliud deprehendi
29 poſsit: † in contractibus enim etiam mens
paciſcentium potius, quam verba conſiderā-
tur l. fina. C. quę res Pigno. obli. poſſ. l. iuris
gentium §. pactorum ff. de pact. l. ſemper in
ſtipulationibus vbi gloſ. & Deci. num. 1. de
regu. iur. cum & aliquando contractus non a
verbis ſed ab intentione contrahentium iu-
dicentur l. ſi vno. ff. loca. l. 2. C. commu. de-
lega. Curti. ſeni. conſi. 75. col. 4. Deci. conſil.
48. num. 2. vnde etiam in pactis & conuen-
tionibus fit extenſio de vno caſu ad aliū ean-
dem rationem habentem ex traditione Pa-
nor. in cap. cum dilecta num. 6. de confir. vti.
vel inuti. Alex. conſi. 130. num. 5. libr. 4. Iaſſ.
in l. Titius §. Lucius nu. 1. de libe. & poſthu.
& his ſimilia multa congeſsit Pariſi. conſ. 72.
num. 50. lib. 4. conſi. 32. num. 57. lib. 1.

30 Non obſtant † tres extremę rationes, quo-
niam vna eis ſolutione reſpondetur, nō pro-
cedere quando ſequens contractus fit contē-
platione præcedentis, & eſt illius pars, por-
tio & additamentum vt ſuperius dixi: tunc
dicta in primo cenſentur in ſecundo dona-
31 tionis propter nuptias repetita: † Adſtipu-
latur his text. in l. ſi ventri §. fin. ff. de priuile.
credito. vbi voluit quod vbi plura capitula
poſita ſunt in vno contractu, tunc vnum cen-
ſetur alterius contemplatione poſitum, &
docuit Barto. conſil. 61. ex l. penul. §. mulier
ff. ſolut. matrimo. fusè Becci. in conſi. 45. nu.
32 32. Porro † quemadmodum pacta omnia in
vno contractu inſerta dicuntur pars contra-
ctus l. fundi partem de con. emp. l. iurisgen-
tium §. quinimo ff. de pact. l. ſi venditor ff. de
ſer. expor. l. penul. ff. de hære. vel actio. ven-
di. & cenſentur pars pretij Bald. in d. l. fun-
di partem Becci. conſi. 45. num. 32. Bello. d.
conſi. 27. num. 11. Corne. conſi. 12. num. 1. li.
3. Iaſſ. conſi. 111. lib. 4. Alciat. reſpon. 149.
qui alios citat. Sic cum pactum de quo agi-
mus vnum & idem cenſeatur cum pacto do-
tis præcedenti, & illius pars, & additamen-
tum, nihilmirum ſi in præcedenti dicta in ſe-
33 quenti repetita intelligantur; † cenſetur e-
nim donatio hæc propter nuptias contem-
platione matrimonij, & illius dotis appoſi-
ta. Vnde dixit ſingulariter Bald. in auth. dos
data num. 2. C. de donatio. an. nup. quod
ſicuti maritus non lucratur dotem, qui non
ſuſtinet onera matrimonij quemadmodum
ſuo loco dicam, ita mulier non lucratur do-
nationē propter nuptias ſi onera dotis dan-
dæ non ſuſtineat, quem ſequitur & refert
Surd. tract. de Alimen. tit. 8. priui. 69. num.
1. de hac quæſtione latius dicetur quæſ. 40.
vbi ſimilis caſus declarabitur.

Neq. obſtant authoritates Natt. & Surd.
in conſilijs pro aduerſa parte citatis; quo-
niam in illis caſibus proinde donatio prop-
ter nuptias dotem non ſequitur veluti quid
acceſſorium ad eam, & vt eiuſdem naturæ,
quia de donatione propter nuptias ageba-
tur inter alios, & in diuerſo contractu; nihil
igitur mirum ſi dotem non ſequatur; ſecus
vbi de eiſdem coniugibus ageretur, & in eo-
dem matrimonio, in quo caſu communis lo-
quitur opinio, iura etiam & authoritates
per nos citatæ. Et vt rectè conſiderat Surd.
d. conſi. 357. num. 19. verſi. Nec me mouet,
donatio propter nuptias eiuſdem eſt naturæ
cum dote quo ad æqualitatem pactorum, &
diſpoſitionis, vt ſcilicet diſpoſita in dote ad
fauorem illius, & in donatione propter nup-
tias, quia correlatiua ſunt, & in his diſpoſi-
tum in vno, & alio diſpoſitum cenſetur, l. fin.
cum vulga. C. de indic. vidui. tollen. cœterū
ceſſante correlatione non idem eſt in dona-
tione propter nuptias quod in dote, quia nō
habet eadem priuilegia quemadmodum il-
lic Surd. oſtendit, quæ non repeto. Non obſ-
tat vltimo authoritas Petræ in d. loco quo-
niam reſpondetur dupliciter: primo multos
fuiſſe in opinione quod dote data illico ſimi-
lis quantitatis donatio propter nuptias con-
ſtituta cenſeatur, etſi nihil dictum fuit, Surd.
dict. deciſio. 214. idem Surd. poſt multos à
ſe relatos conſi. 164. num. 23. lib. 2. dixi ſup.
quæſt. 1. vbi conciliaui opiniones num. 9.
Secundo reſpondetur quod etſi altera opi-
nio verior eſſet, & magis communis, quam
communem dixit Clar. in §. donatio quæſt.
11. nu. 2. etſi dubitē ipſe an ſit cōmunis non
officit, nam cum ſit in poteſtate vxoris ma-
ritum cogere vt donationem faciat ex his,
quæ ſupra dixi, cum poſsit facere, perinde
æſtimāda eſt ac ſi donationem propter nup-
tias haberet, qui enim facere poteſt vt ha-
beat, & non facit iudicandus eſt ac ſi habe-
ret. l. qui poteſt facere de reg. iur. cum alijs
egregie ad hoc inſtitutū cumulatis per Surd.
tract. de Alimen. titul. 5. quæſt. 15. num. 19.
& 20. idem Surd. conſil. 8. nu. 25. lib. 1. vnde
ſi non facit ſibi imputet, hoc ſufficit vt dum
conſtituta ſit, dotis naturam aſſumit & ſe-
cundum eam regulatur.

34 Igitur † vt reſoluamus quæſtionem, aut
agitur de augmento dotis vero & proprio
quale illud quod à muliere vel ab alio ex
parte

parte illius additur doti,& hic articulus nullam continet dubitationem ; non enim cenſetur tale augmentum quid ad ipſa dote ſeparatum ſed vnum & idem.dict. l. etiam C. de iur.doti.cum alijs multis ſuperius citatis & declarat poſt Specul.Fulgoſi.Aret. Neuiza.Cœphal.& alios multos Menochi.conſil. 93.num.12.libr.1. Surd.dict.conſi. 397.nu. 17. lib.3. proinde in dote dicta & in eo repetita cenſentur:hincque dote data ſecundo viro, cenſetur & datum augmentum illius vt Natt. Surd. & alij in citatis conſilijs exiſtimant & rectè.

Aut vero loquimur in augmento dotis id eſt donatione propter nuptias, quæ nõ rectè augmentum appellatur dotis,& ea in ſpecie vel agitur de correlatione pactorum,& conuentionum vel non; priori caſu dicta in vno ex his,in altero repetita cenſentur,in ſecundo vero minime, atque hęc vera ſunt & ex communibus & receptiſsimis traditionibus accepta.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in capitulis matrimonialibus contractum quo vxor,vel maritus filijs ex eo matrimonio certam portionem reſeruarunt, an mortuis filijs nepotibus ex illis remanentibus, commodum reſeruationis pertineat nec ne.*

2 *Extentio non ſit de caſu ad caſum in contractibus.*

3 *Filij in primo gradu conſtituuntur.*

4 *Appellation: filiorum impropriè nepotes continentur.*

5 *Appellatione liberorum quando nepotes contineantur.*

6 *Appellatione filiorum cum certa qualitate non continentur nepotes.*

7 *Conditio ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis, non deficit exiſtentibus nepotibus ex filio.*

8 *Conditio in forma ſpecifica adimplenda.*

9 *Conditio in forma ſpecifica adimplenda in omni caſu,& in omni tempore.*

10 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias quemad modum tenetur reſeruare lucra filijs prioris matrimonij, ſic & nepotibus.*

11 *Coniunx non poteſt plus ſecundo viro relinquere quam vni ex nepotibus ex filio.*

12 *Text.in l.hac edictali C.de ſecun.nupti.in nepotibus locum habet.*

13 *Pactum contrahentium in dubio animo nouãdi appoſitum non cenſetur.*

14 *Pactum de reſeruanda certa portione filijs, vxorum amore inductum videtur.*

15 *Affectio maior ad nepotes quam ad filios.*

16 *Statuto ſtante quod vxore ſine liberis ex ſe natis præmortua, maritus certam dotis partem lucretur decedente vxore relictis nepotibus maritus ab eis excluditur.*

17 *Liberorum appellatione regulariter nepotes continentur.*

18 *Liberorum appellatione in fauorabilibus nepotes continentur.*

19 *Dictio ex.cauſam proximam deſignat.*

20 *Immediatum illud dicitur quod per rerum naturam vnum,& idem eſt.*

21 *Filius portio eſt paterni corporis.*

22 *Pau. Caſtren.dicta egregia.*

23 *Liberorum appellatione ſecundum magis communem opinionem in fauorabilibus nepotes continentur.*

24 *Surdi deciſio. 73. adducitur, idemque author laudatur.*

25 *Statuto ſtante, quo lucrum dotis marito reſeruatur moriente vxor ſine filijs, vbi nepotes relinquuntur maritus excluditur.*

## QVÆSTIO XXXV.

*PACTVM IN MATRIMOnij contractu celebratum, quo vxor vel maritus filijs ex eo matrimonio communibus certam portionem reſeruarunt, an mortuis filijs remanentibus ex his nepotibus, ad eos pertinere commodum reſeruationis debeat, non vulgaris quæſtio.*

1 VSVFREQVENS quæſtio † eſt an pactum in capitulis matrimonialibus contractum, quo vxor certam filijs illius matrimonij portionem reſeruauit vbi extarent, vtrum mortuis filijs remanentibus ex his nepotibus, portio ad eos pertinere debeat : id tunc contingere poteſt cum vel eadem ipſa vxor alium hæredem inſtituit, aut etiam maritus, exiſtimantes eam portionẽ quo ad eos liberam eſſe debere cum conditio defecerit:neque pactum de filijs loquens ad nepotes extendatur.

2 Primo igitur videtur † poſſe libere vxorem non extantibus filijs etſi relictis nepotibus in ea portione alium hæredem inſtituere (quæ de vxore dico eadem de marito intelligenda) quoniam in pactis non fit extentio de vno caſu ad alium, nec de vna ad aliam perſonam,cum ſint ſtricti iuris;& quod eſt omiſſum habeatur pro omiſſo, vt multorum authoritate oſtendi præcedẽti quæſtio. poſt principium verſi. Videtur autem primo aſpectu.

3 Secundo quia † cum pactum de filijs fuerit conceptum, & ij in primo deſcendentiũ ſunt gradu l. 1. §. primo gradu ff. de gradi. affini.



affini.in princi.inſtit.eod.titu.de his cenſiſſe contrahentes intelligẽdum: Et aliud eſt nomen filij,aliud nepotis vt dixerunt Bart. Alciat. & Rebuf. in l. liberorum de verbo.ſig-
4 nifi. Rurſus † nec proprietatis effectus ſub filij nomine nepotes poſsit continere l. quod ſi nepotes de teſ.tute. l. 1. §. quæritur de ven.inſpi.l.Gallus §.1. & §. inſtituens de libe.& poſthu.§.fin. cum ſimilibus inſtit.qui teſta.tuto.dari poſſ.

5 Tertio † confert Barto. traditio inſignis in d.l.liberorum de verbo.ſignifi. docuit ibi quod licet quandoq. liberorum appellatio-
6 ne nepotes contineantur, tamen † vbi cum aliqua qualitate proferuntur quæ non conuenit nepotibus, eo tunc appellatione liberorum nepotes non continentur, Bartol. ſequuti ſunt ferè omnes Deci.conſ.353. ad finem Ruin.conſ.13.col.2.lib.1. Rolan.tract. de lucr.dot. quæſt.56. num.1. Surd.deciſio. 72. num. 3. vnde cum in hac ſpecie de filijs communibus pactum fuerit conceptum, & hęc qualitas nepotibus non conueniat, ad portionem admittendi non erunt.

7 Quarto facit † eiuſdem Barto.traditio in conſ.133.lib.1.qui ferè in terminis quęſtionis noſtrę docuit,quod ſtante ſtatuto,quo cauetur,quod vxore præmoriente ſine filijs ex eo matrimonio,maritus lucretur certam dotis partem ; hoc ſtatuto minimè includi nepotes,quoniam cum ſtatutum de filijs loquatur & cum ea qualitate ad nepotes extendi non debet. tum & hãc etiam rationem reddit:quoniam dictio ex.denotat cauſam proximam,& immediatam l.non dubium C.de lega.Barto.in l.1.§. ex incendio ff.de incen. ruin. & naufra. quæ in nepotibus non reperitur Barto.ſequuti ſunt Socin. Pariſi. & alij quos refert Surd.d.deciſ.nu.4.& ante ipſum Rolan.d.quæſt.56.num.6.

Quinto ſuperioribus adſtipulatur ſingularis doctrina Angel.in l.1.C. de condi. inſer. vbi ſcripſit quod illa conditio ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo coropre natis, non deficit exiſtentibus nepotibus ex filio, propter ſuperiorem rationem: ſequũtur Angel. Salice. in auth.ſed etſi quis in fine C.de ſecun.nup. Guid.Pap.deciſio.353.Alciat.conſ.31.num. 16.& conſi.ſequent.conſ.50.num.12. & cõſ. 68.num.8.lib.9. Bero. conſ.122.lib.2. Cæphal.conſ.107.num.16. Rolan.conſ.43.li.4. Bello.conſ.50.num.5.latiſsimè qui hanc defendit opinionem Decian. reſpon.47. num. 10.lib.3.Rimi.iuni. conſ.75. num.43. idem conſ.358.num.232.Odd.conſ.9.num.2.

8 Sexto, † cum in pacto dictum fuerit vt filijs ea portio reſeruaretur, euidenter conſtat filios in conditione poſitos fuiſſe,quę debet in forma ſpecifica impleri l.qui hæredi. l.mæuius de condi. & demonſt.at vbi filij in conditione ponuntur nepotes eorũ non veniunt appellatione docet Ruin. conſil. 127. nu.1.conſ.131.nu.3. lib.2. Et ratio eſt quoniam vt maximè ad inſtitutum dixit Corne. conſ.40. col.5. lib. 3. vbi conditio non fuit impleta,tunc caſus dicitur omiſſus; ſequitur Crauet.conſ.678.num.4.& dixit Soci. conſ.
9 32.num.18.lib.1. quod † hæc regula procedit in canone,in iudice,in omni ſuperiore,in appellante & impetrante: & fusè Tiraquel. tracta.de primoge.quæſt.40.num.194. ſcribit,quod obtinet in lege,canone,ſtatuto,cõſuetudine,teſtatore, contrahente, principe, iudice,arbitro,arbitratore,& actore,vbi ſingulos proſequitur caſus notanda adferens.

Contraria tamen ſententia tenenda eſt nõ obſtantibus prædictis ex multis, quibus tutiſsimè contraria hęc opinio defenditur.Pri-
10 mo, † quia mulier tranſiens ad ſecũdas nuptias quemadmodum iure cogẽte tenetur reſeruare,quæ habuit à primo viro filijs illius matrimonij, ſic & tenetur nepotib' ex filio, vel filijs præmortuis. Bal.conſ.140.ad finem lib.2.Bertran. conſ.166. lib.1. Rip. in l.fœ-
11 minæ num.8.C.de ſecun.nup.Neq. † etiam poteſt plus ſecundo viro relinquere, quam
12 vni ex nepotibus ex filio cum tex. † in l.hac edictali quæ de filio loquitur, procedat etiã in nepote,vt notauit Cyn. ibi.6. quęſt. Bertran.ibidem poſt Azo. Angel.& alios ab eo relatos,Ripa.num.8. Surd. deciſio.73.num. 10. 11. qui inibi rectè argumentatur, quod cum ita ſe res habeat de iure communi pactum de quo loquimur vtique eodem modo interpretandum erit,vt ſcilicet cum iure cõcordet, & illius diſpoſitioni cõueniat ad notata per Barto. in l. hæredes mei §. cum ita
13 ad S.C.Trebel.Nam † vt ille ibi ſubdit, pactum contrahentium in dubio non cenſetur appoſitum animo nouãdi diſpoſitionem legalem, quia vbi cum ea concurrere poteſt, neq. illi contrariatur, non efficit vt prouiſio legis deficiat ex Cyn. in l.2. 5. quęſt.de iur. emphi.Gozadi.conſ.74.num.11. Surd.dict. deciſio.num.12.13. idem conſ.34. num.34. lib.1.quemadmodum igitur in prædictis caſibus nepotes à lege vocantur, ſic & in vim huiuſmodi pacti vocati iudicantur.

14 Secundo † pactum hoc à coniugibus celebratum amore filiorum inductum fuit, & eorum affectione, at nedum par affectio eſt ad nepotes ſicut ad filios, ſed & maior : cum proprium ſit amoris deſcendere ardentius in nepotes, & deſcendentes d. l. liberorum de verbo.ſignifi.Curti.& Caſſana. quos citat
15 Surd.d.deciſio. num.6. vnde † cum par imo maior ratio habeat locum in nepotibus, in filijs dicta in nepotibus repetita videbũtur, argu-

argumento à maioritate,aut ſaltim idemp-
titate rationis l.illud ad l.Aqui. l.à Titio de
verbo.obliga. etſi contrahentes de hoc caſu
cogitaſſent idem veriſimiliter ſtatuiſſent gl.
in l.tale pactum §.fin.vbi omnes de pact.cō-
ſequenter caſus omiſſus pro expreſſo haberi
debet,vt ad dictam glo.multa his ſimilia ad
iungit Tiraq.in l.ſi vnquam verbo donatio-
ne,num.56.Surd. vbi ſup.nu. 8.vbi & Oſaſ.
refert in deciſio.pedemoń.64. ad finem di-
centem eandem nepotibus charitatem de-
beri quæ filijs debetur.

16 Tertio, † ſtante ſtatuto quod vxore ſine
liberis ex ſe natis præmortua maritus cer-
tam dotis partem lucretur, decedente ſine
filijs, ſed nepote vel nepotibus relictis, ſic
excluditur per nepotes maritus, ac ſi filij ſu-
peruiuerent, quia ſtatutum de filijs loquens
etiam nepotes cenſetur continere. Roma.
conſi.329. qui in hoc caſu conſuluit, tres in
comprobationem ſuę ſententiæ rationes ad-
ferens,quas omnes reaſſumit & comprobat
Rolan.tract. de luc.dot.quæſ. 56.a num.7.
cum ſequen.Roman.ſequuti ſunt Ruin.con-
ſil.63.col.2.libr.3.

17 Quarto † quoniam appellatione libero-
rum nepotes continentur regulariter, & in
conditione poſiti filij, nepotes etiam com-
prehenduntur.Barto.in d.l.liberorum;quin-
imo fortius ibidem docuit, quod ſtante ſta-
tuto,quod fœminæ extantibus filijs non ſuc-
cedant,habet locum etiam quando ſupereſt
nepos ex filio pręmortuo, cum ſubrogetur
loco filij §.cum filius de hęre. quæ abinteſt.
defe. & ſubrogatum ſapit naturam eius in
cuius locum ſubrogatur l. ſi eum §. qui iniu-
riarum cum vulga. ff. ſi quis cautio. Camp.
tract.de dot.5.par.quæſt.62.& Phanu.tract.
de luç. dot.gloſ. 5.num.31. qui in terminis
huius ſtatuti loquuntur. Cum igitur in ſtatu-
tis quæ alias ſtrictam recipiunt interpreta-
tionem, filiorum appellatione nepotes con-
tineantur,maxime id ipſum in pactis locum
vindicabit, in quibus fit extentio ex veriſi-
mili mente contrahentium de vno caſu ad
alium,vt ſcripſi multis relatis quæſt.23. ver-
ſic.Neque obſtant quatuor ille rationes: vbi
maxime id procedere dixi quando militat
eadem ratio.

18 Quinto † appellatione liberorum ſaltim
in fauorabilibus continētur nepotes ex ma-
gis communi & recepta ſententia Barto. in
dict.l. liberorum ſiue dictum ſit per teſtato-
rem aut ſtatutum, ex filijs natis, vel ex eo
matrimonio, aduerſus ea,quę in quarto fun-
damento contrario dixi ponderando dictio-
nem,*ex*,quæ cauſam proximam & immedia-
tam deſignat probat ſuperiorem ſententiā,
tex.in l. Lucius ff.de hæred.inſtit. vbi id no-
tant Angel.& Imol. Corne. conſi.97. col.5.
libr.1.Rolan.dict.queſt.56.num.16.quo loci
Bald.Ruin.& alios adfert.& rationem quam
19 Bald. pulchram reddidit, † quoniam etſi
dictio ex.cauſam proximam & immediatam
deſignet,nepos tamen non remotus dici po-
teſt,cum ſanguinis paterni continuatio in eo
20 ſit, † & immediatum dicitur quidquid per
rerum naturam vnum & idem eſt l. cum acu-
tiſsimi C.de fideico.§.ei vero qui cum his ſi-
milibus inſtit. de inuti. ſtipu. vnde egregie
Ruin.dixit conſi.35.col.7.lib.1.conſil. 115.
col. 6.& 7. lib. 3. appellatione filiorum ex
ſuo corpore natorum venire nepotes tam ex
filio quam filia, attenta traditione celebri
21 Pau.de Caſ.conſil.161. vbi ait † filium por-
tionem eſſe paterni corporis, quę transfuſa
eſt in generatione filij; ex text.in l. cum ſi-
mus ad finem de agri.& cenſi.li.11.Co. quę
portio licet conuerſa ſit in nouum hominem
propter nouam animam, *Negari tamen* (ait
ille) *nequit quin vera caro ſit & patris corpus,
quod formam pubet creationi filij, ſicut mater
materiam: Et cum forma det eſſe rei & ſub-
ſtantiam l.labeo §. inſulam de acquir. rer.do-
mi.licet reſiduum corporis, quod apud patrem
remanſit tamquam radix extinctum ſit, por-
tiuncula tamen illa exigua,quæ in filij genera-
tione apud eum fuit transfuſa extincta nō eſt,
ſed potius aucta noua anima infuſa, quæ vi-
uit, proinde habito reſpectu ad corpus dici po-
teſt corpus, & caro filij, vere corpus, & caro
patris.*Exemplum ſubdit,*veluti ſi quis ex ra-
dice vitis,palmitem præſcinderet, & planta-
ret,radicemque mitteret, poſt vitis ſiccaretur,
& deperiret,radix enim illa nouæ vitis anima
loco habetur l. adeo §. fina. l. qua ratione in
princi.de acquir.rer.domini.& vna eadem vi-
tis cū priore mortua haberetur renouata hæc,
& radice noua adiecta gloſ.in l.obligationum
fere §.placet de actio.& obliga. licet alio reſ-
pectu propter nouam animam,ideſt nouam ra-
dicem dicitur vitis noua l.ſed ſi ex meis §.ar-
bor de acquir.rer. domi.* Ideo inquit Paul. de
Caſt. ex his rationibus nepos ex filio facit
deficere conditionem ſi ſine liberis ex ſuo
22 corpore deſcendentibus:Quæ Pau. † de Caſ.
egregia,& moralia verba referre ideo volui
vt omnibus notiſsima perpetua memoria
commendentur.

23 Pro regula † igitur fere ab omnibus tra-
ditum eſt filiorū appellatione nepotes con-
tineri in fauorabilibus, & hæc eſt magis cō-
munis opinio,quam tenuerunt Bart.Pau. de
Caſt.Bald.Ruin.& Rolan. ſupr.citati,& præ-
ter eos,Anchar.in cap.1.col. 25.de conſtitu.
Alexan.in l. ex facto §.fin.col. 1.ad Trebel.
Alciat.in l.non eſt ſine liberis de verbo. ſig-
nifi.Curti.in auth. præterea col. 3. C. vnde





vir.& vxo.Rip.in dict.l.ex facto §. ſi quis ita
col. 2.ad trebel. vbi atteſtatur de communi:
eandem dicit communem Rolan.dict.quæſ.
56.nu. 19.& 20. Campe.in tract. de dot.5.
par.62.quæſt.vbi eleganter. Phanu. tract.de
lu.dot. glo.5. nu.31. Iaſſ.qui & communem
referens. Ancha. Oldrad. Butri. Car.Roma.
Alex.& Socin.in l.Gallus §. inſtituens num.
23. de liber. & poſthu. ſequitur conſulendo
Ruin.conſi.144.num.5.& 6.libr.2.ex nouiſ-
ſimis Manti.tract.de coniect.vlti. volun.lib.
11.tit.8.num.20.Rimi.iuni.conſi.604.num.
26.Socin.iuni. conſi.114. libr.1. conſi.146.
libr. 2. vbi ſic iudicatum dicit. & ex Decio
Bertran.Marian. Caſſan.Ruin. Gerar.Curt.
iuni.Hiero.Gabri. Anto.Gabri. Zanch.Pa-
riſi.Cæphal.Meno. Onden. Odd.& alijs re-
centioribus communem repetit Peregrin.
tract.de fideico. arti. 22. num.61. & paucis
relatis Surd.d.deciſio.73.num.18.19.20.

24 Sexto † ſuffragatur fere in terminis deci-
ſio eiuſdem doctiſsimi Surd. d. deciſio. 73.
in cuius caſu quidam cum vxore ſua in con-
tractu matrimonij ita conuenerat *vt aurei
quadringenti ſibi in dotis augmentum donati
ad communes peruenirent filios ſi extarent
mortua vxore*: mortis vxoris tempore nulli
extiterunt filij ſed nepotes ex eis,vxoris hę-
redes petebant aureos illos quadringentos:
ex aduerſo nepotes opponebant ad eos prę-
dictam quātitatem expectare vigore pacti;
tandem cōmuni illius Senatus deciſum fuiſ-
ſe teſtatur voto,nullum ius hæredibus vxoris
competere in dicta quātitate; quinimo eam
adiudicandam fore, & eſſe nepotibus ex fi-
lijs,qui patris locum ſuſtineant,& vna & ea-
dem perſona cenſeantur; cum in fauorabili-
bus appellatione filiorū nepotes continean-
tur,aliquibus rationibus ſupra ſcriptis.

25 Septimo † in terminis ſtatuti quo lucrum
dotis marito reſeruatur moriente vxore ſine
filijs ex cōmuni cōiugio natis,in eandē opi-
nionē inclinat Rolan.trac. de luc.dot.quæſ.
56.a nu.1.cū ſeq. vbi in finalibus verbis ad-
dit hanc opinionem tenendā eſſe omnino.

Non obſtant in contrarium adducta,non
primum quoniam, & in contractibus fit ex-
tentio de vno caſu ad alium ex maioritate
rationis vt multis oſtendi quæſti.præcedenti
verſi. Non obſtant quatuor illa. Sed & Reſ-
pondet Surd.dic.deciſio.num.7.quod à ma-
ioritate rationis licita eſt extentio in noſtro
caſu,in quo eadem ratio affectionis,quæ mi-
litat in filijs,magis multo in nepotibus;quod
ſi contrahentes de hoc caſu interrogati fuiſ-
ſent idem reſpondiſſent ad gloſ.in d. l. tale
pactum ff.de pact.

Non obſtat ſecundum, quoniam quoad
iuris effectum nomen filiorum idem eſt cum
nomine nepotum, quia ſub eorum nomine
nepotes continentur maxime in fauorabi-
libus vt ſupra dixi: præcipue vbi ſubiecta
materia,& veriſimilis contrahentium mens
id vult, vt in ſecundo argumento pro hac
parte adducto conſtat.

Neque tertium facit, nam & qualitas qua
in noſtra ſpecie filij fuerunt vocati nepoti-
bus conuenit, qui veluti pars & portio quæ-
dam viſcerum patris ſint vt ſupra in 4. & 5.
argumento huius partis.Non facit quartum,
ſumptum ex traditione Barto.conſi. 133.li.
1.quoniam idem Barto.expreſsim tenet cō-
trariam ſententiam in dict.l. liberorum. vbi
in terminis docuit, quod appellatione filio-
rum ex ſe natorum,veniunt nepotes, neque
(addit) debet fieri vis in dictione ex pon-
derata per eum in d.conſi.Et Angel.& Imol.
relati in quinta ratione huius partis idē af-
firmant ex tex. in d.l.lucius de hęred. inſtit.

Quinto reſpondetur, Angel. & omnes à
me relatos in eo,loqui aduerſus communem
traditionem,vt animaduertit Rolan.d.quęſ.
56.num.25.& conſtat aperte ex his,quos ci-
taui in quinto pro hac parte, quos non ite-
rum repeto.

Sexto reſpondetur eam etiam opinionem
communi refragari ſententiæ, oſtendit poſt
Manti.Surd.dict. deciſio.num. 19.& 20.qui
& aliter reſpondet ibi videndus.

## SVMMARIVM.

*1 Conuentione celebrata in capitulis matrimo-
nialibus de lucrando dotem, vel partem il-
lius,an ſi poſt maritus integram dotem reſ-
tituere vxori promiſerit,pacti lucro renun-
ciaſſe videatur.*

*2 Grauatus reſtituere hæreditatem totam, poteſt
nihilominus quartas detrahere.*

*3 Teſtatoris verba de tota & integra hæredita-
te reſtituenda, detractionem trebellianicæ
non impediunt.*

*4 Text. in l. ſi quis ad declinandam C.de Epiſ.
& cleri.expenditur.*

*5 Tex.in l.2.§.ad filiorum.C.quando & quibus
lib.10.Co.declaratur.*

*6 Prohibitio quartarum expreſſe fieri debet.*

*7 Lex vel ſtatutū, quod aliquid expreſſim fieri
vult per coniecturas fieri non debet.*

*8 Verba,quæ quartarū detractionē impedire poſ
ſunt,prohibitionē neceſſario inferre debent*

*9 Maritus vbi totam dotem reſtituere tenetur,
impenſas retinere poteſt.*

*10 Legata integra ſoluere promittens, detractioni
falcidiæ renunciaſſe videtur.*

*11 Tex.in l.decem de fideico.liberta.adducitur.*

*12 Verba hæc integrum,vel totum,ſignificāt eam
rem,cui nihil deeſt.*

*13 Quarta parrochialis integra ſoluenda.*

*14 Beneficium habens ne conueniatur vltra quam*

*facere poſsit,ſi totũ vel integrũ debitũ reſti*
*tuere promittit,beneficio renũciaſſe videtur.*
15 *Teſtator iubendo totã hæreditatẽ reſtitui,cen-*
*ſetur trebellianicam probibuiſſe.*
16 *Cõmunis opinio qualis in citata quæſtione.*
17 *Tex.in d.l.ſi quis ad declinandam ſecundo lo-*
*co declaratur.*
18 *Tex.in d.l.2.§.ad filiorum iterum & ſecundo*
*interpretatur.*
19 *Expreſſum dicitur quod ex cõiecturis apparet.*
20 *Expreſſum dicitur quod ex mente contrahen-*
*tium deducitur.*
21 *Verba,quibus tota,& integra dos reſtitui pro-*
*mittitur, coniecturam inducunt de integra*
*dote reſtituenda.*
22 *Expreſsũ dicitur ꝙ ex verbis expreſsis elicitur*
23 *Impenſa funeris æs alienum dicitur.*
24 *Maritus integrã dotẽ ſoluere promittẽs ſoluto*
*matrimonio,poteſt funeris impẽsã retinere.*
25 *Promiſsio per maritum facta de reddenda in-*
*tegra dotæ funeris impenſas ab eo factas*
*impedit,vbi ex certa ſcientia facta fuit.*
26 *Legato à viro vxori facto de dotib⁹ ſuis,remiſ*
*ſum videtur pactũ de portione dotis lucrãda.*

## QVÆSTIO XXXVI.

*POST PACTVM INITVM,*
*quo morte vxoris vir dotem vel certam*
*partem illius lucratur, ſi poſt vxori in-*
*tegram dotem reſtituere promiſerit, an*
*lucri pacto renunciaſſe videatur.*

1 VXORVM amore † plerumq.
mariti ſuperati multa eis conce-
dunt quæ difficilima alioquin fo-
rent,vnde nõ ſemel accidiſſe vi-
deo,cũ vel ſtatuto aut pacto ma
ritus dotẽ vel illius partem aliquã lucratur,ſi
poſt vxori vel illius hæredibus integrã dotẽ
reſtituere promiſit,an his verbis dotis lucro
renũciaſſe videatur;& nõ renũciaſſe videtur.
2 Primo † quia grauatus reſtituere,cuiquam
totam hæreditatem poteſt nihilominus de-
trahere quártã trebellianicã de iure debitã l.
ſi totã l.lucius §.hæres inſtitutus l. nã quod
§.fin.cũ l.ſeq.l.ita tamẽ §.trebellianum ff.ad
Senat.C.Trebel.l.1.§.inde Neratius eo.tit.
3 Secundo † iuuat celebris doctrina Bar.in
l.Centurio col.7.ff.de vulga.affirmantis,ad-
iectis his verbis à teſtatore,totam & integrã
hæreditatem reſtitui volo, non cenſeri pro-
hibitam detractionem quartæ trebellianicæ
Barto.ſequutus fuit Barba.conſi.24. libr.1.
Bar.Soci.conſ.14.in fine & conſ.33.col.6.li.
1.Bertran.con.158.vltimo dubio li.3.& di-
cit cõmunẽ Crot.in l.nemo poteſt de lega.3.
Atq. idem in falcidia quod his verbis pro-
hibita non cenſeatur affirmarunt Angel.in l.
2.§.ad filiorũ C.quando & quibus li.10.Bar-
ba.dict. conſi.24. Iaſſ.conſi.84.col.9.li.1.
4 Tertio iuuat † text. in l. ſi quis ad decli-
nandam C.de Epiſ.& Cler.quo text.proba-
tur quod ſi teſtator grauauit hæredem ero-
gare totam hęreditatem in redemptionem
captiuorum, non tamen ex hoc dicitur pro-
hibitus hęres deducere quartam falcidiam
niſi teſtator directo inſtituiſſet hęredes cap-
tiuos: verba ergo illa totam vel integram
dotem, non efficient quin non poſsit mari-
tus lucrum conuentum deducere cui ius pa-
ctione ſua ſibi fuerat ante quęſitum.
5 Quarto † confert text.in l.2. §. ad filiorũ
C.quan. & qui. li. 10.C.vbi quarta quæ cu-
rialibus relinqui debet, non cenſetur prohi-
bita ex ſolis verbis totum vel integrum pa-
trimonium,niſi adiecta ſint alia quibus pro-
hibentis clarior appareat voluntas; qualia
ſunt ea quæ text.ille poſuit,hæc ſcilicet, in-
tegrum nullaq. parte diminutum dominium
habere debet. cũ alioquin hęc extrema ver-
ba ſuperflua forent, nullæ autem leges ſine
effectu ſtare poſſunt glo.in l.1. ff. quod met.
cau.Deci.conſi.48.num.2. Crauet.conſi. 86.
num.11.Socin.iuni.conſi.6.nu.51.lib.1.
6 Quinto † quod fortius cæteris aſtringit,
quoniam prohibitio quartæ falcidiæ vel tre-
bellianicæ expreſsim fieri debet §. ſi vero
expreſsim in auth.de hęre. & falci.auth. ſed
7 cum teſtator C.ad l.falcidi. At vbi † lex mã-
dat aliquid expreſsim fieri; id exprimi de-
bet verbis particularibus vel ſingularibus nõ
autem per coniecturas gloſ. inſignis in cap.
Inquiſitores de hęre.libr. 6. facit text. in l.
item apud labeonem §.1.de iniur. *Quæ enim*
*ait text. particulari nota digna ſunt niſi ſpe-*
*cialiter adnotentur videntur neglecta.* Sed
verba ſupraſcripta reſtituas totam,aut inte-
gram hæreditatem, non ſunt verba expreſſa,
quę ſignificent prohibitionem detractionis
quartæ trebellianicæ conſequenter in noſtra
ſpecie lucrum dotis ſtipulatum remiſſum il-
8 lis verbis non cenſebitur. Et debent † verba
neceſſario inferre prohibitionem hanc Pau.
de Caſ.in auth. ſed cum teſtator num. 2. ad
l.falcidi.vbi Corne. col. 1. refert huius opi-
nionis multos Gabriel. lib. 4. com. titul. de
Trebelli.con.2.num.3. Manti. de coniectu.
vltim.volunt.li.7.tit.12.n.10.Meno. conſil.
374.n.35.li.4.& alios multos memorat Pe-
regrin. tract.de fideicom. artic.3.num.88.
9 Sexto & vltimo † (alia enim multa, quæ
adduci poſſent prætereo) obijci poteſt tra-
ditio glo.in l.Neratius ff.de religi.& ſump.
fune.quã ibi Bal.ſequitur,ſenſit gl.quod vbi
maritus tenetur reſtituere totam dotẽ,quod
eo in caſu poteſt deducere iuſtam retentio-
nem puta impenſas funeris & his ſimilia &
præter Bald. gloſſ. doctrinam commendat
Barba.dict.conſ.24.colum.3.li.1. Cremen.





inter ſua ſingularia ſingu.24.Curti.iuni.in l.
præcibus num.64.C.de impu.Rip. tract.de
Peſt.tit.de reme.præſer.nu. 135.vnde idem
in ſpecie noſtra vt iuſta lucri retentio mini-
me impediatur ex verbis ſupra relatis.
Contraria tamen ſententia tenenda eſt vt
his verbis renunciaſſe lucro pacto quæſito
10 maritus cenſeatur: † Primo quoniam ſi quiſ-
piam promittat ſoluere tota vel integra le-
gata, cenſetur in conſequentiam detractioni
falcidiæ renunciaſſe l.fina.C.ad l.falcid.cum
autem validum ſit argumentum de contra-
ctibus ad vltimas voluntates vt millies dixi
hoc tractatu l.ſeruum filij §. eum qui chyro-
graphum de lega.1.ſicut in vltimis volunta-
tibus verba illa impediunt detractionẽ fal-
cidiæ,ſic in hac ſpecie lucri dotis cõmodum.
11 Secundo opitulatur † text. in l. decem de
fidei.liberta.vbi gloſ.in caſibus in quibus de
iure ff.licita erat prohibitio detractionis fal-
cidię in legatis, vbi teſtator in teſtamento
diſponebat, *quod legatum integrum præſtare-*
*tur*, his ſanè verbis videbatur teſtator falci-
diam prohibere,neq. conſtituit tex.ille dif-
ferentiam an dictum ſit integrum legatum
vel totum. Nec dicat quiſpiam id factum
fuiſſe fauore libertatis ob quam permiſſum
eſt teſtatori prohibere detractionem falci-
diæ,nam non hic agitur de poteſtate teſtato-
ris ſed de illius tantum voluntate exquiren-
da per verba ab eo expreſſa.
12 Tertio † manifeſte hanc ſecũdam opinio-
nem tutatur,quod ſecundum proprietatem,
& genuinam ſignificationem horum verbo-
rum *Integrum vel totum* id ſignificatur cui
nihil de eſt,quod nec diminutum, vel muti-
lum ſit l. Titia,in verbis *integra legata* ff. ad
l.falcid.l.falcidia,in verbis, *integræ portionis*
eod.tit.concinit text.in cap. grauis de reſti.
ſpoliato.iunctis his quæ ibi Bal.& cęteri do-
cuerunt;nam cum dixiſſet text.quod ſpolia-
tus debet integre reſtitui,addit Bald. & cæ-
teri, vſque ad vltimum quadrantem: ſimilis
13 † eſt huic tex.in Clemen.dudum §.huiuſmo-
di de Specul.nam quarta quæ parochiali de
betur integre ideſt ſine diminutione ſolui
debet tex.gloſ.& poſteriores in cap.tua.no-
biſ. cap. aliquibus de decimis. quibus pro-
batur decimas integre ſoluendas eſſe; do-
cuerunt gloſſ.& cęteri, ideſt ſine diminutio-
ne vel expenſarum detractione: vnde cum à
proprietate ſermonis recedi non poſsit ma-
xime in contractibus vt dixi multorum au-
thoritate hoc libro quæſ.23.in principio, ni-
hilmirum ſi his verbis maritus dotis lucro,
& pacto illius renunciaſſe cenſeatur.
14 Quarto † nõ mediocriter iuuerit,quod ha-
bens beneficium ne conueniatur vltra quam
facere poſsit,& talis ſit, qui poſsit huic be-
neficio renunciare, ſi reſtituere promiſerit
totũ vel integrum debitũ,huic eo ipſo renũ-
ciaſſe beneficio videtur Bal.in l.quod nomi-
ne de condi.inde.Pala. Rub.in repe.cap.per
veſtras §.12.n.16.de do.in.vir.& vxo.Alex.
conſ.133.n.1.li.5.Ruin.conſ.152.col.3.li.3.
15 Quinto † vbi teſtator iuſsit *integrã vel to-*
*tam* hęreditatem reſtitui,his verbis cenſetur
omnino detractionem trebellianicæ prohi-
buiſſe ac ſi expreſsim id iuciſſet,aduerſus di-
cta pro contraria parte ſup. in ſecũdo argu-
mento glo.in d.l.decem de fidei.liberta.vbi
Ange.& Plumbi.Aretin.& Alex.in l. centu-
rio de vulga.vbi Galiau.in repetitio.n.402.
Cyn.Bal.Angel.Pau.de Caſtr.Salice. Imol.
Roma.Aret.Guid.Pap.Alex.Corne.Iaſ.Ga-
liau.Claud.Ripa.Bertran.Caſſa. Pala. Rub.
Pariſi.Ruin.quos refert & ſequitur Gabr. li.
4.conclu.tit.de trebellia.conclu.5.a num.1.
cum ſequen.addit Petram. Crauet. Neuiza.
Nat.& alios quoſdã Meno.conſ. 374.nu.14.
& li.præſum.4.præſ.198.n.14.qui poſt alios
à ſe relatos d.conſ. & præsũptione magis cõ
munem,& veram dixit:eandem communem
Rol.trac.de luc.dot.quæſ.38.nu. 15.Tiber.
Decia.reſponſ.57.nu.36.li.1.Iul. Clar.in §.
teſtamentum quæſ.62. verſic. Sed numquid
Craſ.in §.trabellianica quæſ. 8.num.4.& 5.
Manti.de coniect.vltim.vol.li.7.tit.12.a nu.
1.Zanch.in l.hæredes mei §.cum ita nu.461.
ad S.C.Trebel.nouiſsime Peregri. tract.de
fidei.arti.3. nu.88.89. 90.91.qui omnes de
magis communi. Cæterum in hoc articulo
Trebellianicæ præ cæteris videndus Meno.
d.conſi.374. quoniam cum de caſu hoc con-
ſultus fuiſſet egregie à num.1.pro communi
reſpondit,in vtramq. diſputando:hodie igi-
tur hæc opinio tam in iudicando quam etiam
conſulendo recipitur: Quare cum ea verba
impedire poſsint trebellianicam, eodem
modo,& lucrum dotis.
16 Sexto † in terminis quæſtionis noſtræ ſtã-
te pacto,vel ſtatuto de lucrando dotẽ ſic te-
nuerunt Bal.in l.quod in nomine ff. de cond.
inde Alex.in l.ſi cum dotem in fine ff. ſolut.
matrimo.& conſi.133.num.3.lib.5.Iaſſ.in l.
poſt dotem nu.34.50.matri. Deci.in l.1.nu.
76.C.de ſen. quæ pro eo.quod. intereſ.pro.
Alex.idem conſi. 5.col. penul.lib. 3. vbi ait
communem Deci.conſ.195.col.2.vbi repe-
tit communem Iaſ. conſi.90. li.3.& ex Bar-
ba.Ruin.Pala. Rub.Rip. & alijs communem
& veram dicit Rolan.tract.de luc.dot.quęſ.
38.nu.9. Addit Gozadi. Marſilli. Tiraquel.
Boer.Ruin.& alios Meno.d.conſ.374.n.13.
nouiſsime relatis paucis eandem ſequitur,
Surd.deciſio.274.& conſi. 164.num. 14.lib.
2.num.4.5.atque etiam Pereg.vbi ſup.num.
89. in extremis verbis. idem Surd. tract. de

ali. titul.2.quæſt.15.num.230.Et in eiſdem
terminis noſtris idem Menochi. quem poſt
hæc ſcripta vidi conſil. 496. citaui alios ad
hoc inſtitutum ſup.quæſt. 8.num. 229.& ſe-
quen.num.61.lib.5. Exaratis his ſupereſt ad
contraria reſpondere: Non itaque obſtant
leges illæ primo argumento allegatę,quibus
totam reſtituere hæreditatem grauatus, po-
teſt nihilominus Trebellianicam retinere:
quoniam procedunt de iure ff. quo nequibat
prohiberi falcidię, nec trebellianicæ detra-
ctio:& rationem illius tēporis aſsignat Iuſti.
in §.ſed quia.de fideico.hæredi.& ſic ea iura
intelligunt Barto.& cæteri in citatis iuribus:
& animaduertunt Alex.Barba. Ruin.& alij
quos refert Rolan.tract.de lu.dot. quæſ.38.
num.14.Menochi. d.conſi. 374.nu. 2.3. Pe-
regrin.d.arti.3.num.83.verſi. Ego in re hac;
& in hoc nullus contradicit: At cū iure nouo
poſsit teſtator trebellianicam prohibere,ni-
hil mirum,ſi his verbis prohibuiſſe illius de-
tractionem cenſeatur. Inde ex eiſdem ipſis
verbis lucrum etiam dotis remiſſum.

Non obſtat ſecundum,quoniam ex relatis
modo conſtat communem opinionem eſſe
in contrarium.nedum antiquorū, ſed & mo-
dernorum quos citaui in 5.pro hac parte ad-
ducto.

17 Non tertium † de l.ſi quis ad declinandā
quoniam ea legis verba, *Cum deſideret totam
ſuam ſubſtantiam &c.* Non ſunt verba teſta-
toris,ſed legiſlatoris,qui hoc tantum innue-
re voluit, quod quando teſtator ita vult diſ-
ponere vt ipſius bona ſine detractione fal-
cidiæ erogentur in redemptionem captiuo-
rum opus vt ipſosmet captiuos hæredes in-
ſtituat,quam etſi incertam inſtitutionem Iu-
ſtinianus valere voluit;non igitur ibi aliquid
dicit de horum verborum ſignificatione,to-
tam vel integram hæreditatem reſtituat: ſic
reſpondit poſt alios Meno.d.conſi.num.18.
Reſpondet ſecundo,& hæc magis placet, il-
lius legis tempore Iuſtinianū adhuc non pro-
hibuiſſe detractionem falcidiæ, vel trebel-
lianicæ, cū nouiſsimis iuribus authenticorū
id ſtatuerit d.auth.ſed cum teſtator dict.§.ſi
vero expreſsim,vnde illa ſumpta fuit.

18 Neque quartum, † de l. 2. §.ad filiorum,
quan.& quib.quar.pars lib.10.quia vere illa
verba, *nullaque parte diminutum, &c.* Fue-
runt ad maiorem declarationem poſita,non
vt ſignificent, quod verbum illud totum per
ſe ſolum non eſt potens ad impediendā de-
tractionem trebellianicę: ideo text.proceſ-
ſit vlterius declarando,vt ſimili reſponſione
vtuntur Bart.in l.hoc ædicto.§. quærentibus
in fine de publica.& vectiga. Soci.Iaſſ. Go-
mez.& Deci.relati per Meno.d.conſ.nu.23.

19 Quintum † non facit, quod magis vrget:
nam & id dicitur expreſſum quod ex conie-
cturis apparet,docet Ange.in d.§.ſi vero ex-
preſsim, Afflict.deciſio.44.n.15. Cor.Alex.
Iaſ.Crauet.& alij quos refert Meno.d.conſ.
374.nu.26.27.28.Vbi quibuſdam exemplis
20 pulchrē Angeli traditionem illuſtrat. † Ali-
ter reſponderi quoque poteſt,quod non di-
citur tacitum ſed expreſſum id quod ex mē-
te contrahentium deprehenditur l. prætor
in princi.& glo.in verbo expreſſum ff.de no.
ope.nuncia.vbi Bar.Bal.Angel.Imo. Roma.
Alex. Iaſ.& alij Tiraq. in ll. connubialibus
glo.7.nu.162.Meno. conſi.95.nu. 31.Petra.
21 tract.de fidei.quæſ.15.nu.154.155.† At ex
mente contrahentium in hac ſpecie conſtat,
ex vi verborum,totam vel integram dotem,
quę idem volunt, ac ſine diminutione l. no-
men filiarum §.fina.de lega.3.l.1.§.cum di-
citur ff.ſi cui plus quam per l.falcidiam l.de-
cem.de fideico. liber.l.fina. C.ad l. falcidi.
l.2.C.quan.& quib.quar.lib.10. conſequen-
ter in pacto quæſtionis de qua agimus poſi-
22 ta,lucrum dotis impedient.† Secundo & ex-
preſſum in iure noſtro dicitur quod ſequitur
ex verbis expreſsis Bart.in l.ſi fideiuſſor. §.
meminiſſe.de lega. 1. ex text. in l. vxore §.
agri plagam.de lega.3. Angel.Imol. Roma.
Alex.Iaſſ.Ruin.Bero.quos citat, & ſequitur
Surd.conſi.143.nu.20.idem Surd.conſ.294.
num.21. Zanch.in l.hæredes mei §. cum ita
par.4.nu.210.ad trebel. Tiraq.d. gloſ.7.nu.
179. Et expreſſum dicitur quod virtualiter
ſequitur ex verbis Craue. conſi. 149. nu.11.
Cæphal. conſi.152.nu. 76.cum igitur ex di-
ctis verbis expreſsis *totam vel integram do-
tem, &c.* Sequatur dotem diminutam dari
debere ſatis expreſſum dicetur pactum.

Non obſtat vltimum de gloſ.in d. l.nera-
tius,cui Rolan.& Meno. ſatisfaciunt multi-
23 pliciter,vera † autē ſolutio eſt:impēſam fu-
neris æs alienum fore reſpectu dotis vxoris;
atq. ideo quicunq. hanc expenſam facit po-
teſt eam ex dote mulieris repetere, ad quē-
cunq. ea dos perueniat l.in eum eod. tit. de
reli.& ſump. fune. impenſa autē funeris vbi
dos apud virum remanſura non eſt,non per-
tinet ad eum l.ſic pro rata illo eod. tit. cum
24 l.ſequen. † Ita fit vt cum maritus integram
dotē ſoluere promittit ſoluto matrimonio,
poſsit impenſam funeris,non obſtante pro-
miſsione retinere, quā etiam quilibet alius
deduceret d.l.in eum & l.at ſi quis §.interdū
eod. tit. Neq. imputari poteſt marito pro-
miſsio illa dotis integræ reddendę; quē ve-
riſimile non eſt eo tunc de impenſa funeris,
quę ad eum non pertinebat cogitaſſe. Rur-
ſus in ſpecie noſtra nihil vir reſtituendo do-
tem mulieri de ſuo amittit;ſed lucrū non ca-
pit,in cōtrario ſi impenſas funeris perderet
maxime;



at inter hæc maxima eſt differentia
l.fina.in fine C.de codicil.

25 Declarauit † Bald.in dict.l.quod nomine
regulam, & communem traditionem non
procedere, vbi promiſsio per maritum fa-
cta; fuiſſet facta ex certa ſcientia, ſecus ſi
per errorem, quem ſequuntur Angel. Imol.
Alexan. Pala. Rub. Deci. & alij quos citat
Roland.dict.quæſtio.num.16.

26 Neque † diſsimile cum maritus conuenit
cum vxore in cōtractu matrimonij vt ſoluto
matrimonio filijs communibus extantibus
dos remaneat pænes hæredes mariti, ſi teſ-
tamento condito vir leget vxori dotes ſuas,
cenſetur vir tacite remiſiſſe vxori pactum at-
que ab eo recedere, l. 1. reſponſo. 1. ff.de
do. prælega. gloſſ.in §. ſed ſi vxori. gloſ. 1.
vbi Areti. inſti.de lega. Et reſpondit nouiſ-
ſime & egregie Surd.conſi.113.num.30.lib.
1.qui omnino videndus.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio conuentum de certa dotis portione lucranda ſtantibus filijs primi matrimonij, An intelligatur detracta prius per filios legitima,ardua diſputatio.*

2 *Quæſtio ſuperior ex Theſauri deciſione Cæſarea indiget conſtitutione.*

3 *Quæſtio prædicta ob illius ſummam difficultatem,ſæpius indeciſa remanſit.*

4 *Text.in l.hac ædictali C.de ſecun.nup. declaratur.*

5 *Imputatur in legitimam quod ex diſpoſitione legis vel ſtatuti percipitur.*

6 *Lucrum quod reuocatur ex diſpoſitione dict.l. hac ædictali non computatur in legitimam.*

7 *Filius quod ex pactis dotalibus conſequitur non imputat in legitimam.*

8 *Legitima nunquam cenſetur excluſa a l. vel ſtatuto niſi expreſsim fuerit dictum.*

9 *Text.in dict.l.hac ædictali in verſi.Ita tamen declaratur.*

10 *Legitima iure naturæ debita; & beneficium d. l.hac ædictali ſimul concurrunt, incommodum filiorum.*

11 *Beneficium d.l. hac ædictali pænale,ſimul cum alio rei perſecutorio concurrunt.*

12 *Text.in l.quoties ff.de actio. & obliga. interpretatur.*

13 *Maritus vbi ex lucro dotis quidquam conſequitur,intelligitur reſeruata filijs legitima ex priori matrimonio.*

14 *Text.in dict. l. hac ædictali iterum expenditur.*

15 *Lucrum quod filij conſequuntur ex diſpoſitione d.l.hac ædictali contra voluntatem parentum capiunt.*

16 *Bertrandi diſtinctio in d.l.hac ædictali.*

17 *Bertran. diſtinctio reprobatur.*

18 *Stante ſtatuto,vel pacto de dando vſufructum vitrico omnium bonorum de toto tempore vitæ ſuæ, intelligendum eſt ſalua filijs legitima.*

19 *Legato vſufructu bonorum patri, vel matri non continetur legitima.*

20 *Legitima integra relinqui debet in proprietate, & vſufructu.*

## QVÆSTIO. XXXVII.

### *PACTO IN MATRIMONIO conuento de certa dotis portione lucranda, ſtantibus filijs primi matrimonij, An intelligatur detracta prius per filios legitima perplexa diſputatio.*

1 THESAVRVS vir certe †
doctus deciſi. pedemon.184.in
terminis ſtatuti, & pacti de lu-
crāda certa dotis portione ex-
tātibus filijs prioris matrimo-
nij,quæſtionem arduam poſt veteres excita-
uit, an pactū hoc intelligatur detracta prius
legitima per filios prioris matrimonij an
vero detracto primum lucro per maritum:
vtilitas maxima eſt: quoniam ſi prius detra-
hit lucrum maritus, filij prioris matrimonij
minorem conſequentur legitimam, è con-
uerſo vbi filij detrahent ante maritum, is
etiam non tantam lucri partem conſeque-
tur ſicut conſequeretur ſi legitima de medio
2 non abduceretur: Grauis † vt dixi quęſtio,
quæ vt Theſau.ait d.deciſio.in princi. *Cæſa-
3 rea indiget conſtitutione:* † ſed & refert Ma-
ſuer.in addi.ad Papien.titu.de for.libel.quo
agi.ad do.res in verbo dictæ dominæ, quod
cum quæſtio hæc in Senatu illo Pedemonta.
tractaretur,nihil propter illius difficultatem
fuiſſe deciſum, ſed cauſam conuentione par-
tium concordatam: Addit Theſaurus ſępius
eo in Senatu, illo conſiliario exiſtente quæ-
ſtionem hanc accidiſſe,neque quidquā fuiſſe
deciſum propter vota hinc inde inter Sena-
tores diuerſa.

4 Videtur igitur † non poſſe filios legiti-
mam prius detrahere ſtāte huiuſmodi pacto
ex text. in l.hac ædictali. in verbis, *ſingulis
æquas partes habentibus*, & in verbis. *Ita ta-
men quod quarta pars, &c.* C.de ſecun. nupt.
iuncta gloſſa in verbo diuidi, ſenſit enim
ibi expreſsim gloſſa quod vbi vxor dedit
ſecundo viro centum quæ in bonis habe-
bat, & marito lucrum dotis ipſa præmo-
riente conceſsit, quod filij ex primo matri-
monio tantum conſequentur vt ij vna cum
marito æquales ſint; conſequenter innuit

quod legitima filiorum confunditur in parte illa pertingente filios : vt ſit ſenſus voluiſſe Iuſtinianum in eo text.in dote æquales fore partes diſtribuendas inter filios , & ſecundum maritum , gloſam ſequuntur illic Cyn. Iacob.de Rauen. Sali. in 2. quęſtio. Anchar. conſi.101.col.1.vbi ait opinionem hanc eſſe de iure veriorem. Et præter citatos eandem tenuerunt Angel. Caſtren. Hoſtien. Ioann. Andre.Cuma.Anna.Boeri.& alij quos referunt Rolan.tract. de luc. dot.quæſt.27.Maſſuer.vbi ſup. Thæſau.d.deciſ.num.2.Rolan. conſi. 62. lib. 3.& veriorem & magis communem Burſat.conſi.211.num.7.

5 Secundo † eadem opinio iuuatur quoniã quod percipitur ex diſpoſitione legis , vel ſtatuti id computatur in legitimam iure naturæ debitam gloſ.Bal.& cœteri in l. quamquam C. ad l. falcidi. Deci. Alexan. & alij quos refert Crauet.conſi. 194.nu.1. in fine. At lucrum hoc percipitur ex diſpoſitione d. l.hac ædictali , igitur in legitimam ſibi imputari debet:quod ſi ita eſt,vbi filius præter hanc portionem legitimam haberet præcipuam,duas ex eodem patrimonio deduceret partes, quod abſurdum videretur : his duabus rationibus exiſtimarunt ſupra citati authores filio imputandam portionem quã capit ex diſpoſitione d.l.hac ædictali.

6 Contrariam † ſententiam tenuerunt alij multi , & maioris authoritatis , quod pręter legitimam filius æqualem cum marito portionem habere debeat gloſſ. in §. optime in auth.de Nup. in verbo quippe , quæ apertiſſimè id docuit, Barto.in l.1. C.de ino. doti. docens,lucrum quod reuocatur per diſpoſitionem d.l.hac ædictali non computari in legitimam,quia querella inoficioſæ dotis datur ad retractandum lucrum dotis vſque ad legitimam debitam filijs ; remedium d. l. hac ædictali datur vt in reſiduo filij primi matrimonij ad æqualitatẽ cum victrico reducantur.Bart. ibi ſequuntur Bal.& Pau.de Caſt.qui ibi ſubiungit ordinem hunc ſeruari oportere , vt primo petatur legitima per querellam inoficioſæ dotis , quæ ante omnia deducenda eſt;poſt reſiduum æqualiter inter filiũ,aut filios prioris matrimonij , & victricum erit diuidendum:Addit etiam quod ab hac opinione temerarium foret recedere in conſulendo , prout verè ſic conſuluit conſil. 173.& conſi.348.li.2.& conſil.462.eo.Prac. Papien. titul.de for. libel. quo vxor agit ad dot.reſtituen. ver.dictæ dominę vbi Maſſue. ad eum Anchar.conſi.101.Cuma.conſ.108. Fulgo.conſi.88.& 97.Socin.conſi. 35.ad finem lib.4.vbi dicit quod cum pro hac parte ſit authoritas Bart.& Bald.qui fuerunt iuris illuminatores non eſt ab ea rocedendũ.Bertran.qui communem conſi. 869.li.1. Rip.in l.in quartam nu.219. ad l. falcidiam Rolan. qui & alios plures citat cõmunem repetens tract.de luc.dot.quęſ.27.num.5.Deci.conſi. 246.col. 2.Çuch.in tract.de legiti.Rub.quæ in legi.ſint.imp.verbo.ex ſubſtantia num.2. receptiſsimam etiam Craſſ.in §. legitima n. 5.Crauet.egregie d. conſi. 194. a num. 1.& per totum,qui in hoc caſu reſpondit pro cõmuni Auguſ. Bero. quæſ. 119. a num. 1.vbi diſputat Phanu. in tract.de luc.dot.in verbo ſuperſtitibus liberis num. 43. vbi refert ſic apud rotam Romanam referẽte Mohedano iudicatum Neuizan.conſil. 84.num. 20. Fumagi. Alfan. Fabian. Rube. Vaſq. Coraſi. quos refert & ſequitur Theſau. dict. deciſi. num.4.& 5. & inibi dixit ita Senatum illum Pedemontan. iudicaſſe nedum ſemel , ſed pluries : Et quod ita etiam affirmabat Puteus Rotam Romanam iudicaſſe : ſubdit extremo quod de hac quæſtione in illo Senatu non eſt amplius dubitandum. Anton. Gabr. qui Ruin.Bero.Boeri.& alios memorat lib. commu.3.tit.de ſecũn.nup.concluſi.4. num. 61.verſic. Contrarium quod imo.Pechi.tractat.de teſta.coniunc. libr.2.cap.18. num.3. quibus addo nouiſsimè non tamen relato Theſauro nec alijs idem ſentire Surd. deciſio. 169. num.5. rationemque reddit poſt omnes ſupra citatos,quia quæ non obueniũt ex ſubſtantia patris , aut matris, ſed aliunde ex lucro legis vel ſtatuti , quod hæc non imputantur in legitimam ſed vt præcipua habentur, idque dicit in terminis noſtris dict. l.hac ædictali idem ſcripſit Craſſ. vbi ſupra
7 Vaſqui. & alij: vnde † & idem Vaſq. tracta. de ſucceſsio. creatio. lib.3. §.30.num. 233. docuit ex Coraſi. & Rip.quos ibi memorat, quod filius vbi aliquid capit ex pactis dotalibus non tenetur in illius legitimam impu-
8 tare. Secundo † hanc partem tuetur altera ratio.quod nunquam lex , ſtatutum , vel pactum excludit legitimam , niſi expreſſe de ea faciat mentionem l. ſi quando §. & generaliter C.de inoffi.teſtament. vbi Guillerm. Cunc.Bald.Angel.Alberi.Salice. Caſtren.& Iaſſo. num. 5. qui eos memorat omnes Cuman.conſil.188.Fulgo.conſil.84. column.2. Guid.Pap.deciſio.93.a num.1.Alexan.conſil. 8.num.22.lib. 3.conſil. 89.num. 13.libr. 4.Deci.conſil.392. num.4.conſil. 525.num. 4.Pariſi.conſil. 1.num.103.conſil.9.& conſi. 26.num.93.lib.3. Boeri.deciſio. 14.num.6. Gramma. deciſio. 102. num. 88. Tiraquel. tract.de iur.primo. quæſt. 55.num.6. Ruin. conſi.97.nu.2.lib.1. Crauet.conſil. 312.nu. fin.Rub.conſi.43.nu.11.Ioſep.Ludo. deciſi. Luca. 28.nu. 18.cum ſequent. multis Theſau.dict. deciſ. 184.nu. 3.vnde cum expreſſe





filij à legitima non fuerint excluſi in d. l.hac ædictali, ab illius integra portionis petitione excludi non cenſentur.

9 Tertio † hanc ipſam ſententiam comprobat idem ille text. in l. hac ædictali in verbis , *ita tamen vt quarta pars,quæ eiſdem liberis debetur ex legibus , nullo modo minuatur*.ex text.in dict.§.optimè in verbis,*Quippe dudum quarta,nunc autem tertia aut media ſecundum noſtram legem portione omnino filijs relinquenda,aut danda , niſi rurſus ingra-*
10 *titudines ratio contradicat:* Ex † quibus verbis deducit Accurtius debitum naturale legitimæ , & beneficium dict.l.hac ædictali ſimul cõcurrere in filiorum commodum poſſe , neque vnum impedire aliud , cum ex diuerſis principijs proficiſcantur ; legitima à iure naturæ : ſecundum hoc , ex delicto ( ſi delictum poteſt nominari)tranſeuntis ad ſe-
11 cundas nuptias; *Vnde* † (ait) *tamquam vnum pænale & aliud , rei perſequutorium ſe ſe non impediunt*. l. ſi pro fure §. furti de condic. furti.l.ſi pignore §.cum furti ff.de furt.con-
12 fert text. † in l. quoties ff. de actio. & obliga. vbi ſi lex nouam introducit obligationem , niſi nominatim ſtatuerit vt ſola ipſa actione vtamur , veteres eo nomine itidem actiones nobis competunt, quæ ſublatæ non cenſentur : quod etiam argumentum adduxit Rolan.dict.quęſt.num.4.proinde cum vt dixi legitima à iure naturali defluat l. cum ratio cum ſimilibus de bon.dam.hoc de quo agimus à principali cõſtitutione,vnum aliud non excludit.

13 Quarto † facit , quia vbi ex lucro dotis maritus quidquam ex pacto conſequuturus eſt intelligitur reſeruata ſemper legitima filijs prioris matrimonij iuxta formam dict.l. hac ędictali vt authoritate Caſtren. Cuma. Decij Riminal. & Theſau. reſpondit Surd. conſ.401.num.8.lib.3.

14 Non † obſtant duo priora argumenta quibus in principio citati authores contrariam probarunt: Imprimis text.in dict.l.hac ędictali in precitatis locis , quoniã ea Iuſtiniani verba non aliud volunt quam oſtendere æqualitatem ſeruari debere inter liberos primi matrimonij , & maritum, cui vxor relinquit , non autem excludit legitimam filijs altero iure naturæ ſcilicet debitam , cuius alioquin expreſſa mentio neceſſaria erat dict.l.ſi quando §.& generaliter: Atque hunc ſenſum oſtendunt verba eiuſdem legis ſupra in tertio pro hac parte adducto argumento ponderata in verſic.Ita tamen & in d. §.optime in verſic.Quippe.

Sed neque gloſ. quæ allegatur in contrarium in dict. l. hac ædictali in verbo diuidi, quam pro contraria aduerſantes adducunt, ſic intelligenda eſt vt credunt;quoniam eam prior Fulgo. in citato conſ. 97. ſic interpretatur , vt ſolum notet inter filios primi coniugij, & ſecundi æqualitatem quoad lucrum dict.l.hac ædictali; de legitima nullum verbum ; Et probabilius eſt ſic eam declarare ne ſibi ipſi contradicat,cum contrarium docuerit in dict.§.optimè:& idem conſiderauit Pau.de Caſtr.in d.conſ.462.Rolan.d.quæſt. 27.num.7.& alij citati interpretes.

Non obſtat ſecundum argumentum quoniam verum eſt ea , quæ ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti percipiuntur in legitimam imputari,cæterum id intelligendum quando quod capitur non eſt aduerſus expreſſam voluntatem teſtatoris, prout eſt Trebellianica
15 expreſſe non prohibita,& huic ſimilia : At † quod filij capiunt primi matrimonij ex diſpoſitione d.l.hac ędictali , id capiunt contra voluntatem patris expreſſam,& in eius odiũ propter tranſitum ad ſecundas nuptias : Ita fit vt quod in illius odium ſtatuitur in fauorem retorqueri non poſsit : ſic eruditè reſpondit poſt Anna. Corne. & Deci. Crauet. dict.conſil.194.nu.3.& 4. Rolan.dict.quæſt. num.8.

16 Neque ſilentio † prætereunda eſt diſtinctio quædam Bertran. in dict. l.hac ædictali num.25.Crauet.conſ.524.num.4.Decij. Iacobi & aliorum,quos citat Theſau. dict.deciſio.nu.6. dicentium, contrarias haſce opiniones poſſe hoc modo conciliari ; & prior opinio procedat quando vigeret ſtatutum, vel conſuetudo , quæ hanc dotis portionem marito tribueret : Altera magis communis vbi ex pacto lucrum deferretur . Rationem reddunt diuerſitatis quoniam vbi maritus lucrum in vim ſtatuti percipit , id capit ex diſpoſitione legis municipalis abſque vllo vxoris facto, conſequenter ratio odij ſecundo nubentis mulieris,quę cauſam dedit diſpoſitionis d.l.hac ædictali ceſſat.

Secundo caſu vbi ex pacto , lucrum facto vxoris, & illius voluntate deſcendit,in cuius odium lex ei reſiſtit , propterea prioris ma-
17 trimonij filij vocantur:Hanc † tamen diſtinctionem improbant Caſſa.Cuma.Deci.quos refert Theſau.d.deciſio.num.7.dicens quod ſiue loquamur in ſtatuto , vel pacto idem ſit iudicãdum , & quod hanc diſtinctionẽ noluit admittere Senatus ille veluti contrariã communibus traditionibus, & licet nullã reddat rationẽ hæc mihi probabilis videtur , quod ſiue loquamur in pacto ſiue ſtatuto vbiq. ratio odij militat , etſi enim ſtatutum lucrum hoc deferat maritis propter onera matrimonij vt ex cõmuni reſolui hoc lib.quęſ.21. tñ non ideo ſequitur ſecundas nuptias odioſas non eſſe, vnde cum tales ſint ratio,quæ in

pacto vindicat, eadem in ſtatuti diſpoſitione militabit.

18 Extende † communem traditionem, etiã ſi ſtatutum, vel conſuetudo victrico daret vſumfructum omnium bonorum toto tempore vitæ ſuæ, vel cum pacto conuẽtum fuiſſet vt præmoriente vxore vir toto illius vitę tempore vſumfructum potiretur, conſequetur enim filius legitimam ſtatim, non ſpectatã victrici morte, quia in ea grauamen nullum, vel onus imponi poteſt, neque etiam dilatio l. quoniam in prioribus cum vulga. C. de inoffi. teſtam. Huic † ſimile eſt quod
19 legato vſufructu omnium bonorum, etſi patri vel matri, non tamen cenſetur comprehẽſa legitima, ſed exceptuata pænitus remanet: ſic docuit idem Theſau. dict. deciſio. num. 8. & 9. Bartoli authoritate in l. vxori ff. de vſufr. lega. citat etiam Deci. conſi. 418. num. 2. conſi. 485. num. 14. conſi. 590. num. 5. & licet dubiam eſſe dicant opinionem tamen ſecundum ipſam iudicaſſe Senatum illum refert. quæ ſententia expreſsim iuuatur tex. in §. prohibemus in authen. de trien. & ſemiſ. in auth. nouiſsima C. de inoſi. teſta. quibus quidem iuribus communis opinio
20 defenditur: integra † enim legitima relinqui debet in proprietate, & vſufructu. Et hanc opinionem dixit communem Socin. conſil. 107. num. 7. libr. 1. pro qua iudicatum fuiſſe affirmat: Alexan. conſi. 29. num. 2. lib. 4. Iaſſo. in auth. nouiſsima num. 44. C. de inoſi. teſtam. Rodri. Xuar. in l. quoniam in priori. (vbi & communem dicit) ampliatione. 3. num. 2. C. de inof. teſt. & eſſe expeditam ſentẽtiam hodie affirmat Vazq. trac. de ſucceſsio. creatio. libr. 1. §. 10. num. 454. & libr. 2. §. 20. num. 288. Theſau. idem deciſio. 127. num. 3. & 4. Craſſ. in §. legitima quæſt. 39. num. 23. Boeri. deciſio. 113. num. 2. Pariſi. conſil. 94. num. 37. conſil. 96. num. 30. lib. 2. Eandem communem, & veram ex Corn. Ruin. & alijs dixit Caualca. tract. de vſufruct. mulier. nu. 95. limitat autem communem opinionem de qua ſuprà Theſau. d. deciſ. vbi extaret ſtatutum de lucranda ęqualiter dote inter victricum, & filios prioris matrimonij, ſed quia extra propoſitum quæſtionis inſtitutæ prætereo.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum de lucrando dotem, an ad iocalia extendatur.*
2 *Iocalia quæ extra dotem dantur ſunt acceſſoria ad dotem.*
3 *Dotis additamentum naturam dotis ſequitur.*
4 *Statuto ſtante, quod filia poſsit de bonis ſuis teſtari, extenditur ad iocalia.*
5 *Bona quæ extra dotem dantur, ſunt de appendicibus dotis.*
6 *Donatio ſicut valet inter patrem, & filium ex cauſa dotis, ſic etiam reſpectu iocalium.*
7 *Dotis appellatione non ſolum venit dos ipſa, ſed etiam iocalia.*
8 *Dos admodum priuilegiata.*
9 *Poteſt fieri per pactum id, quod per ſtatutum, quando pactum probibitum non eſt.*
10 *Statuta de lucranda dote ſunt iuris communis correctoria.*
11 *Statuta de lucranda dote pœnalia iudicantur.*
12 *Interpretatio ſtricta ſit in pactis.*
13 *Dos datur propter onera matrimonij.*
14 *Maritus rerum dotalium dominus.*
15 *Dotis additamentum ſequitur naturam dotis.*
16 *Iocalia intuitu ſponſæ donantur.*
17 *Data contemplatione alterius ei quæruntur, cuius contemplatione donata fuerunt.*
18 *Donata ſponſæ à conſanguineis mariti, contemplatione illius donata cenſentur.*
19 *Coniectura vbi alia quam donationis capi poteſt, ea capienda eſt.*
20 *Iocalia ex communi conſuetudine ſolent dari à parentibus cum filias nuptui tradunt.*
21 *Iocalia donata non cenſentur.*
22 *Iocalia reſpectu mulieris dos appellari poſſunt.*
23 *Theſauri diſtinctio inter contrarias opiniones.*
23 *Theſauri conſiliatio reprobatur.*

## QVÆSTIO XXXVIII.

### *PACTVM DE LVCRANDA dote in contractu matrimonij celebratum, an ad iocalia, & alia præter dotem ſponſæ data extendatur, vt ea maritus lucretur.*

1 ANCEPS † & dubia quæſtio olim fuit, ſtante ſtatuto de dote per maritum lucranda; an ſicut dotem ſic iocalia, & alia in ornatum ſponſæ data maritus lucretur; quam quæſtionem diſputauit Rolan. tract. de lucr. dot. quæſtio. 50. & Theſau. poſt deciſio. pedemont. 195. Cœterum ij loquuntur in terminis ſtatuti: quæſtio noſtra in pacto, quam in hac ſpecie nullus quem ego viderim tractauit: videtur igitur prima facie defendi poſſe, quod ſicut maritus lucratur dotem ſic & iocalia.

2 Primo † quoniam iocalia, & alia his ſimilia, quæ extra dotem dantur marito vt acceſſoria, & veluti dotis addimenta dantur, cum ſi non darentur, tanto minor dos foret, vt conſiderauit Pau. de Caſtr. in l. cum pater §. pater filiæ num. 2. de lega. 2. Alex. conſ. 27. nu. 10. lib. 5. conſ. 117. nu. 23. Theſau. d. deciſ. 195. num. 4. 5. His adde quod Picus in l. in quartam num. 182. ad l. falcid. dixit, quod ſicut dos imputatur filiæ in legitimam ſic & acceſſoria illius veluti iocalia, veſtes & his ſimilia quæ dicuntur de appendicibus dotis, quem refert & ſequitur Surd. deciſ. 119. n. 2.
3 dixi latius infra quæſt. 47. num. 41. At † additamentum dotis ſequitur dotem, & eodem iure, quo dos cenſetur, dixit Papinianus in l. inter ſocerum §. cum inter de pact. dotal. l. etiam C. de iur. doti. & multorum relatione dixi hoc libro quæſt. 22. in verſic. Subdit Tiraquel. ſupra & quæſt. 23. verſic. Contrarium tamen in fine, vbi Menoch. Surd. & alios addidi. Cum igitur iocalia acceſſoria ſint ad dotem pactum de dote lucranda ad iocalia ipſa extendetur.

4 Secundo † ſtante ſtatuto quod filia poſsit de bonis teſtari, intelligitur etiam & de acceſſorijs qualia veſtes, annuli, iocalia & his ſimilia reſpondit ex proxima adducta ratione Anna. conſ. 36. Theſau. d. deciſ. num. 5. verſic. Secundo facit: ſubiungit Rolan. dict. quæſt. 50. num. 4. hoc argumentum in tuitionem huius ſecundi, quoniam inquit, aut volumus dicere quod hæc ſint pars dotis, & idẽ tunc quod de dote iudicandum l. fundi partem in fin. de condi. emp. l. quæ de tota de rer. vindi. aut dicimus iocalia fore appendices dotis, & tunc idem l. ſi quis hæres inſtitutus ff. de acqui. hæredi. aut volumus dicere quod ſint additamentum dotis, & idem etiã hoc caſu dict. l. inter ſocerum §. cum inter de pact. dotali. omni itaque caſu acceſſoria ad dotem eodem iure, quo dos cenſeri debent.

5 Tertio † facit traditio Alex. conſ. 27. col. penult. lib. 5. quem citauit Rolan. d. quæſt. & poſt Theſau. vbi dixit, iocalia, & bona paraternalia, quæ dantur per patrem filiæ tempore nuptiarum, & cauſa matrimonij, ſecundum communem conſuetudinem ſunt de appendicibus, & acceſſorijs dotis, & de his idẽ, quod de dote iudicatur.

6 Quarto † confert traditio Paul. Caſtr. in l. cum pater §. pater filijs delega. 2. vbi docuit quod ſicut valet donatio inter patrem, & filium cauſa dotis l. Pomponius Phinadelphus ff. fami. herciſ. ſic & valet donatio reſpectu iocalium.

7 Quinto † argumentatur Theſau. quod appellatione dotis venit non ſolum dos, quæ in pecunia conſiſtit, ſed & alia ſponſæ ornamenta, quę quoad ipſam dos dicuntur l. 2. §. dotes ff. defun. inſtruc.

8 Sexto idem † Theſau. ſic, dos priuilegiata admodum eſt, & reputatur proprium patrimonium mulieris, & in eius alienatione lex magis ſtrictè procedit, quam in cæteris reb⁹ non dotalibus tot. titu. ff. & C. defun. dot. inde ille argumentatur, quod ſi ſtatutum vellit marito mortua vxore dotem illius lucro cedere, quæ tam priuilegiata eſt, multo magis idem in bonis extra dotem datis, quod argumentum etſi in terminis ſit ſtatuti ad pactum etiam lucrandæ dotis extendi poteſt,
9 quando (vt non ſemel dixi) valeat † argumentum de pacto ad ſtatutum, & èconuerſo, quando poteſt per pactum fieri id, quod per ſtatutum ad ea quæ Euerar. in Topi. lega. loco 89. à num. 1. vnde cum poſsit fieri pactũ de dote lucranda niſi in certis caſibus vt dixi hoc libro quæſt. 19. verſic. Contraria tamẽ opinio, & quæſt. pręcedenti in verſic. Neque ſilentio prætereunda, rectè argumentum de ſtatuto ad pactum duci poteſt.

His adducti rationibus hanc tenuerunt opinionẽ in ſtatuto loquentes Paul. de Caſt. Alex. Anna. Floria. Phanu. Curti. iuni. quos referunt, & ſequuntur Rolan. d. quæſt. 50. & Theſau. citata deciſio. vbi & magis communem dicit.

Contrariam opinionem retentis terminis ſtatuti tenuerunt Socin. conſ. 93. nu. 6. lib. 1. Cagno. in l. cum principalibus vbi ita iudica-
10 tum Vercellis ſcribit. Mouentur † citati interpretes, quoniam ſtatutum hoc eſt iuris cõmunis correctorium cum dos vxore mortua ad eam, illiusvè filios, aut ad patrẽ qui eam dedit redire debeat l. dos à patre C. ſolut. matrimo. l. vbi adhuc C. de iur. doti. neque mortua vxore maritus ex dote ſecundum iuris diſpoſitionem quidquam poſsit lucrari Capi. nuper de dona. int. vir. & vxor. Et dici-
11 tur † pœnale quia minuit patrimonium mulieris l. 3. de dam. infec. aufertq. facultatem vxori diſponendi de rebus ſuis; conſequenter nedum exorbitans, ſed odioſum, vt hæc & ſimilia cumulat Rolan. tractat. de lu. dot. quęſt. 2. à num. 1. vnde vti exorbitans, correctorium, & odioſum ſtrictè quãtum fieri poteſt interpretandum eſt l. 3. §. hęc verba de nego. geſ. l. cõſtitutionibus cum ſimilibus ff. ad munici.

12 His adde † in terminis queſtionis noſtræ pacti ſcilicet, quod tanto magis pręedicta ratio locum vindicabit, cum pactum hoc de dote lucranda ſit ſaltim pręter iuris diſpoſitionem, & in pactis ſtricta debeat fieri interpretatio, vt in his quod omiſſũ eſt pro omiſſo habendum ſit, nec ſuppleri poſsit vt multorum teſtimonio dixi hoc lib. quęſt. 23. in princi.

p:inci. conſequenter pactum, vel ſtatutum
de dote lucranda ad iocalia extendi non
poteſt.
13 Secundo ✝ dos datur propter onera ma-
trimonij ſuſtinenda l.pro oneribus C.de iur.
doti.& ſicut ſtatuta,& pacta de lucranda do-
te videntur facta vt oneribus matrimonij
ſubueniatur facilius,vt ex multis docui hoc
lib.quæſt.22.in verſic.Subdit Tiraq. reliqua
quæ extra dotem,ita dătur vt in totum vxo-
ris ſint,quæ nec oneribus debeant deſeruire
matrimonij l.ſi ego §.penul.ff.de iur.doti.
14 Tertio maritus ✝ rerum dotalium dicitur
dominus l. doce ancillam C. de rei vindica.
in cæteris nec vſumfructum quidem habet l.
penul.C.de pact.conuen.d.l.ſi ego §. penul.
Deci. conſ.321. num.3. latiſsimè proſequi-
tur Theſau. deciſ. 187. & ex multis reſoluit
Caualca.tracta.de vſufruc.muli.relic.n.206.
Surd.deciſ.192.num.1. Quare à dote ad io-
calia, & cætera bona paraphernalia nō rectè
procedit argumentum. Et hæc opinio mihi
verior videtur magis æqua & conformis diſ-
poſitioni iuris communis; Tum quia contra-
ria tollit facultatem ſi non in toto in parte
tamen vxori vt de ſuo non poſsit patrimo-
nio diſponere. Vnde non oberunt contrariæ
rationes, quarum diſſolutione clariſsimè hęc
opinio iuſtificabitur.

Non obſtat prior, in qua totam vim fa-
ciunt contrariam tenentes quod ſcilicet io-
calia, veſtes,& paraphernalia ſunt veluti do-
tis datæ additamentum d.l.inter ſocerū §.cū
15 inter de pact.dota. Et ✝ additamētum ſequi-
tur dotem,& vno cum illo iure cēſetur. Reſ-
pondetur tex.in d.§.cum inter non loqui niſi
de dotis additamento, veluti augmento, do-
natione propter nuptias,& ſimilibus quę do-
tem reſpiciūt; nos in iocalibus, & parapher-
nis, quæ nullum ad dotem datam reſpectum
habent; quoniam in ornatum vxoris dantur
intuitu matrimonij, non autem dotis, quæ
ſunt lōge diuerſa; cum poſsit matrimonium
ſtare ſine dote vt non ſemel in hoc tractatu
dixi poſt interpretes in rubr. & l.1. ff.ſolut.
16 matrimo. Dantur ✝ autem intuitu ſponſæ, &
non dotis vt ipſa ornatior, & decora magis
incedat, vt dixit Angel. conſ. 139. & noſtri
omnes indiferenter. Caſtren. Fulgo. Angel.
Alexan.& alij quos retulit Rolan. conſ. 10.
num.12.lib.1.Surd.deciſ.166.num.27.vnde
cum ſolius ſponſæ intuitu data ſint ipſi ſoli
17 quæruntur non marito, ex generali ✝ regula
ab omnibus inconcuſſe approbata, quod ali-
cui data contemplatione alterius, ei quærū-
tur cuius contemplatione donata fuerunt, ex
traditione Barto.in l.ſed ſi plures §. in arro-
gato ff. de vulga. quem ibi tota interpretum
caterua probat & ſequitur latiſsimè Meno.
lib.3.præſump.præſump.28.à num.1. Surd.
deciſ.322. Inde ſecundum hanc regulam etſi
fuiſſent data marito, adhuc cum contempla-
tione illius vxoris data ſint, ipſi, non marito
quærerentur: vnde fere in terminis docue-
18 runt ✝ Alex.& Imol.in d.§.in arrogato quod
donata ſponſæ à conſanguineis mariti, cum
data cenſeantur contemplatione illius,& nō
vxoris, debentur marito,& illius hæredibus,
quos ſequitur Palat.Rube. in rubr. de dona.
int.vir.& vxor.§.45.num.1. Ruin.conſ.196.
num.6.Cœpha.conſ.105.num.33. Menoch.
qui alios lib. pręſump.3. præſump.28.nu.9.
Surd. deciſ. 322. num.51. in fine. Conuerſo
igitur donata à patre, vel conſanguineis ſpō-
ſo cum contemplatione ſua, & non mariti
data ſint ipſi ſoli debentur.
19 Accedit his ✝ quod vbi alia coniectura,
quam donationis capi poteſt, ea eſt ſumenda
Bal.conſ.189. in fine lib.2.ex l.eleganter §.
qui reprobos de pigno.actio. l.ſi cum aurum
de ſolu. Deci. conſ.380. num.4. & his alios
multos ſuperaddunt Menoch. de arbi. iud.
quæſt.lib.2.caſu.88. à num.1.idem lib. præ-
ſump.3.præſump.12.num.11.& pręſum.71.
num.2.egregie Surd.tracta.de alimen.tit.6.
quęſt.1. à nu.4. cum ſequen. multis. at in hac
ſpecie manifeſta eſt coniectura, ſcilicet vt
mulier ornata magis incedat & decora, igi-
tur non cenſentur marito iocalia donata.
20 Rurſus ✝ ex probata ab omnibus gentibus
conſuetudine ſolent parentes dum nuptui
filias tradunt annulos eis, gemmas, vel alia
iocalia dare, vt ſine verecundia, & rubore
fœlicius maritus ſpectantibus omnibus or-
natam ſponſam accipiat; cum itaq. id ea de
cauſa fiat, donatio marito facta vna cū dote
non præſumetur, quia veluti neceſsitate co-
gente id fit, & in neceſsitatibus nemo libe-
ralis exiſtit l.rem legatam cum ſimilibus de
21 alimen.lega. Sic ✝ in terminis iocalium tra-
ditorum ab ſponſo ſeu illius patre, aut con-
ſanguineis ſponſę, vt donata illi non cen-
ſeantur, reſponderunt Roman. Pau.Caſtren.
Angel. & alij, quos refert,& ſequitur Surd.
deciſ.166. num.27.28. Neq. illa conſidera-
tio à me adducta iuuat, quod ſicut dos impu-
tatur filiæ in legitimam ſic iocalia, quoniam
id ex eo eſt, quia ex ſubſtantia paterna pro-
cedunt, proinde ea omnia, quæ inde oriun-
tur imputantur l.certum C.fami.herciſ.

Neq. obſtat ſecundum, quoniam authori-
tas Annaniæ probabilis eſt non neceſſaria; tū
& quia ideo illic ſtatutum comprænēdit io-
calia, quoniam agitur de fauore mulieris, vt
ſic tam de dote, quam eius appendicijs poſ-
ſit teſtari; at in noſtra ſpecie agitur de odio,
& coarctanda etiam libera teſtandi de bonis
omnibus facultate vt ſupra dixi.

Non



Non tertium, quoniam etſi iocalia de ap-
pendicijs dicantur, non ideo ſequitur vt eiſ-
dem regulis ſubijciantur, quibus dos ipſa
maxime in pactis,& ſtatutis, in quibus ſtri-
cta fieri interpretatio debet: Rurſus non va-
let argumentum, maritus lucratur dotē ergo
& iocalia dotis, cum longe diuerſa ſit inter
dotem,& iocalia ratio; quia dos marito tra-
ditur, iocalia mulieri ornatus gratia vt ſu-
pra. neque valet argumentum de maiori ad
minus affirmatiue vbi ratio diuerſitatis, vel
differentiæ reperitur; id tunc contingit quā-
do maius,& minus, principale, vel acceſſo-
rium diuerſæ ſunt conditionis l. ſolemus §.
latrunculator de Iudi. ff. notauit Deci. in l.
non debet num.5.& 6. verſi. Non obſtat cap.
fina.de regu.iur.& num.8.verſic. Vltimo fal-
lit de regu.iur.vbi Cagno.poſt eum, vnde cū
iocalia diuerſam habeant rationem, quam
dos, ius etiam diuerſum conſtitui debet.

Neque quartum obſtat, nam etſi valeat
donatio inter patrem,& filium reſpectu io-
calium, vt valet reſpectu dotis, non inde ſe-
quitur maritus ex pacto, vel ſtatuto lucratur
dotem, ergo & iocalia agitur enim in priori
caſu de fauore matrimonij,& filiæ nubendę,
ideo donatio ad acceſſoria extenditur; nulla
enim diuerſitatis ratio, quæ id impediat cō-
ſiderari poteſt, in noſtra ſpecie ſecus.
22 Non quintum, ✝ quod appellatione dotis
veniat nedum pecunia numerata, ſed etiam
iocalia, quæ quo ad ipſam vt ille ait dos di-
cuntur. Reſpondetur eiuſdē Theſauri verba
ſecum ſolutionem adferre. iocalia enim quo
ad mulierem dos ſunt, igitur quo ad virum
minime. Neq. text. ille quem citat in d. l. 2.
§.dotes de fun. inſtruct. probat id ad quod
ipſum allegat. ſenſus enim illius text. eſt
quod ſicut dotes nuptjs, ſic inſtrumenta præ-
dijs attribuuntur vt illis deſeruiant: ſic in l.
amici §.fideiuſſores ff.de fideiuſ. vbi eadem
dicendi phraſi loquitur I.C.& in l.Seye §.1.
& §. prædia de fun.inſtruc.

Non obſtat extrema Theſauri ratio, quo-
niam vt non ſemel ſupra animaduertit ma-
xima inter dotem, & iocalia differentię ra-
tio eſt. ideo nec valet argumētatio, ſtatutum
defert lucrum dotis marito, ergo & iocalia
eiuſdem vxoris; tum quia odioſum ſit ſtatu-
tum vel pactum, tum & ſtrictè interpretan-
dum, quia aduerſus iuris diſpoſitionem; tum
quia ſaltim in parte liberam aufert teſtandi
facultatem, tum quia minuit mulieris patri-
monium, tum quia iocalia intuitu propriæ
ipſius perſonæ dantur non mariti: vt non in-
iuria idem Theſaurus dixerit poſt ſupra ab
eo adductas rationes, negari non poſſe, quin
dubius ſit admodum articulus,& difficilis,&
quod Senatus ille vbi caſus occurrebat, du-
23 bitabat admodum: ✝ vnde idem ipſe ſic cō-
ſiliari poſſe duas inuicem contrarias opinio-
nes ſcribit: *Nam inquit aut iocalia & ea,
quæ dătur ſponſæ aſcendunt ad valorem dotis,
vel vltra, & tunc cum maior, aut æqualis ſit
ſumma acceſſorij, ſtatutum de dote lucranda
non continebit iocalia & hoc modo procedat cō-
tra communem opinio; aut vero minoris ſint
valoris, & eo in caſu lucrando dotem maritus
in vim ſtatuti lucrabitur, etiam iocalia veluti
acceſſoria ad eam, & ſic intelligatur communis
ſententia,* quod eſſe dicit de mente Socin. co-
ſil.91. ſup. citato & Phanucij in trac.de luc.
dot.gloſ. dotis & conredorum num. 1. (qui
tamen hoc non dicunt nec ſentiunt) vt mihi
videtur: Nihilominus ſecundum hanc diſtin-
ctionem aſſerit iudicaſſe Senatum illum, &
24 per tres ſententias conformes: ✝ Mihi diſ-
tinctio Theſauri non placet, nam quod ſint
iocalia maioris vel minoris ęſtimationis, quā
dos, non facit differre ſpecie, neque id iuris
mutat effectum l. fina. ff. de fun. inſtruct. l.
ſchapham de euictio. Cœpha. conſi. 300. nu.
11. Natt. conſi. 402. num. 16. quod ſi iocalia
non dantur niſi intuitu perſonæ vxoris,& il-
lius cōtemplatione propter matrimonium,
& non propter dotem, qui fieri poterit vt
ſtatutum, vel pactum de lucro dotis ad ioca-
lia poſsit extendi vnde in caſu propoſitæ
quæſtionis, in qua de pacto agimus procul-
dubio hæc noſtra opinio tenenda videtur,
maxime quod vt ſuo loco dicemus mulier
poſt dotem conſtitutam tradens viro alia
bona, cenſetur illi non in dotis additamen-
tum ſed vt paraſernalia tradere. Circa hanc
quæſtionem vide dicta infra quæſt. 57. vbi
ſimilis caſus adfertur.

## SVMMARIVM.

*1 Pactum à genero factum cum ſocero ſuo quod donec dos ſoluatur certum quid pro intereſſe detur an valeat necne.*
*2 Erubeſcendum ſine lege.*
*3 Text. in cap. ſalubriter de vſur. ad pactum extendi non poteſt.*
*4 Pignoris fructus gener ſuos facit.*
*5 Text. in cap. ſalubriter declaratur.*
*6 Genero licet paciſci cum ſocero, quod donec dos ſoluatur, certum quid ſibi detur pro centenario.*
*7 Text. in cap. ſalubriter de vſur. vindicat in omni caſu eandem rationem habente.*
*8 Genero licet paciſci de certa quātitate ſibi loco intereſſe ſoluenda.*
*9 Intereſſe conuentum à genero certum eſt, & debitum, licet quantitas ſit incerta.*
*10 Extentio nō dicitur fieri de caſu ad caſum vbi ratio ſcripta eſt.*

*Genero*

11 Genero licet penſionem recipere certam ex dote iuxta communem ſententiam.
12 Gener poteſt conuenire de certo intereſſe ratione dotis, etſi mercator non ſit.
13 Maritus poteſt de certo intereſſe conuenire ratione dotis, nedum cum ſocero, ſed & cum alio quouis extraneo.
14 Maritus, qui non ſuſtinet onera matrimonij non poteſt de intereſſe aliquo conuenire cum ſocero.
15 Maritus, qui vxori alimenta non præſtat, nequit de intereſſe conuenire cum ſocero.
16 Lucrum dotis, quod ab ſtatuto maritis defertur, propter onera matrimonij datur.
17 Tex. in l. pater ff. de dol. mal. met. ve excep. declaratur.
18 Vſuræ etſi de iure non debeantur, ſi tamen ex certa ſcientia promittantur, donari videtur.
19 Maritus, qui ſocero dotis ſoluendæ dilationem concedit, interim vſuras petere non poteſt.
20 Mora ceſſante, vſuræ, & intereſſe ceſſant.
21 Maritus data dilatione ſoluendæ dotis, ſi expreſſim paciſcatur de intereſſe, iuſte illud petere poteſt.
22 Maritus poteſt conuenire de intereſſe cum ſocero ob dotem non ſolutam, dum intereſſe nõ excedat iuſtam taxationem legalem.
23 Maritus vbi intereſſe non eſt taxatum per legem, vel conſuetudinem, poteſt de probabili intereſſe conuenire cum ſocero.
24 Mulier vidua relicta an poſſit paciſci cum hæredibus mariti, quod donec dos ſoluatur ſibi aliquid detur pro intereſſe.
25 Mulier mortuo viro ex Iaſſonis ſententia cõuenire poteſt cum hæredibus mariti, quod donec dos ſoluatur ſibi aliquid detur pro intereſſe.
26 Maritus, & vxor correlatiua.
27 Pactum de ſoluendo aliquid pro intereſſe niſi in caſibus à iure expreſſis, vſurarium eſt.
28 Tex. in d. cap. ſalubriter iterum declaratur.
29 Dotis priuilegia mortuo marito ceſſant.
30 Mulier poſt mortem mariti capere non poteſt pro intereſſe ab hæredibus mariti etiam ſpõte offerentibus.
31 Probibitus accipere, nec ab vltro offerente id poteſt.
32 Illicitum quod ſui natura eſt, pacto licitum fieri non poteſt.
33 Vſuras, vel intereſſe teſtator relinquere non poteſt.
34 Pœnæ nomine aliquid in pactum deduci non poteſt, vt ſic per indirectum vſuræ ſoluantur.
35 Vſuræ, vel intereſſe etiam proprijs cauſis non admittuntur.
36 Diſpoſitum in vno ex correlatiuis, quando diuerſa ratio militat, in altero diſpoſitum non cenſetur.
37 Mulier non poteſt petere intereſſe non ſolutæ dotis, etiam ſupræ textu alimentorum.
38 Promiſſio illicita iudicatur, & vſuraria, vbi ante aduenientem caſum quid certum promittitur.
39 Mulier poteſt paciſci in cõtractu matrimonij cum viro, vt poſt illius mortem ſibi liceat bona mariti retinere propria authoritate donec dos ſoluatur.
40 Mulier poteſt propria authoritate bona mariti retinere in ſecuritate ſuarum dotium.
41 Mulier nequit paciſci cum viro, quod eo mortuo rerum illius fructus ſuos faciat, neve eos in ſortem imputare teneatur.
42 Pactum quod fructus non imputentur in ſortem vſurarium.
43 Creditor etſi poſſit fructus rei pignoratæ percipere, in ſortem tamẽ eos imputare tenetur.
44 Vidua fructus etiam ſub colore alimentorum ex rebus mariti lucrari non poteſt.
45 Viduæ, qua cautela fructus in ſortem imputare non teneantur.
46 Fructus ſortem extenuant ab eo, qui illos percipit iure pignoris.
47 Maritus poſt mortem vxoris fructus in ſortẽ imputare tenetur.
48 Mulier, quæ vti creditrix bona mariti poſſidet, non poſsidet vti domina, ideo fructus imputare tenetur.
49 Fructus ex poſſeſsione debentur.
50 Debitor ſuum alere creditorem non tenetur.
51 Maritus nequit in ſuo teſtamẽto legare vxori vt quamdiu ſibi dos ſoluatur aliquid detur pro intereſſe.
52 Vſura nedum in mutuo, ſed & in alijs contractibus virtualiter reperitur.
53 Teſtator nequit mandare hæredi quod ſoluat aliquid annuum donec integras dotes exoluerit.
54 Teſtator poteſt hæredi præcipere vt quid certũ det legatario, donec legatũ exoluat ex ſententia Surdi.
55 Legatarius petere poteſt intereſſe legati relicti per teſtatorem, quando in poteſtate ſua non eſt legatum petere.
56 Legatum à teſtatore relictũ de exoluendis per hæredem ſingulis menſibus certis quantitatibus, valet.
57 Alciati opinio qualis.
58 Vſura non committitur in eo, qui liberali animo oblatum recipit.
59 Data ſponte citra labem vſuræ recipere licet.
60 Vidua recipiens aliquid annuum à teſtatore relictum, non ab hærede, ſed à teſtatore capit.
61 Tex. in l. profectitia §. ſi quis certam ff. de iur. doti. declaratur.
62 Euẽtus poſterior à primordio tituli formatur.
63 Teſtator de bonis ſuis libere diſponit.
64 Vſura lucrum eſt mutui ex pacto debitum.

Lega-



65 Legatum teſtatoris annuum nullam inducit vſuram.
66 Tex. in l. 3. §. fin. de annu. lega. interpretatur.
67 Tex. in l. 3. §. fina. de annu. legatis nouiter declaratur.
68 Legatum annuũ à teſtatore relictũ donec certa quantitas exoluatur, alternatiuũ cenſetur.
69 Vidua poteſt paciſci cum hæredibus mariti vt donec ſibi dos ſoluatur, aliquid detur pro alimentis, in caſibus, in quibus poteſt poſt annum petere intereſſe dotis non ſolutæ.
70 Pactum vſurarium non eſt quando deducitur id, quod de iure communi debetur.
71 Statutum, vel conſuetudo, quæ taxat viduæ aliquid pro alimentis donec dotes ſoluantur, valent.
72 Statutum, vel conſuetudo, quæ taxant viduæ aliqua pro alimentis donec dos ſoluatur, ſecundum multorum opinionem non valet.
73 Iuri canonico ſtandum in materia peccati.
74 Conciliatio Dida. Couar.
75 Conſtitutio regia huius principatus, qua fructus integri omnium bonorum mariti dantur viduæ donec dos ſoluatur, iniuſta, & inualida.
76 Conſtitutio regia huius principatus, qua fructus omnes rerum mariti pro dotibus retinentur abſq. vlla obligatione imputandi eos in ſortem, defendi nullo iure poteſt.
77 Conſtitutio regia huius principatus iuri diuino, canonico, & humano aduerſatur.
78 Pactum à genero initum cum ſocero ſuo vt pro pecunia quam in domum ſoceri deferebat, & quam tenebatur in domus refectione expendere, vel prædiorum cultura, adiecta conditione, quod ſoluto matrimonio morte vxoris teneretur ſocer, vel vxoris hæredes dictam pecuniam reſtituere illico, ſin minus aliquid pro intereſſe exoluere, an valeat nec ne?
79 Maritus negotiari ſolitus propter moram admiſſam intereſſe petere poteſt.
80 Conuentiones iniuſtæ, & vſurariæ nec in vim iuramenti roborantur.
81 Iuramentum obligat præſciſe, & compenſationem impedit.
82 Iuramenti abſolutio peti poteſt ab eo cõtractu, qui infringi poteſt.
83 Iuramentum quoad illius obſeruantiam, ad hæredes non tranſit.

## QVÆSTIO. XXXIX.

*PACTVM IN MATRIMONII contractu celebratum, quod non ſoluta dote, interim certa portio pro intereſſe genero detur ad rationẽ alicuius quantitatis pro centenario valet: & celebris quæſtio traditur.*

1 CVM ſæpius † ob defectum pe-
cuniæ pater nequeat filię inte-
gram dotis promiſſæ quantita-
tem illico genero ſuo dare, pa-
ciſcuntur inuicem vt quid certũ
interim detur, donec dos ſoluatur pro oneri-
bus matrimonij ſuſtinendis: Pactionem hanc
non minime nominis authores illicitam, &
vſurariam fore crediderunt, quales Ioan. An-
dre. Anto. de Butr. Cardin. Ioan. de Lignian.
& Ambro. de Vigna. in cap. ſalubriter de
vſur. Lauren. de Rodol. in tract. de vſu. 2. par.
quæſt. 53. Alexan. conſ. 27. lib. 4. conſ. 74. &
conſ. 141. num. 6. lib. 5. Anchar. conſil. 150.
num. 4. Socin. conſ. 88. num. 18. conſil. 130.
num. 10. lib. 4. vbi communem dixit Deci.
conſ. 119. col. penul. Cagno. in l. vni. num. 5.
C. de ſen. quæ pro eo. quod inte. Pala. Rube.
in cap. per veſtras 6. nota. §. 8. ext. de dona.
int. vir. & vxor. Craue. conſ. 189. num. 4. 5. 6.
Cotta. in memora. verbo dos ſoluto matri-
monio Roman. cõſ. 517. Ioan. de Imol. Paul.
de Caſtr. & Alex. qui communem repetit in
l. in inſulam §. vſuras ff. ſolu. matrimo. Plot.
tracta. de in litem iuran. §. 11. num. 17. vbi
etiam communem affirmat ex Theologis
Archi. Floren. in Sum. part. 2. titu. 1. §. 7. nu.
27. Cæphal. Grat. & Bero. conſ. 178. nu. 22.
23. lib. 1. quos ad id refert Caual. deciſ. 35.
numer. 21. . 1. part. Cæterum quibus citati
authores rationibus ſuam tueantur opinio-
nem exquirere oportet, qui tribus potiſsi-
2 mis mouentur. Prima † quoniam nullo iure
probatur tale fieri pactum poſſe vnde illud,
*erubeſcimus ſi ſine lege loquamur* l. illam C.
3 de collatio. Addunt † illi quod tex. in ca. ſa-
lubriter de vſur. qui diſponit inter ſocerum,
4 & generum pactum valere, quo † ſocer fru-
ctus rei pignori genero datæ interim largi-
tur, donec dos ipſa ſoluatur, ad pactum, de
quo agimus extendi non poſſe, cum enim ſi-
mus in exorbitãtibus, & odioſis; qualia vſu-
ræ & intereſſe de vno ad alium caſum extẽ-
ſio fieri non debet l. ſi vero §. de viro ff. ſolu.
matrimo. cap. quæ à iure de reg. iur. in 6.
5 Secundo, † argumentari á diſpoſitione d.
cap. ſalubriter ad caſum hunc nequit, quoniá
6 diſpar vtriuſq. ratio eſt, ideo enim illic † li-
cuit generum cum ſocero paciſci vt interim
donec dos ſolueretur fructus pignoris ſuos
faceret, quoniam fructus incerti ſunt, prop-
terea ratione incertitudinis pactum tollera-
tur, at in hac ſpecie, quod datur á ſocero, & á
genero accipitur, certum quid eſt, interque
ſumma eſt differentia.
Tertio & ex hoc argumento ratio altera
differentiæ prodit, quoniam in caſu d. ca. ſa-
lubriter. res pignori data fructifera erat, &
apta producere fructus, quia erant prædia

frugi-

frugifera, in noſtra ſpecie ſecus quoniam pe-
cunia non parit pecuniam neq. id poteſt ci-
tra labem ſimoniæ.
Quarto ſi aliqua ratione iuſtificari contra-
ctus hic poſſet, onerum cauſa, quæ matrimo-
nium ferre ſecum ſolet, id fieret eo quod nō
poſſet aliter diſpendio mariti ſubueniri, at
huic incommodo ſuccurri poteſt dando pe-
cuniam dotalem mercatori, vt ex lucri parte
onera matrimonij poſſet hoc medio ſuſtine-
re; vt in cap. per veſtras de dona. int. vir. &
vxor. Non igitur licet ſic paciſci cum pactū
vſurariam ſapiat prauitatem. His adducti
argumentis opinantur præfati interpretes
pactum nullum, & vſurarium eſſe.
Contrariam ſententiā tenuerunt alij mul-
ti numero plures, & maioris authoritatis,
quos recenſere oportet vt ex eorum dinu-
meratione aperte cōſtet magis communem
hanc eſſe ſententiam, & veriorem; quam do-
cuerunt Panor. num. 3. & Io. de Anna. in eo-
dem cap. ſalubriter Calde. Anchar. & Paul.
de Elcaze. & dixit communem Alex. conſil.
31. col. 2. lib. 6. Cor. conſ. vltimo col. 4. lib. 2.
Bal. Nouel. tractat. de dot. part. 7. 3. ſpecia
poſt principium vbi dixit ita communiter
teneri, Campe. tracta. de dot. part. 2. quæſ. 6.
col. 2. Ruin. conſ. 224. num. 14. lib. 1. Rub.
conſ. 108. num. 2. Deci. in cap. cum venerabi-
lis num. 18. de exceptio. Ioan. Baptiſt. Lup.
tracta. de vſur. commen. 1. §. 4. num. 75. vbi
ab hac opinione non eſſe recedendum dixit
Dida. varia. reſolu. lib. 3. cap. 1. num. 3. verſi.
Quarto hinc poterit: Alexan. Imol. Paul. de
Caſtr. in d. §. vſuras l. inſulam ff. ſolut. matri-
mo. qui inaduertenter à Ploto pro contraria
parte allegantur Fann. tract. de pigno. 5. par.
5. mem. nu. 16. Ruin. ſupra citatus conſ. 104.
num. 10. lib. 4. Roma. conſ. 517. nu. 4. Rimi.
ſeni. conſ. 318. lib. 2. Anchar. Rigien. quæſt.
33. num. 4. 5. & ſic practicari per Italiam to-
tam affirmat Corne. conſ. 164. littera B. C.
lib. 3. & æquam dixit Bal. conſ. 94. lib. 1.
Mando. ad Roma. in d. conſ. 517. nu. 5. Vi-
ui. inter ſuas communes opinio. 1048. Capi.
deciſ. 65. Caual. deciſ. 35. num. 21. vbi & ma-
gis communem 1. part. Ioſeph. Ludo. deciſ.
Luca. 21. num. 37. & nouiſsimè his non rela-
tis Surd. tractat. de alimen. titu. 1. quæſt. 42.
num. 23. 24. Caball. ſiue is ſit Molin. tractat.
de commer. & vſu. quæſt. 74. num. 523. ex
Theologis eandē probarunt Conrad. Adria.
Gabri. Ioan. Maior. & Alma. quos retulit
Dida. d. cap. 1. Et præter eos eidem ſe ſub-
ſcripſere ſententiæ Domi. de Sot. de ius. &
iur. lib. 6. quæſt. 1. artic. 2. Sylueſt. in ſumma
verbo vſura 3. §. 3. Azpil. cui in hac materia
conſciētiæ fides tota adhiberi poteſt, in Ma-
nu. Confeſſo. cap. 17. nu. 213. verſic. Secundū
poſſe maritum Villag. tracta. de vſur. quæſt.
22. concl. 9. Angleſi. in 4. ſententia. quæſt. de
con. mut. artic. 2. difficul. 6. concluſio. 2. Gra-
phi. in deciſio. ſuis lib. 2. cap. 106. nu. 3. Mo-
7 uentur † præfati authores authoritate tex. in
d. cap. ſalubriter, quo ſi conceditur marito
paciſci vt ei liceat rei pignoratæ fructus lu-
crari donec ſoluitur dos, id idē in hac quæſ-
tione ab idemtitate rationis licebit, cū nul-
la exacta differentiæ ratio inter vtrumq. ca-
ſum dari poſsit, quinimo eadem pro ſup-
portandis oneribus matrimonij, quæ ſic in
vno, ac in alio caſu militat vt Dida. d. cap.
poſt cæteros animaduertit.
8 Secundo † vt licet genero paciſci de fru-
ctibus pignoratæ ſibi rei percipiendis pro
oneribus matrimonij ſuſtinendis donec dos
ſoluatur dict. cap. ſalubriter. ſic licet certam
quantitatem loco intereſſe accipere & de ea
recipienda conuenire quia vſuræ ſiue intereſ-
ſe vicem fructuum ſuſtinent l. vſuræ vicem ff.
de vſur. & cedūt marito ſicut cedunt fructus
l. ſi quis pro vxore §. ſi vxor ff. de donatio.
int. vir. & vxor.
9 Tertio † intereſſe conuentum certum eſt
& debitum licet quantitas ſit incerta, idcir-
co pactum ſecundum iuris diſpoſitionem fa-
ctum cenſetur ca. cum dilecti de conſue. quo
argumento vtitur Surd. d. quæſt. num. 26. in
fine: Neq. obſtant rationes illæ contrariæ,
quibus ſic reſpondetur.
Primæ, ſententiam communem probari
ex d. cap. ſalubriter ab illius ratione cū certa
iuris regula ſit; quod vbi eadem eſt ratio &
diſpoſitio l. illud ad l. Aquil. cum ſimilibus;
10 Et † ab idemtitate rationis licita eſt exten-
ſio de vno ad alium caſum etiam in corre-
ctorijs, exorbitantibus, & odioſis maximè
vbi ratio in l. ſcripta eſt, quia hoc in caſu non
dicitur extenſio, ſed compræhenſio vt dixe-
re Bal. Alex. & Iaſſ. in auth. quas actiones de
ſacroſ. Eccleſi. atq. ideo vt dixi etiam in cor-
rectorijs, & pœnalibus licita eſt. Caſtren. Pa-
riſi. Ruin. Rolan. Curti. iuni. Crauet. Natt. &
alij multi quos refert & ſequitur Surd. de-
ciſ. 62. num. 25. 26. at ratio reperitur ſcripta
in d. cap. ſalubriter, propter onera matri-
monij ſuſtinenda, ergo ab ea ratione ad pa-
ctum de quo agimus argumentare licebit.
11 Neq. obſtat † ſecunda ratio deſumpta ab
incertitudine, quoniam, & in re pignorata
pro dote poteſt contingere certitudo, veluti
in penſionibus pecuniarijs, quæ recipiuntur
à genero de re pignorata pro dote, & tamen
fatentur omnes hoc licere in d. cap. ſalubri-
ter. Secundo reſpondetur quod licet fructus
rei pignoratæ non ſint certi omnino, tamen
coniecturaliter poteſt vtrumq. eſſe certum,
& hoc ſufficit vt dixit poſt antiquiores Di-
da. d.



da. d. cap. 1. & ex Theologis omnes infra re-
lati. Præter alios reſpondeo poſſe (quod in-
dies contingit) mutari valorem monetæ ma-
iorem in minorem, & conſequenter non re-
ctè dici poſſe taxatum intereſſe pro cente-
nario eſſe omnino certum.
Non obſtat tertia ratio quod pecunia nō
parit pecuniam, quia & poſſeſsiones multæ
reperiuntur nō fructiferæ, niſi ipſe induſtria,
& opera viri fructum darent: Sic pecunia niſi
induſtria, & opera non parit pecuniam, hanc
præſtat ſocer dum eam retinet, & cum ea lu-
cratur, vt ex illius lucro taxatum intereſſe
genero præſtet. Rurſus ſiue pecunia ſit frugi-
fera, vel non ſit hoc non conſideratur in dict.
cap. ſalubriter, ſed id ſolum an maritus ſuſti-
neat onera matrimonij. Sic notant præcitati
interpretes in d. cap. ſalubriter Dida. Azpil.
& Theologi. infra citandi. Non obſtat quar-
tum argumentum, cui reſpondetur, non eſſe
conſultum genero dando pecuniam merca-
tori, niſi cum magno ſortis periculo, ſicut cū
ſalua ſorte quidquam recipit: ſecundo (quod
ſæpius contingit) non ſemper ſoceri ad ma-
nus pecuniam pro dote promiſſam habent,
vel ſi habeant, ipſa indigent, vt præſtet his
magis quid certum quotannis dare, quam
maximam quantitatem vna vice exoluere,
atq. ita non procedit argumentatio.
12 Extenditur † primo, ſiue gener, qui in pa-
ctum deducit hoc intereſſe ſit mercator ſo-
litus negotiari aut non ſit, nihil enim refert,
cum matrimonij onera ſic ſuſtineat is, qui nō
eſt mercator, ſicut qui ſolitus eſt mercari. An-
to. de Butr. & alij quos citat & ſequitur Di-
da. vbi ſupra num. 3. & dixit communem. Io-
ſeph. Ludo. d. deciſio. nu. 40. 43. & 44. Surd.
d. quæſt. 42. num. 8.
13 Secundo † extende communem opinio-
nem, vt & poſsit maritus mercator ſolitus
negotiari in pactum hoc intereſſe deducere,
ſiue dos fuerit à patre promiſſa, ſiue ab ex-
traneo, qui dotare non tenetur l. fina. §. præ-
terea ſecundum intellectum Bart. & gloſ. ibi
C. de iur. doti. Dida. qui aliquos citat in dict.
cap. 1. nu. 3. verſ. Hinc primo apparet. Corn.
Fortun. & alij quos Surd. d. quæſt. 42. nu. 30.
Ioſeph. Ludo. d. deciſ. num. 42. Ratio ea eſt,
quoniam, & maritus ſimiliter matrimonij
onera ſuſtinet; & cum ratio d. cap. ſalubriter
ſic militet in extraneo dotāte, ſicut in patre,
& ſocero, idem ius conſtitui debet; Et licet
d. cap. ſalubriter in ſocero loquatur, id ideo
quia ſic caſus contingit, neq. alias perſonas
excluſit.
14 Declaratur † primo communis opinio vt
procedat in marito, qui ſuſtinet onera ma-
matrimonij, ſi enim non is, ſed ſocer, aut ex-
traneus ea ſupportaret, nequiret ſimile pa-
ctum inire; quod ſi faceret, foret nullum, &
vſurarium: quia cum hoc permittatur ratio-
ne onerum matrimonij d. ca. ſalubriter, ceſ-
ſante ratione text. & illius diſpoſitio cap. cū
ceſſante de appella. l. adigere §. quamuis de
iur. patro. ſicuti & deficiente onere deficit
præſtatio, quæ fit propter onus l. generaliter
15 §. 1. de ſacro. Eccleſi. Vnde † in terminis,
maritus, qui nulla ſuſtinet matrimonij one-
ra, neq. vſuras, aut alimenta petere poteſt l.
in inſulam §. vſuras ff. ſolu. matrimo. Ex quo
text. Bald. & Imol. docuerunt maritum non
poſſe dotis vſuras conſequi, qui vxorem non
alit. glo. Barto. & alij in l. ſi ab hoſtibus §. ſi
vir vxorem ff. ſolu. matri. Plot. d. §. 11. nu. 4.
Panormit. Marſi. Palat. Rube. Corne. Lara.
quos citat & ſequitur Surd. d. quæſt. 42. nu.
16 30. 31. cum ſequen. Sic † enim & lucrum do-
tis, quod ab ſtatuto defertur propter onera
matrimonij maritis conceditur iuxta gloſ.
inſignem in l. ſi donaturus verbo dumtaxat
ff. de dona. ob. cau. quam multorum authori-
tate communem dixi hoc libro quæſtio. 21.
verſicul. Neq. extremo loco oberunt: vbi &
Surd. in proxime citato loco allegaui. Ean-
17 dem † opinionem probat text. in l. pater ff.
de do. ma. me. ve. exceptio. vbi pater qui fi-
liam, & illius alit familiam, quam ipſe nup-
tui tradiderat, non tenetur ad vſuras dotis
tardius ſolutæ vbi per errorem illas promi-
ſerit; Et licet à contrario ſenſu videatur ſu-
pradictæ declarationi contrariari, quod ſci-
licet pater ſi per errorem eas non promittit
ad eas præſtandas teneatur, quod argumentū
regulariter validum eſt l. 1. §. huius cum vul-
ga. de offic. eius, tamen vt & ſenſit Surd. ſu-
18 pra num. 40. 41. † text. ille in vſuris promiſ-
ſis loquitur, quæ etſi de iure non debeantur
ſi tamen ex certa ſcientia promittantur do-
nari videntur l. cuius per errorem de reg.
iur. ſuſtulit & aliud obiectum Surd. ibi qui
videndus. probat & eandem ſentētiam text.
in d. §. vſuras d. l. in inſulam & text. in l. cum
poſt diuortium §. in domum ff. de iur. doti.
ex Theologis eandem ſententiam tenuerūt
Sot. Angl. & Villagu. in locis paulo ante ci-
tatis Graphi. d. cap. 106. num. 1.
19 Declara † ſecundo, quando poſt pactum
initum de recipiendo aliquid pro intereſſe
maritus dilationem ſoluendæ dotis dediſſet;
quoniam data dilatione in conſequentiam
videtur voluiſſe vt interim intereſſe con-
quieſceret. Nam & in ſimili vbi maritus con-
cedit dilationem dotis ſolutioni, nequit pro
eo tempore alimenta, vel intereſſe petere,
cum durante termino ſocer vel qui dotem
promiſit non dicatur in mora ſoluendi. l. le-
cta §. ſed cum ſortis de reb. credi. gloſ. in l. ſi
cum exceptione §. quatenus verbo triplici ff.
quod

20 quod me.cau.vnde † ceſſante mora vſurarũ,
vel intereſſe petito ceſſat, quæ propter mo-
ram conceditur.d.cap. ſalubriter vbi Panor.
num.3.Anton. de Butri.Annan.l.in inſulam
§.vſuras ff.ſolut.matrimo.vbi Imol. Alex. &
cæteri Deci.Socin. Ambro. Anto. de Butri.
quos citat & ſequitur Plot.tractat.de in litt.
iur.§.11.num.14.Surd.d.quæſt.42.num.52.
& præter eos Dida.d.cap.1.num.3.verſicul.
Quinto eodem qui & alios ad id refert Io-
ſeph.Ludo.d.deciſ.21.n.44. 45. Pala. Rub.
in d.cap.per veſtras 6.nota. §.8.nu.3.verſic.
Octauo infertur Surd.qui fuſè hãc compro-
bat d. quæſt.42. nu.53.54.55.56.57. Azpil.
in d.cap.17.num.213.Ex Theologis Domi.
de Sot.de iur.& iuſt.lib.6.quæſt.1.artic.2.in
reſponſione ad 2. Gabri. Medin. Conrad.
Syluest.Adrian.Caieta. S.Tho. quos refert
Villag.in dict.queſt. 22. concluſio.1. quam-
21 quam † ſecus foret vbi gener promiſſa dote
libere dilationem dediſſet ſocero, hoc ex-
preſsim pacto vt interim pendente dilatio-
ne ſibi certum intereſſe daretur, quod ſatis
probatur ex d.cap.ſalubriter, & quamquam
aliqui diſſentiant exiſtimantes id fieri non
poſſe,quales Rube.conſ.108. à num.1. Cra-
uet.conſ.189. nu.7. contraria tamen opinio
verior eſt,cum vt animaduertit Dida. ſupra
iuſtiori de cauſa habet locum perceptio fru-
ctuum, alteriusve quantitatis loco intereſſe
quando libera ex pacto facultas datur debi-
tori fruendæ dotis,quam ſi creditori licitum
foret eam quocunq. die petere,atq.in hanc
opinionem adducit Panorm.in d. cap. ſalu-
briter Imo.Roma.Caro. Molin. & Conrad.
idem cenſuerunt Sot. & Villag.in locis pro-
ximè relatis Lup.in tract.de vſur. commen.
1.§.4.nu.75.vbi citauit Bal. Nouel. Fortun.
& Cagnol. ſequitur eandem Ioſeph. Ludo.
d.deciſio.21.num.42. Alex.conſ.31.num.3.
& 4.lib. 6. & dixit magis communem idem
Alex.in d.§.vſuras, & hanc ſequitur Caual.
deciſio.35. num.21. 1.part. qui alios recen-
ſet & cõmunẽ dicit. Et quibuſdã relatis huic
adhęret Cancer.lib.3.reſol.ca.7.n.58.& 59.
22 Tertio † declaratur vt procedat in pacto
in quo intereſſe promittitur certum à lege,
ſtatuto, vel conſuetudine taxatum, ſecus vbi
illud excederet in quantitate, quoniam eſſet
pactum nullum, & vſurarium licet verè ma-
ritus ſublato pacto poſſet agere via ordina-
ria ad id,quod plus ſibi intereſt ratione dãni
emergentis,vel lucri ceſſantis ſi pecunias ad
manum habuiſſet, & foret mercator & talis
perſona, quæ ſolita erat negotiari, ſic in ter-
minis cum Deci. Rimin. ſeniore, Neguzan.
Cagnol.Crauet.Pariſi.concludit Caualca.d.
deciſio.35.num.23.Atq. ita fore intelligen-
dum Plot.Anchar.Cœphal.Alex. & Crauet.
docet ibidem num.20.Surd.d.quæſt.num.8.
23 & 9.quare † ſi nullum à lege vel ſtatuto in-
tereſſe taxatum fuiſſet, tunc liceret de inte-
reſſe certo,& probabili conuenire, licet ali-
qualiter excederet onera matrimonij, non
tamen in magna quantitate,& ita etiã ſenſit
Surd.d.quæſt.42.num.26.aperte num.77.
24 Et cũ † de marito loquuti fuerim⁹ viden-
dũ nũc de vxore,an paciſci poſsit matrimo-
nio ſoluto morte viri vbi dos nõ reſtituitur
vt vſuras dotis nõ ſolutę cõſequatur in quo
tres articuli ad propoſitũ tractatus ſtatuẽdi
sũt.Prim⁹ eſt an mulier in cõtractu matrimo
nij conuenire poſsit vt ſoluto matrimonio
morte viri nõ exoluta dote ſibi aliquid inte-
rim loco intereſſe, vel alimẽtorũ debeatur.
Secundus facta conuentione per mulierẽ
de ingrediendo poſt mortem viri propria
authoritate bona illius ſibi pro dotib⁹ hyp-
pothecata,& eadem ipſa retinendi pro ſecu-
ritate ſua, vtque interim donec dos ſoluitur
fructus percipiat & ſuos faciat,an id poſsit.
Tertius eſt, cum poſt mortem mariti pa-
ciſcitur cum illius hæredibus,vt interim do-
nec dos exoluitur ſibi loco intereſſe quid
certum detur.
25 Circa primum † articulum Iaſſ. conſil.92.
num.23.lib.1.aperte reſpondit poſſe mulie-
rem in contractu matrimonij conuenire vt
ſoluto matrimonio morte viri donec dos ſi-
bi exoluatur quid certum detur loco intereſ-
ſe; in ſuam ſententiam citauit Lauren. Ro-
dolph.in tracta.de vſur.quæſt.65. Mouentur
citati duo interpretes ex eo quod videtur in
hoc caſu deberi dos loco pœnæ,quæ tamẽ in
cõuentionibus licite exigitur.iuxta glo. Bal.
Salice. Angel. & omnes alios in l.cum alle-
gas C.de vſur.Subdit Iaſ.illic,quod licet in-
tereſſe extra rem regulariter peti non poſ-
ſit,quando tamen promiſſum eſt vtiq. Barto.
in l.ſi pœnam de verbo.obliga. & in d.l.cum
allegas. Alexan. poſt Annani. idem cenſuit
conſ.200. num.7. lib. 6. & ſuperiorem poſt
Iaſſ. & Alex. opinionẽ ſequitur Rube. ſupra
Alexan. conſ.108. ad finem expreſsim Bal.
Nouel.tracta.de dot.priui.22.Campe.tract.
de dot.3.part.queſtio.195. vbi atteſtatur de
communi opinione.
26 Adducuntur † ſecundo ratione præcipua,
quia cum maritus, & vxor ſint correlatiua,
& diſpoſitum in vno in alio diſpoſitum cen-
ſeatur,ad text.in terminis in l.fina.C.de in-
dic. vidui. tollen. vbi ſtatutum in viro idem
in vxore,& è contrario poſsit maritus in cõ-
tractu matrimonij conuenire, vt non ſoluta
dote interim aliquid detur pro intereſſe iux
ta text.in dict. cap. ſalubriter,& dicta in ſu-
perioribus;conſequenter hoc ipſum cenſetur
permiſſum in vxore.

Contraria



Contraria tamen ſententia & verior,& re-
ceptior eſt; cuius opinionis cum multa ſint
argumenta duo tantum referam præcipua:
27 Primum † quia conuentio eſt vſuraria, nullo
enim in caſu paciſci licet vt quidquam vltra
ſortem detur niſi in caſibus à iure expreſsis
qualis hic non reperitur; atque ideo illicita
omnino: Cæterum non fuiſſe à iure hunc ca-
ſum expreſſum euidenter apparet; etſi ex ali-
28 quo tex.id colligi poſſet, maximè † ex diſ-
poſitione tex.in d.cap.ſalubriter, ille autem
diuerſam habet in marito rationem quia ſu-
ſtinet onera matrimonij, hæc ceſſat ratio in
29 muliere;eo † maximè quod ſoluto matrimo-
nio deſinit eſſe dos,& priuilegia propter ma
trimonium conceſſa ceſſant; vt in terminis
docuerunt Hoſtien.Inno.Andre. Panormit.
& alij in d. cap. ſalubriter Surd. conſ. 194.
num.15.lib.3.
30 Secunda † ratio,quoniã ex poſt facto mor-
te mariti ſequuta non liceret mulieri aliquid
accipere vltra dotem etiam ab hæredibus
31 mariti ſponte offerentibus;quia † prohibi-
tus recipere nec ab vltro offerente id poteſt,
iuxta traditionem Barto. in l.inuitus §.quid
cuiq.de regu. iur. & in l.ſi quis pro eo de fi-
dei.in terminis Cæphal.conſ.133.lib.1.ideo
32 † pacti adiectio quod ex ſe illicitum eſt,lici-
tum facere non poteſt;nec quod vſura eſt vt
deſinat eſſe vſura,decidit tex.in l.rogaſti §.ſi
tibi de reb.cred.l.3.§.fina.de annu.lega.quo
33 † tex. aperte probatur non poſſe teſtatorem
ſua ordinatione efficere vt aliquid detur vl-
tra ſortem;vnde cum nec in vltima volunta-
te fieri per teſtatorem poſsit,nec per contra-
hentes,ad tex. in l.ſeruũ filij §.eum qui chi-
rographum delega. 1. l. quæ de legato cum
vulga.eod.titu.vnde Bart.in d.l.3.§. fina.de
annu. lega. docuit nequire teſtatorẽ aliquid
relinquere pro vſuris illicitis idem Barto.in
l.2.ff.de his quę pœn.nomi.relinquun.& Bar
tolum ſequuti ſunt Anchar.Alex.Rolan.Cæ-
pha.Anna.Socin.Palat.Rube.Campe.Areti.
Iaſſ.Dida.Alcia. & alij plures quos refert &
ſequitur Surd.tracta.de alimen.titu.1.quæſ.
45.num.21.22.23.vbi & nu. 25. & aliorum
authoritate idem eſſe dixit in ſtatuto,vel le-
ge municipali quę id permitteret,eſſet enim
lex iniuſta,& iniqua.
Vnde quod ſimilis conuentio vſuraria ſit,
& nullo iure ſuſtineatur tenuere Dyn. Cyn.
Bald.Anchar.Alex.Math.de Afflict.Aretin.
Angel.Neguzan.Ruin.Iaſſon.Socin.quos ci-
tat,ſequitur & communem dixit opinionem
Cæpha.d.conſ.133.nu.130.lib.1.Surd.dict.
conſ.194.num.14.idem Surd.tracta. de ali-
men.d.quæſt.45.num.17.
34 Ex his duo † illa priora tolluntur contra-
ria;primum non obſtat, non enim licet loco
pœnæ adijcere quidquam vt per indirectum
conſequatur, id quod directo conſequi non
poſſet fraudando legem,atque ideo nomine
pœnæ, vel alimentorum promiſsio facta iu-
35 dicatur vſuraria, vt † nec propria cauſa, vel
pro alendis pauperibus id poſsit tolerari.
Anchar.cõſ.150.num.5. Alex.Dida.Rolan.
Ruin.& alij plures quos recẽſet Surd.d.trac.
de alimen.quæſ.45.n.15.vbi egregie docet.
36 Secunda † non obſtat ratio,nam diſpoſitũ
in vno ex correlatiuis in alio vbi diuerſa ra-
tio militat diſpoſitum non cenſetur l. cura-
torem vbi glo.Cyn.& cęteri omnes C.de in-
ter matrimo.Iaſſ.in l.tranſigere poſt princi.
C.de tranſacti.Euerar.in Topi.lega.cap.76.
verſi. Præmiſſa tamẽ limita.Ratio diuerſita-
tis ſuperius adducta fuit, non enim ſuſtinet
vxor onera matrimonij vt maritus.
37 Rurſus † vt & aliud explodã aduerſantiũ
cauillum,neq. poſſet mulier cõuenire vt da-
rentur alimenta vel aliud vti intereſſe damni
emergentis, quoniam & ſecluſo pacto id in
caſu occurrẽti poſſet mulier petere,dum ta-
men vere intereſſe probaretur. Sic poſt re-
latos ſupra Cæphal.d.conſ.133.n.134.135.
Alex.Iaſſ.Bald.Campe.Natt. Dida.Plot.&
alij relati ab eodẽ Surd.d.conſ.194.nu.19.
& 20. idem tract. de alimen.d.quæſt.45.nu.
38 27.28.conuenire † vero ante caſum nõ licet,
quia ꝓmiſsio illicita eſt:quidquid enim pro-
mittitur vltra ſortẽ per dinumerationẽ tem-
porũ vſurariũ eſt.vt ex Alex.conſ.61.nu.11.
Afflict.deciſ.284.nu.3. & alijs multis docet
Surd.d.quæſt.45.num.15.
39 Ad ſecundũ † articulũ. Etſi poſsit in con-
tractu matrimonij mulier conuenire cũ ma-
rito vt illi⁹ morte ſoluto matrimonio poſsit
propria authoritate ingredi poſſeſsionẽ bo-
norũ mariti,& eandẽ retinere, cũ ſimile pa-
ctũ ſit in omnibus nedũ in muliere ipſa ap-
probatũ regulariter l.3.vbi Cyn.Bal.Salice.
& cæteri C. de pigno. l. penul. C.de pigno.
actio.dixi relatis multis tract.de priuata ſin-
gulorũ poteſtate,& iuriſdictione li.1.quæſt.
4.quemadmodũ, & idipſum poſſunt ſuis in
caſibus Iudex & teſtator id efficere iuxta ibi-
40 dẽ à me tradita ſequen.queſt. Et † expreſsim
in pacto à muliere inito cũ viro de ingrediẽ
do poſſeſsionẽ pro dotis ſui ſecuritate dixi
eod.trac.li.3.caſu.30.vbi ſcripſi multorũ au-
thoritate poſſe mulierẽ ſoluto matrimonio
etiã ſecluſo pacto,& cõuẽtione retinere pro
pria authoritate bona mariti ſui veluti ſibi ꝓ
dotib⁹ tacitè hypothecata,& obligata, quia
temeritas & audacia per leges cõſiderata in-
uadẽdi alteri⁹ bona ꝓpria authoritate;ceſſat
in hoc caſu,cũ pignori ſuo incũbat tũ,& quia
in vita mariti poſsidebat ſaltim iure familia
ritatis, quã poſt mortem nõ de nouo appræ-



hendere,

hendere, ſed magis continuare dicitur Bal.
in l.penul.C.de pigno.actio. Bart. in l.filio
familias ff.ſolu.matrimo. Marſil.in l.vni.nu.
218. C.de rap. virgi. Socin.conſ.158.lib.3.
Afflict.deciſ.92.num.19. ſic tamen & pro vt
declarat Gramma. voto. 136. nu.4.& voto.
114.cum latius illic á me traditis, qui vtilis
& ſingularis tractatus Deo adiuuante cito
41 ædetur: Tamen † paciſci non poteſt citra in-
curſum vſurariȩ prauitatis vt fructus ſuos fa-
ciat,nevè eos in ſortem imputare teneatur.
42 Primo quia † nullum apud Pontifices diſ-
crimen conſtituitur inter pactum, quo vſuræ
promittuntur, nec inter pactũ,quod fructus
non imputentur in ſortẽ ca.1.cą.quia fruſtra
ca.cõqueſtus de vſuris l.ſi ea lege C.de vſur.
tenetur enim qui iure pignoris retinet cõpu-
tare fructus in ſortẽ l.ſi dominũ vbi Bal.Sa-
lice.& cæteri C.de pigno. vnde Panor.in d.
43 ca.1.de vſur. nu.2. docuit † expreſsim quod
etſi creditor vti poſsit fructibus rei pigno-
ratæ; eos tamen tenetur computare in ſortẽ.
ſic etiã idem Panor.de hoc loquens pacto in
muliere vidua vbi Inno.Hoſtien.& alij in d.
ca.ſalubriter:aperte Ruin.conſ.25.n.3.li.2.
44 is reſpondit † quod etſi mulier vidua fructus
lucretur nomine alimentorũ, id non poteſt,
quia vſurariũ Cuma.conſ.19. Bertran.conſi.
241.li.4.Guid.Pap.ſing.502. Archi.Floren.
Ancharra.Lauren.de Rodol.Rub. & Negu-
zan.quos citat, & ſequitur communẽ dicens
Surd.d.conſ.194.nu.14.dixit etiã communẽ
Cæphal. d.conſ.133.nu.130. & alijs citatis
Caual.tract.de vſur.muli.relic.nu.207.idem
Surd.tract.de alimen.art.1.quæſt.45.nu.18.
nouiſsimè Alex.Soci.Deci. & Afflict.citatis
ſenſit idem Peregr.conſ.100.nu.13.ſubditq.
quod licet mulier id paciſci non poſſet, po-
teſt tamen iuſtè illud exigere ob retardatam
ſolutionem authoritate Alex.Deci. Crauet.
Rub.& aliorum.Non enim vt antea dixi cõ-
uentione fieri licitũ poteſt quod illicitũ eſt;
nec curatur quo nomine fiat pactũ ſiue pœnȩ
aut alimentorũ ratione, vt poſt cæteros ani-
maduertit Surd. d.quæſt.45.nu.15.16. quia
res non debẽt eſſe ſubiectȩ ſermoni, ſed ſer-
mo rebus.ca.intelligẽtia de verbo.ſigni.pro-
bat & Dida.lib.reſo.3.ca.1.nu.3.verſ. Sep-
timo ab eadẽ ratione:& innumeros in eandẽ
cõmunem recenſuit Rolan. conſ.45. nu.30.
lib. 2. Rebuf. in l.vni.nu.615.C.de ſen.quæ
ſine cer.quan.proferun.Cæphal.d.conſ.133.
nu.130. 131. vbi & obiectis quibuſdam reſ-
pondet. & authoritatibus aliquorũ qui con-
45 trarium affirmaſſe videntur: Cautelam † ve-
ro vt vidua fructus in ſortem imputare non
teneatur ex veterũ authoritate ſcripſit Ca-
ual.ſupra is videndus.
46 Altera ratio † cõmunis opinionis eſt,quo-
niam fructus ſemper extenuant ſortẽ ab eo,
qui illos percipit iure pignoris, & hypothe-
cæ l.1.C.de pig.actio.l.2.C.de pact.pigno.
ca.cũ contra de pigno.ca.ad noſtrã nu.1. ex.
47 de iur.iuran.ita † vt & maritus poſt mortem
vxoris id facere teneatur:cõſuluit Ruin.cõſ.
53.nu.23.lib.2.conſ.136.num.2. & 3.lib.4.
Iaſſ.conſ.92.nu.3.lib.1. Oſaſ.deciſ. Pedem.
115.n.11.Bertran.Cæphal. Natt. Bal. Alex.
Bero.quos refert & ſequitur Surd. d. conſil.
194.nu.10.vbi egregie loquitur, rationẽque
48 reddit poſt veteres, quoniam † etſi mulier
vti creditrix poſsideat non tamen poſsidet
vti domina.l.ſi ſeruus depoſit⁹ §.1. ff.de no-
xa.actio.& poſsidet nomine debitoris l.pig-
nori ff.de vſucapio.quare cũ non debitor ve-
re ſed creditor poſsideat ad eum fructus iu-
49 re dominij pertinent: quia † ex poſſeſsione
debentur Bart.vbi cæteri ſcripſerunt in l.3.
§.ex contrario ff.de acquir. poſſeſsio. Natt.
conſ.535.nu.5. Bero.conſ.210.nu.19.lib.3.
50 Tertia † ſuperiorib⁹ ratio adiungi poteſt,
quoniã nullo vmquã iure deciſum reperitur
vt debitor ſuũ debeat alere creditorẽ, aut ei
quidquã dare donec ſoluit debitũ;etſi enim
bona ſint ꝑ dotib⁹ obligata atq. etiã acceſſo
rijs ad ipſam dotem,& conſequenter fructus
in conſequentiã venire videantur, tamen id
de acceſſorijs legitimis nõ de illicitis intel-
ligendũ eſt;porro licet hȩredes non ſoluant,
cum tamen poſsit vidua iudicialiter petere,
ſi id non facit ſibi imputare debet non alijs.
Ideo quidquid percipit ex fructibus tenetur
imputare, iuxta tradita ab omnibus in d. ca.
ſalubriter,& ex noſtris Barto.& cæteri quot
quot ſunt in d.l.in inſulam §. vſuras ff.ſolut.
matrimo.Panor.Anchar. Caſtren.Alex.Cu-
man.Lau.de Rodol.Roman.Ange.Rube.Pa
riſi. Ioan. Baptiſt. & alij quos refert & pro-
bat Surd.d.quæſ.45. num.13.
51 Extenditur † cõmunis opinio vt procedat
etiã vbi maritus mulieris,ſuo teſtamento le-
garet vxori certũ quid loco intereſſe donec
ſibi dos ab illius hæredibus ſolueretur, qui
caſus quotidianus eſt nec frequenter admo-
dum tractatus: Quare in hac ſpecie videtur
52 relictum illicitum,& vſurarium: Etſi † enim
niſi in mutuo vſura cõſiderari non poſsit,vir-
tualiter tamen vt aiunt Theologi vſura co-
mittitur,nã breui manu dos data mulieri vi-
detur,& á muliere hæredi, cõſequenter mu-
tuata;vt fere in his terminis decidit text. in
l.3.§.ſciendum & in l. mulier ff. de donatio.
53 int.vir.& vxor. Ita † fit vt teſtator quemad-
modum ſuperius dixi nequeat efficere vt in-
terim donec legatũ ſoluitur per hȩredẽ lega
tario teneatur hȩres certũ quid dare loco in-
tereſſe l.3.§.fin.vbi Bart. ff.de annu.lega.cũ
ſit vſura vbicũq. quãtitas ſolui debet per di-
nume-



numerationem temporum pro retardata ſo-
lutione capitalis, etſi id foret ſub nomine
pœnȩ vt & ſuperius animaduerti,& poſt Bar-
tol.in d.l.3.§.fina. de annu. lega. idem do-
cuerunt alij omnes quales Bal.in l.cum alle-
gas C.de vſur. Anchar. conſil. 93. num.3. is
inibi expreſsim reſpondit non poſſe teſta-
torem mandare hæredi, quod ſoluat vxori
quidquam annuũ donec integras dotes exol-
uerit,& in eiſdẽ terminis de vxore,cui certa
quantitas fuit legata conſuluit Socin.conſil.
56.viſo teſtamento lib.3. nu.2.3. & ſequen.
credens ſimiliter vſurarium legatum Alex.
conſil.74.num.6.lib.6. Lancel. Deci. in d.l.
3.§.fina.vbi ſcripſit ſic fuiſſe Papiȩ iudicatũ;
Et in teſtatore hæredi præcipiente vt quid
annuum det donec legatum ſoluat legata-
rio, ſubſcripſerunt huic opinioni innumeri,
qualeș Aretin.Barbati.Socin.Iaſſon. Purpu-
ra.Crot.Rebuf.Bertran.Crauet.Palat.Rub.
Rolan.Cagno.Alciat.quos refert & ſequitur
Surd.dict. quæſt. 45. num.21.22.23.24. vbi
& communem dixit.Eandem dixit commu-
nem idem Surd.conſ.23. nu.3. in fine lib.1.
Rolan. qui fusẽ diſerit conſ.55.nu.21.lib.2.
54 Contrariam † opinionem quod imo poſ-
ſit teſtator hȩredi iubere vt quid certum det
donec integre legatario legatum exoluerit,
tenuit nouiſsimè Surd.conſ.23.á num.1.per
totum lib. 1. exiſtimat citra vſuræ labẽ poſ-
ſe teſtatorem hæredi præcipere, vt certum
quid ſoluat donec integrum legatum lega-
55 tario exoluerit;quam † opinionem tunc ma-
ximè procedere exiſtimat; cum non eſt in
facultate legatarij petere legatum principa-
le,quod tunc contingit quando certum ter-
minum præſtituit hæredi intra quem ſoluat,
ita quod non eſt in poteſtate legatarij pete-
re legatum interim, cui nulla poteſt culpa
imputari ſi illud non petit: Hæc opinio fuit
Socin.in l.3. num.7.de his, quæ pœn.nomi.
relinqun.vbi ſcripſit ſe pro legatario aduer-
ſus hæredem conſuluiſſe,& ſuo conſilio ſub-
ſcripſiſſe Cacialup.addit hanc ipſam opinio-
nem dici Florentiȩ agitatam, & controuer-
ſam poſt Romæ canonizatam fuiſſe, & pro
ea iudicatum. idem repetit idem Socin. in
56 conſ.41.lib.4. Eandem † ſequitur Rip. in l.
nemo poteſt num.23. delega.1. ex doctrina
Bal.in l.1.verſicul. Tertio quȩritur C.de his
quȩ pœnæ nomine relinq. vbi docuit valere
legatum á teſtatore factum vbi relinquit de-
cem ſingulis menſibus;ſequitur Cagno. in l.
curabit num.14.C.de actio.emp. Et nullam
continere dubitationem caſum hunc quan-
do non eſt in poteſtate legatarij petere le-
gatũ ſcripſit Caballi.tract.de vſur. quȩſt.73.
nu.483. qui antea tractatus erat Carol. Mo-
lin.poſt correctus & emendatus prodijt no-
mine Caballi.is in d.nu.483.verſi.Et hic eſt
ſecundus caſus, ait hanc facti ſpeciẽ nullam
cõtinere dubitationẽ qui ibi á nu.481.verſi.
Septuageſimo tertio quæro, hunc articulum
ſubtiliter latè & eruditè explicauit, docens
indiſtinctè in omni caſu ſiue ſit in poteſtate
legatarij ſiue non exigendi legatũ relictũ do-
57 nec ſoluatur,citra vſurã exigi & peti poſſe: †
Alciat.vero.lib.paradaxo.5.cap.fina.nouam
prodit ſententiam exiſtimans,quod aut teſ-
tator expreſsit illud annuũ ſoluendum pro
vſuris & tunc ſit vſura, quaſi nõ poſsit id ad-
uerſus iuris interdictũ diſponere;aut vero id
non expreſsit & tunc nõ ſit vſura ſed valeat
diſpoſitio,ſic intelligens tex.in d.l. 3.§.fina.
de Ann.legat.cuius tamen Caro. Molin.im-
probat diſtinctionem d. loco nu.484.de cu-
ius veritate quoniã extra inſtitutum noſtrum
non diſputo. Tamẽ ad propoſitũ in Surdi &
aliorũ ſententia quam cõcẽdo libenter, nul-
la mihi in hac ſpecie vſura admitti videtur,
quando teſtator iuſsit hæredi quidquã annuũ
vxori dare donec dotẽ ſoluat: Ex multis quæ
poſt Moline. & nunc ſupra citatos authores
adducit argumẽtis Surd.d.conſ.á nu.3.verſ.
Quibus non obſtantibus: nã cum legatum ſit
58 donatio §.1.inſtit. de legat.& † vſuram non
committat qui liberali animo oblatum reci-
pit cap.ſicut Epiſcopum 1.quæſt.2.quinimo
nec vſura iudicatur etſi in mutuo loquere-
mur (in quo tamen diuerſa ratio eſt vt mox
59 dicã)quoniã † licet recipere ſponte & libe-
rali animo donatũ ratione mutui,etſi inten-
tione ſecundaria quod fortius eſt quiſquam
mutuet alteri vt inde aliquid recipiat, dum
principali intẽtione id faciat vt proximo in-
digẽti ſubueniat, iuxta cõmunẽ canoniſtarũ
& Theologorũ de qua Dida. d.cap. nu.2. &
in regula peccatum 2.par. regul.1. ad finem
Domi. de Sot. Turrecrem. S.Thom.Adria.
Caietan.Medin.Azpilcue. Sylueſt. Conrad.
& alij plures quos citat & ſequitur Villa-
gut.in tract. de vſur.quȩſt.17.n.6. ad mediũ
in prima concluſione: vnde cũ in hac ſpecie
vidua ex legato mariti ſponte facto liberali-
ter recipiat, & ſimus extra cauſam mutui cõ-
ſequenter nulla poteſt vſura conſiderari.
60 Accedat † ſecũdo q̃ vidua legatũ recipit
nõ á legatario ſed á teſtatore, qui onus hoc
hȩredi impoſuit vt rectè animaduertit Surd.
61 d.conſ.23.nu.4.ex tex.in † l.profectitia §. ſi
quis certã ff.de iur.doti. vbi ſi quid donatur
patri vt det filio nõ cẽſetur acquiſitũ á patre
quoad effectũ vt reputetur profectitiũ, & in
l. vnũ ex familia §. ſi de falcidia & §.ſi duos
cũ glo.in verbo hæreditario delega.2.quorũ
iuriũ authoritate Surd.ibi poſt Caſtren.cõſ.
442.num.2.reſpondit, inſtitutum hæredem
ab eo qui tenebatur ſibi relinquere nõ videri

ea bona habere ab inſtituente ſed à primo
62 qui hæredẽ grauauit, quia † à primordio ti-
tuli poſterior formatur euentus l.1. de imp.
lucra.deſcrip.lib.10.Cod.cum alijs in orna-
tum adductis per eundem Surd. conſ. 255.
num.11.12.& conſ.112.ad finem.
63 Rurſus † cum poſsit teſtator de rebus ſuis
libere diſponere vel in vita aut in morte etiã
abutendo l. ſed etſi lege §. conſuluit de pe-
titi. hæredi. & libera quoq. ſit vnicuiq. re-
rum ſuarum adminiſtratio l. ne vſque adeo
ff. ſi quis à paren. fue. manumiſ. maximè in
teſtamentis & vltimis voluntatibus, ex ver-
bis legis 12.tabularum, quibus ampliſsima
teſtandi & legandi facultas datur: vti quisq.
legaſſet ita (inquit) ius eſto l.verbis legis de
verbo.ſignifi.l.1.C.de ſanc. Eccleſi. poſsitq.
maritus vniuerſam ſubſtantiam ſuam vxori
relinquere dempta legitima filijs debita ſi
filios haberet, quid mirum ſi poſsit quid an-
nuum legare vxori donec dotes ſoluantur,
cum & hæres ſi nolit hæreditatem repudiare
id valeat.
64 Tertio † vſura diffinitur à Panor. in rub.
de vſur. quod vſura eſt lucrum mutui ex pa-
cto debitũ vel exactum, & licet poſt & ante
eum cæteri aliter diffiniant, omnes tamen
in diffinitione conueniunt vt vſura nõ aliter
quam ex pacto contrahatur & in mutuo, vel
vbi mutuum virtualiter poteſt conſiderari.
Panormit.vbi ſupra Hoſtien. in ſumma titu.
de vſur. §. quid ſit vſura Innocen.& alij in d.
rub.de vſur.Azo.in ſumma eo.tit. ex Theo-
logis Medi. in Codice de reb. per vſur. ac-
quiſi.quæſt.1.Azpilcue. in commen.de vſur.
num. 6. Domi. de Sot. de iuſt. & iur. lib.6.
quæſt. 1. articul. 1. Ioan.Baptiſt. Geminia.
tractat.de vſur.§.1. num. 14. S.Thom.2. 2.
quæſt.78.articul.1.Didac.dict.cap.num.2.vt
modo alios prætercam innumeros id ipſum
docentes; debet igitur adeſſe pactum & in-
ter duos, cum quid ab vno datur, & ab alte-
65 ro recipitur; Cæterum in † legato annuo nõ
adeſt pactum vllum, nec quidquam datur ab
hærede, vel percipitur ab vxore legataria,
nam id voluntas ſolius teſtatoris perficit; cui
ſic legare placuit; nam in vltimis voluntati-
bus voluntas teſtatoris totum facit, vt ait
Vlpian.in l.ex facto proponebatur, verſicu.
Rerum autem Italiarum de hęred.inſtit.cum
alijs ad hoc inſtitutum cumulatis per Math.
de Math.tracta.de num.teſti. cap.3.à nu.36.
37.cum ſequen.
Quarto cum vt dixi legatum à marito fa-
ctum ex mœra liberalitate procedat, vt vxo-
ri legauit quid annuum maritus donec dotes
exoluantur, ſic potuit integras omnes ſum-
mas annuales conſeruare multorum annorũ,
& eidem vxori legare; vnde ex his & alijs
multis à Carol.Molin.& Surd.adductis, quæ
apud eos videri poſſunt ne ipſa tranſcribere
iterum videar, exiſtimo legatum valere vt
non immerito dixerit Barto.Socin.ſupra ſic
fuiſſe Romæ iudicatum.
Neq. obſtant duo præcipua fundamenta,
quibus communis opinio innititur; primum
ſcilicet videri breui manu quantitatem lega-
tam, à legatario in hæredem tranſiſſe; quoniã
legatarius non annuum recipit legatum ab
hęrede ſed à teſtatore, qui huiuſmodi onus
hæredi impoſuit, vt rectè animaduertit
Surd.d.conſ.nu.4.ad medium, & conſtat id
verum eſſe, ex ſuperius adductis.
66 Non & † ſecundum ex d.l.3.§.fina.de an-
nu.lega.qui tex.hanc immiſsit confuſionem
in hac quæſtione: nam præter ſolutionẽ Mo-
67 lin.in d.quæſtio.licet † huic textui Surd.non
ſatisfaciat, reſpondetur efficaciter nihil om-
nino ad inſtitutũ facere, quoniã loquitur in
teſtatore legante vſuras, ideſt quid annuum
ſub nomine vſurarum: in quo tex. quæſitum
an valeret legatum; dubitationem faciebat
quod nequeat teſtator quidquam aduerſus
iuris diſpoſitionem ſtatuere, vel relinquere
l.nemo poteſt delega.3.cum ſimil.vnde cum
vſuræ reprobatę eſſent de iure ciuili, quę ex-
cederent legitimam, & præſcriptam à legib'
quantitatem, conſequenter nec legatum va-
lere videbatur. Decidit IurisConſultus va-
lere legatum dum vſuræ iuſtæ ſint, inde eli-
citur, quod ſi quid annuũ legaſſet nullo vſu-
rarum nomine adiecto valuiſſet omnino etſi
exceciſſet legitimum modum vſurarum, ſed
quia vſuras memorauit teſtator improbatas,
mediam eligẽs textus ille viam voluit vt re-
probæ nõ debeantur, iuſtæ vtiq. cum debeat
voluntas teſtantium inquantum poſsit ſuſti-
neri & conſeruari; & hic eſt verus, & genti-
nus illius §. ſenſus, quem præſenſit Alciat. d.
cap.& malè per Molin. improbatur; in caſu
noſtro nihil ſub nomine vſurarum relictum,
ſed legatum interim quid annuũ donec do-
68 tes exoluantur. Præterea † cum ſit in facul-
tate hæredis ſoluere illico, & ſe ab annua
præſtatione exonerare videtur legatum al-
ternatiuum, & cum non poſsit vtrumq.peti,
cõſequẽter valet, vt in terminis dixit Bal. in
l.1.verſi. Tertio quæritur C.de his quæ pœ.
nomi.relinq.vbi ſcripſit valere legatum nec
vſurarium fore, cum teſtator relinquit mille,
vel decem ſingulis menſibus, quem referũt,
& ſequuntur Molin.& Surd.ſupra Dida.dict.
cap.1.in extremis verbis.
69 Ad tertium † articulum ſit illius hæc con-
cluſio, poſſe viduam paciſci cum hęredi-
bus mariti occaſione dilatę ſolutionis ab ea,
vt interim ſibi aliquid annuũ exoluatur pro
alimentis, dum id fiat in caſibus, in quibus
poteſt



poteſt vidua poſt annum conſequi intereſſe
dotis non ſolutæ, quos refert Surd. dict.tra-
ctat.de alimen.artic.1.quæſtio.45.à num.1.
his igitur in caſibus valet conuentio nec vſu-
70 raria iudicabitur, quoniam † deducitur in
pactum id, quod de iure communi debetur,
ſic Panormita.in dict.cap.ſalubriter num.6.
Socin. conſil.176, num.4. lib.2. Dida.dict.
cap.1.num.4.vbi Cardin.Bal.Caſtren. Pala.
Rube.& Crauet.citat, pro vt verè id reſpon-
dit Crauet.conſil.189.num.7.Felin.Gozad.
Anton. Sylueſt. Tabien. quos refert, & ſe-
quitur Ioan. Baptiſt. Lup. tractat. de vſur.
commen.1.§.4.num.91. Surd. dict. quæſtio.
45. num.74.75. & 76. idem ſcribit magnus
conſcientiæ caſuum magiſter Azpilcue. in
Manua.Confeſſo.cap.17.num.213. Sylueſt.
in verbo vſura 3.§.6.Angleſi.ſupra 4.ſenten.
quæſt.de cont.mut.arti.2. difficul.6. conclu.
1.& 2.Villag.tract.de vſur.quęſt.22.conclu.
12.Graph.deciſio.ſuis lib.2.ca.106.num.4.
71 Atque etiam † procedit ſuperior traditio
vbicunque ſtatutum, vel conſuetudo aliquid
certum taxaret vxori pro alimentis interim
dum dotes exoluuntur: valeret enim pactũ,
quo idem deducitur in conuentionem, quod
à lege municipali, vel conſuetudine taxatur:
nam & ſtatutum huiuſmodi validum eſt ſiue
talis conſuetudo. Bald. in l. fin. §. præterea
num.5.C.de iur.domi.impetran.Cardi.An-
na.Imol.& alij quos recenſet Dida. dict.ca.
1.num. 4. verſicul. Octauo hinc colligitur.
Alexan.conſil.63.col.2.lib.3.conſi.31.num.
7.lib.4. Cœpol.conſil.ciuili 15.Ruin.conſil.
224.num.14.lib.1. Molin. de vſur. d.quæſt.
num.527.Corne.conſil.fina.lib.2. Alios re-
fert Surd.dict.quæſt.42.num.25. Cagnol.in
l.curabit num.16.de actio.emp. Pala.Rube.
in d.cap.per veſtras §. 24. num.3.de dona-
tio.inter vir.& vxor.Crauet.conſ.189.num.
5.li.1.Anguizol.Cæphal.Cœpol. Ruin.quos
refert & ſequitur Caualca.deciſio.35.nu.27.
1.part. Graphi. deciſio. ſuis lib.2.cap.106.
num.4. Azpilcue.in commen.de vſu.nu.68.
Specu.Bald.Alexan.Socin.Felin. Deci. Ne-
guzan. & multi, quorum communem refert
Menoch.tract.de retinen. poſſeſsio.reme.3.
num.179.
72 Contrariam † ſententiam quod non ſta-
tuto, vel conſuetudine induci poſsit vt quid
annuum detur, tenuerunt Angel. in l.diuor-
73 tio.ff.ſolu. matri. quoniam † non poteſt lex
ciuilis vſuras inducere, cum in materia pec-
cati qualis hęc ſtandũ ſit iuri canonico: Rur-
ſus cum nec marito vſuræ debeantur ſoluto
iam matrimonio, quia nõ ſuſtinet onera ma-
trimonij vt in ſuperioribus dixi, nec deberi
debent viduæ ſoluto matrimonio; atq. ideo
hanc opinionem quod tale ſtatutum, vel cõ-
ſuetudo non valeat tenuerunt Iaco.Butrica.
Socin.Iaſſ.& alij quos memorat Surd. & ſe-
quitur d.quęſt.45.num.25.ad medium quam
communem dixit Ioan.de Lign. Panorm. &
Imol.cum alijs quibuſdam relatis à Dida.d.
cap.1.nu.3.verſi. Septimo ab eadẽ ratione.
74 Conciliantur † autem à Dida.ſuperiori in
loco contrariæ huiuſmodi opiniones poſt
alios eo antiquiores idem affirmantes, vbi
ſtatutum, vel conſuetudo quid annuum tri-
buit mulieri viduæ, quod ad iuſtam quanti-
tatem intereſſe ipſi poſſet adiudicari, veluti
ad rationem quinq. vel vltra pro centenario
dotis mulieris iuxta morẽ regionis; alioquin
ſi integros fructus, aut aliud quippiã, quod in
maxima excederet quantitate dotium red-
ditus minimè, iniuſtum enim eſſet ſtatutum,
& omnino iniquum; quã etiam conciliatio-
nem admittit idem Surd.poſt Caro.Molin.
d.quæſt.45.num.77.in finalibus verbis. Atq.
eandem ipſam conciliationem admittit in
ſimili, & pulchro caſu Menoch. tracta.de re-
tin.poſſeſsio.remed.3.nu.179.vſq. ad num.
75 184.vnde † certè non video quomodo con-
ſtitutio noſtra Regia, qua fructus integri ad-
iudicantur mulieri poſt mortem viri omniũ
bonorum, quos nedum retinet ſed & ſuos fa-
cit, defendi aliqua ratione poſsit, nulla habi-
ta diſtinctione an fructus æquiualeant reddi-
tib', vel intereſſe iuſtis, quæ dos parere poſ-
76 ſet; Et † quod deterius eſt nedũ fructus ſuos
facit, ſed neq. in ſortem imputare tenetur,
quo vt præcipuos retinet, etſi fructus ingen-
77 tes forent, & dos exigua; id enim † aduerſa-
tur iuri diuino, canonico, & humano, nam
neq. ad pias cauſas, neq. ad vſus pauperum,
aut alio quouis titulo permitti id poteſt.
quemadmodum latè ex communi reſoluit
poſt veteres Dida. vbi ſupra Surd. d. quæſt.
45.num.14. & 25. & 76. 77. Menoch. d.re-
med.num.182. idem Surd.conſ.194.nu.13.
lib.2.vbi latius.
78 Ex his † quæ modo, & ſuperius etiã dixi,
reſpõdi paucis ab hinc diebus nõ fore iuſtã
conuentionem in contractu matrimonij ini-
tã inter ſocerum, & generũ, qua conuentum
fuit vt gener certã pecunię quantitatẽ, quam
habebat teneretur in domũ ſoceri deferre,
& in refectione, & prædiorũ cultura expen-
dere, adiecta conditione quod ſoluto matri-
monio morte vxoris teneretur ſocer vel vxo-
ris hæredes pecuniã reſtituere illico, ſin mi-
nus interim ſibi certũ quid annuatim pro in-
tereſſe ſolueretur; cũ enim ceſſent onera ma-
trimonij morte vxoris conſequenter vſuræ
vel intereſſe; Etſi id interdictum eſt in vxore
ſoluto matrimonio morte viri ex commu-
ni, de qua ſuperius in primo articulo, mul-
to magis in viro prohibitum cenſebitur:

V. etiam Frãc. Tireux ad cõſtitut. Hac noſtra. 3. tempor. Inducat. 1. n°.18.

 quo-

quoniam viro debentur vſuræ, vel intereſſe
ob cauſam extrinſecam ideſt propter onera
matrimonij, vxori autem debentur ob cau-
ſam intrinſecam, quia eſt domina dotis &
ea frui debet l. vbi adhuc C.de iur. doti. vt
hæc & alia ad inſtitutum animaduertit Surd.
dict.quæſtio.45.num.7.& 8.& ſic fuit in hoc
Senatu iudicatum. Peguera deciſione. 129.
à num.1.Et in ſimili idem ſenſit Cancer.lib.
3.reſolu.cap.7.num.43.44.quod tamen in-
telligendum eſt vt intereſſe nequeat pete-
79 re in vim pacti, poſſet † autem maritus ma-
ximè ſi ſolitus foret negotiari propter mo-
ram admiſſam conſequi intereſſe, dum de eo
vere conſtaret ad ea, quæ Dida. dict.ca.poſt
Panormita. & antiquiores, fusè Surd. dict.
quæſt.45.num.27.28.Et idem vbi fuiſſet de-
ductum intereſſe in pacto, quod veriſimili-
ter iuſtum pertingeret damnum, nam & eo
caſu valeret conuentio Surd.vbi id generale
eſſe nedum in marito, ſed in omnibus dixit
d.quæſt.45. num.76.

80 Cæterum † in his caſibus, in quibus con-
uentiones huiuſmodi non valere dixi, ad-
dendum nunc, hec in vim iuramenti vbi iu-
ratæ forent poſſe ſuſtineri: quoniam vſurariȩ
ſunt, & iniuſtæ: & licet qui iurauit vſuras
exoluere Deo iuramentum reddere cogatur
cap.debitores de iur.iuran.vbi Panormit.&
cæteri omnes ex eo tex.docuerunt; dict.de-
ciſio.129.num.3.atq. ideo niſi prius ſoluat,
vel abſolutionem à iuramento conſequatur
contractum illicitum dicere non poſsit. d.
cap. debitores, parito tamen iuramento, &
agere, & repetere poterit eod.tex.

81 Quinimo † licet prædictis in conuentio-
nibus dictum tantum fuiſſet vt mulier, vel
vidua mortuo marito fructus in ſortem im-
putare non teneatur atque pactum iuratum
foret, & conſequenter ratione iuramenti
agens ad compenſationem, vel imputatio-
nem audiri nequeat, quia iuramentum obli-
gat precise, & ideo compenſationem vel im-
putationem impedit.ca.ad noſtram vbi glo.
& Panormit.num.2.ex.de iur.iuran. & rela-
tis multis Oſaſc.deciſione Pedemon.92.nu.
26. & 33. vbi communem dixit Neguzan.
Rolan.Natt.& alij quos refert Surd.d.conſ.
194.num.8.& 9.ad finem.

82 Tamen † intelligenda communis opinio
eſt, vbi alias contractus illicitus non eſt vel
vſurarius, eo enim in caſu petita abſolutio-
ne cum iuramentum non validet cõtractum
reprobum, & imputatio & compenſatio
obijci poterit, vt in citatis locis interpretes
docent: maximè Surd. d.conſ.num.23.

83 Præterea † cum iuramentum in hoc &
huic ſimilibus caſibus non firmet contrac-
tum, ſed tantum obliget iurantem ad ob-
ſeruantiam iuramenti, mortuo principali
hæres libere contrauenire poterit etiã abſq.
abſolutione: quoniam iuramentum quoad
illius obſeruantiam ad hæredes non tranſit,
quemadmodum authoritate Barto. Bald.
Fabri. Panormita. Angel. Caſtren. Iaſſon.
Imol. Calde. Ruin. Alexan. Socin. Decij.
Alban.Gabriel.& aliorum, quorum pulchra
ad hoc inſtitutum dicta coaceruauit Surd. d.
conſ. à num.23.cum ſequen.idem Surd. de-
ciſio.159.num.11.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio contractum inter generum, & ſocerum, quo ſocer alimenta filiæ, & genero dare promiſit, vbi tempus appoſitum non fuit an de perpetuis alimentis promiſſio intelligatur.*
2 *Promiſſio indiffinita ad annos 15. reſtringitur.*
3 *Grammaticus ſibi ipſi contrarius.*
4 *Habitationis legatum perpetuum eſt.*
5 *Legatum alimentorum durante vita legatarij debetur.*
6 *Alimenta ſimpliciter relicta, ad vitam debentur illius, cui relicta ſunt.*
7 *Alimentorum fauore alimenta tota vita legatarij debentur.*
8 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali.*
9 *Alimentorũ fauore ſtatutum vt perpetua ſint, etiam in his caſibus, in quibus indefinita nõ æquipollet vniuerſali.*

## QVÆSTIO XXXX.

*PACTVM IN CONTRACTV matrimonij inter generum & ſocerum, quo ſocer genero & filiæ alimenta dare promiſit; ſi tempus expreſſum non ſit? An de perpetuis alimentis intelligatur.*

1 NON † ſemel accidit ſocerũ ge-
nero & filiæ in contractu matri-
monij promittere alimenta &
habitationem aut vnum ex his,
neq. de tempore ſit mentio ali-
qua; dubitari cõtingit an promiſsio hæc per-
2 petua ſit nec ne: Nam † videtur promiſsionẽ
ſolũ ad annos quindecim reſtringẽdã eſſe ex
l.ſi quis argentũ §.ſin autẽ donator C.de do-
natio. Quo loci Iuſtinianus iuxta glo.intelle-
ctũ ibi alimẽtorũ indiſſinite promiſſorũ æſ-
timationem ad annos quindecim reſtringit:
Atq.ita in terminis noſtræ quæſtionis in ſo-
ceri loquẽs ꝑmiſsione videtur ſentire Grã-
ma.deciſ.102. nu.12.13. qui & ad id citauit
Afflict. deciſ.24.& affirmat ꝙ hoc cõmuni-
ter tenent doctores in dict.§.ſin autem; & in
eandem ipſam reincedit Lara. in l. ſi quis à
liberis §. non tantum num.62.ff.de libe. ag-
noſ. reducens ibi doctrinam Gramma. ad
terminos computationis l. hæreditatum ff.
ad l.falcidi.



3 Cæterum † idem Gramma. ſibi ipſi con-
trarius in eiſdem terminis deciſio.101.num.
56. aliter docet, promiſsionem ſcilicet ali-
mentorum à ſocero factam eſſe perpetuam
iudicandam ad vitam ſcilicet eorum, quibus
promittuntur, argumentando de vltimis vo-
luntatibus ad contractus & è contra l. pa-
ctum inter hæredem ff.de pact. l. ſeruum fi-
lij §. eum qui chirographum delega.1. Eue-
4 rar.loco 17. à num.10.cum ſequent. In † vl-
tima autem voluntate conſtat legatum ha-
bitationis fore perpetuum l. ſi habitatio §.
vtrum ff.de vſu.& habita. vbi gloſ. docet &
5 alij: Rurſus † idem in legato alimentorum,
quod ita interpretandum eſt vt intelligatur
durante vita legatarij, l. cum hi. §. modus,
in verbis conſtat enim alimenta cum vita
finiri, de tranſactio. l. firmio ad finem ff.
quan. dies lega. ced. confert text. in l. cum
quidam & in l. annua in fine in verbis, Non
eſt veriſsimile teſtatorem de vno anno ſen-
ſiſſe ſed perpetuo deberi ff. de annu. lega.
quæ iura citauit idem Gram. dict. deciſio.
101. num. 56. Vnde cum ſic reperiatur de-
ciſum in vltimis voluntatibus, idem in con-
6 tractibus iudicandum erit. Præterea † ali-
menta ſimpliciter relicta ad vitam debentur
eius ſcilicet cui relinquuntur l.1.l.caro ff. de
alimen.& ciba.lega.

Hanc ipſam ſententiam docuit glo.in l.1.
C.delega. quem inibi cȩteri ſequũtur, & ex-
7 tremo Iaſſ.nu.9. dicentes † ſpeciale eſſe fa-
uore alimentorum, vt ſimpliciter relictis ali-
mentis, relicta ad vitam cenſeantur. Sed &
Corne.eandem opinionem tuetur conſ.311.
8 lib.1.ad finem; nam † inquit, indefinita ȩqui-
pollet vniuerſali l. ſi pluribus delega.1.cap.
quia circa cũ vulga. de priui.nedũ in vltimis
voluntatibus, ſed & in cõtractibus glo.in ca.
vt circa de electio.in 6. fusè Tiraq. qui mul-
tos de more recenſet in tract.de retract.§.1.
9 glo.13.n.1.cũ ſequen. His † addo quod mul-
to magis regula hæc vindicat quando de fa-
uore alimẽtorũ agitur, etiã in caſibus in qui-
bus non ſolet æquipollere ex doctrina Bart.
in l.quidã hæredẽ nu.1. ff.de tri. vin. oleoq.
lega. Propter hanc rationẽ & Surd.tracta.de
alimen.tit.5.quæſt.1.nu.12.13.14.hãc ean-
dem ſequitur opinionem quam communem
dixit & Pechi. tractat. de teſt. coniug.lib.5.
cap.25.num.4.ad medium vbi & Panormit.
citat conſ.78.lib.1.vnde ab hac extrema re-
cedendum non eſt.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio contractum inter ſocerum, & generum ne is vxorem ſuam alere teneatur, an validum ſit nec ne.*
2 *Maritus conuenire poteſt cum vxore vel ſocero ne ad alimenta teneatur, quamdiu dos ſibi non ſoluitur.*
3 *Maritus non tenetur alere vxorem quamdiu ſibi dos non ſoluitur.*
4 *Pactum inter virum & vxorem valet, vt fructus dotis dotem augeant, & interim mulier ſeipſam alere teneatur.*
5 *Donatio reciproca inter virum & vxorem valida.*
6 *Maritus cum vxore conuenire poteſt vt fructus dotis percipiat & ſeipſam alat.*
7 *Alimentorum onus dotem ſequitur.*
8 *Pactum inter virum & vxorem vt vxor ſe ipſam alat licet maritus dotis fructus percipiat, ex opinione Nouelli validum.*
9 *Pactum contra ſubſtantiam contractus dotalis nullum.*
10 *Onera obſequialia maritus vxori præſtat.*
11 *Pacta inter virum & vxorem ne vnus alteri onera obſequialia præſtare teneatur, nulla.*
12 *Pactum inter virum & vxorem quod vir dotem habeat ſed fructus non lucretur, teneaturque ad onera matrimonij, inualidum eſt.*
13 *Bal.Nouel.opinio reprobatur.*
14 *Matrimonium ſocietas dicitur diuinæ & humanæ domus.*
15 *Societas nulla eſt in qua vnus lucrum, damnum vero ſentire non vult.*
16 *Pactum delinquendi occaſionem tribuens nullum eſt.*
17 *Vxor maiora marito obſequia præſtare tenetur, quam vir vxori.*
18 *Surd. opinio noua.*
19 *Pacta ſeruanda.*
20 *Pacto & conuentione veniunt multa quæ alioquin ex natura contractus non venirent.*
21 *Pentio in contractu locationis ob vim maiorẽ remittitur.*
22 *Euictio debetur ſecundum naturam contractus venditionis.*
23 *Conuentio omnis aduerſus naturam contractus valida.*
24 *Matrimonialis contractus ſubſtantia non eſt, quod maritus vxori alimenta miniſtret.*
25 *Pacta in continenti appoſita pars contractus cenſentur.*
26 *Maritus vxorem indotatam alere tenetur.*
27 *Vxor indotata conuenire cum marito poteſt vt ſeipſam alat.*
28 *Alendi neceſſitas quæ marito incumbit circa vxorem ſuam, eſt de iure poſitiuo.*

29 *Pactum mariti quod mulier ſe ipſam alere teneatur, ſi tamẽ aliũde nõ habeat, nullũ eſt.*
30 *Pacta aduerſus leges nulla.*
31 *Dictio negatiua præpoſita verbo poteſt, tollit omnem potentiam.*
32 *Pacta dotalia in detrimentum mulierũ nulla.*
33 *Maritus tacita quadam ratione vxorem alere tenetur.*
34 *Maritus vxorem quam in ſuo tenet obſequio, etſi ei dotem ſoluere recuſet, alere tenetur.*
35 *Alimenta ei debentur, quem in noſtro tenemus obſequio.*
36 *Mulierum induſtria tenuis.*
37 *Alimenta quæ vxori debentur naturali ratione dictante dantur.*
38 *Alimenta quæ vxori debentur multiplici ex cauſa ei conceduntur.*
39 *Mulieribus vagari turpe.*
40 *Mulier vaga eo ipſo meretrix præſumitur.*
41 *Mulieres pro alijs poſtulare prohibentur.*
42 *Lex ad delinquendum inuitare non debet.*
43 *Pactum delinquendi occaſionem tribuens iniuſtum.*

## QVÆSTIO. XXXXI.

*PACTVM IN CONTRCTV MAtrimonij à genero initum cum ſocero ſuo ne vxorem alere teneatur, An valeat nec ne dote per eum recepta; caſus multi declarantur.*

1 ETSI pactum ✝ à genero factũ
in capitulis matrimonialibus vt
ſocer vel vxor quamdiu dotem
retinent, alimenta vxori miniſ-
trare non teneatur validum ſit,
quoniam cũ maritus dotis fructus qui prop-
ter onera matrimonij dantur l. pro oneri-
bus & l. dotis fructus C. de iur. doti. cap. ſa-
lubriter de vſu. l. de diuiſione ff. ſolu. matri-
mo. non lucretur, nihil mirum ſi pacto ab ip-
ſo onere alendi vxorem ſe eximere poſsit.
quemadmodum in marito cum vxore ſic pa-
ciſcente decidit Vlpian. in l. ſi conuenerit in
fine ff. de pact. dotali. *Et quid* (ait text. ille)
*dicemus ſi tale pactum conuentum interue-
nit: vt maritus fructus in dotem conuerte-
ret, & mulier ſe ſuosq. alere teneretur ve, &
vniuerſa onera ſua expediret, quare non di-
cam conuentionem valere.* vbi gloſ. in ver-
bo valere; quæ & conſimilem citat text. in l.
ſi quis pro vxore §. ſi vxor ff. de donatio. int.
vir. & vxor. ad idem text. in l. fina. ff. de in
rem verſicul. Specul. titu. qui filij ſint legi. §.
1. num. 28. Nouel. in repeti. l. ſi conſtante
num. 52. ff. ſolu. matrimo. idem tractat. de
dot. part. 2. num. 12. Campe. eod. tractat.
part. 2. quæſt. 6. num. 1. ſic & Natt. conſ. 547.
num. 11. Surd. tracta. de alimen. titu. 7. quæſ.
2 18. num. 2. Eodem ✝ modo valet pactum
reſpectu ſoceri vt is filiam alimẽtare quam-
diu dotem retinet teneatur. l. fina. 1. reſpon.
ff. de dot. exceptio. l. penul. & fina. ff. de in
rem verſicu. Nouell. Spec. & Surd. vbi ſupra
ſed quoniam hic articulus dubius eſt ideo
ſequentes caſus conſiderare oportet.
3 Primus † eſt vbi gener cum ſocero vel
vxore paciſcitur vt quamdiu ipſi, vel eorum
vnus dotem retinet; minime ad alimenta
teneatur; & caſus hic non habet dubitatio-
nem vt modo dixi ſuperius. Ratio eſt quo-
niam & id in pactum deducitur quod aliàs
de iure licet; Non enim compelli maritus
poteſt vxorem alere, quæ ſibi dotem dare
denegat promiſſam gloſ. in verbo onera in
§. fina. in auth. de non eligen. ſecu. nuben. ex
eod. text. Cyn. & Salicet. in l. quod in vxo-
rem de Nego. geſ. vbi poſt Caſ. & Alexan. l.
fina. vbi & Bald. & Paul. de Caſtr. C. ad S.C.
Velleia. Iaſſon. l. ſi donaturus §. 1. num. 3. ff.
de donatio. ob. cau. Guid. Pap. deciſio. 439.
Boeri. deciſio. 22. Socin. Natt. Dida. Corne.
Cott. Ioan. Andre. Butri. Vital. Palat. Rube.
& alij plures quos citat Surd. tractat. de ali-
men. titu. 7. quæſt. 17. num. 1. 2. & ſeq.
4 Secundus ✝ caſus eſt vbi conuenit quod
fructus dotis, qui pro oneribus matrimonij
deſeruire debent dotem augeant, & ſe ip-
ſam mulier alere promittit; hoc pactum va-
lere certum eſt; quoniam reſpectu oneris
alendi recipit mulier commodum vt fructus
dotis ſuæ cedant in augmentum dotis: hic
eſt verus intellectus dict. l. ſi conuenerit de
5 pact. dotali. cenſetur † enim donatio hæc
reciproca, quæ inter virum & vxorem valet.
Cyn. & Bald. in l. ſi pater puellæ C. de inoſi.
teſtam. vbi Caſ. Salicet. & Iaſſon. num. 2. di-
xi fusè hoc lib. quæſt. 19. à num. 1. vbi mul-
tos in hanc adduxi opinionem: ſic intellexe-
runt d. l. ſi conuenerit Nouel. Camp. Surd. &
alij ſupra relati.
6 Tertius eſt † quando maritus cum vxore
cõuenit quod ipſa dotis fructus recipiat, ſed
quod ſeipſam alat, cum non videatur quid-
quam donari à marito vel vxore alteri, ſed
compenſari magis d. l. ſi quis vxori ad finem
ff. de dona. int. vir. & vxor. l. mutus §. manen-
7 te ff. de iur. doti. Ratio ✝ eſt quoniam dos
pænes quemcunque ſit onus alimentorum
annexum habet, & ibi eſſe debet vbi ſunt
onera l. is qui ſtichum §. ibi dos ff. de iur.
doti. l. ſi maritus l. ſi filia §. 1. ff. fami. herciſ.
l. fina. ff. de dot. excep. Campe. dict. quęſt. 6.
Natt. d. conſil. 547. num. 11. Surd. dict. quęſt.
num. 6. 7.
8 Quartus ✝ caſus eſt quando maritus cum
vxore



vxore paciſcitur vt ſe ipſam alat quamquam
is fructus dotis percipiat, & hic caſus conti-
net dubitationem, nam Nouel. vbi ſupr. vi-
detur ſentire quod tale pactum valet, & idẽ
annuit in dict. l. ſi conſtante num. 52. contra-
riam ſententiam docent cæteri omnes Bald.
in l. pactum quod dotali ad finem C. de col-
latio. Vital. tract. clauſula. titul. an alimen.
renuncia. poſſ. colum. 6. verſi. An valeat pa-
ctum qui alios refert, Surd. dict. quæſ. num.
9 3. ✝ nam pactum ſimile eſt contra ſubſtan-
tiam cõtractus dotis, quæ ideo datur vt one-
ribus deſeruiat matrimonij, & propterea va-
lere non poteſt l. cum præcario ff. de præcar.
l. vbi ita donatur ff. de donatio. cau. mort.
Neque iura à Nouell. citata in contrarium
obſtant, quoniam ea ſuam habent rationem,
& ex quatuor ſupra adductis caſibus facilem
recipiunt ſolutionem: non enim alia adfert
quam in illis adducta; ſed & ridiculum eſt
quod is ſcribit, inquirendo rationem cur hoc
pactum valet, dum dicit hoc ideo, quia prę-
10 ter ✝ alimenta alia multa onera ſubire ma-
ritus cogitur obſequialia l. ſi cum dotem §.
ſin autem ff. ſolu. matrim. adeo quod difficile
(inquit) ſit poſſe maritum ſupportare tot &
11 tanta §. quia vero in auth. vt mulier. debi. ✝
Inde concludit quod licet pactum valeat quo
maritus ſe eximit ab onere alendi licet fru-
ctus recipiat, non tamen valeret quod vir nõ
teneatur ſubire cætera onera obſequialia
quæ ſecum matrimonium adfert reſpectu
vxoris, & vice verſa mulier erga virũ ſuum;
veluti inſeruiendo, operando, in domo co-
habitando, quia inquit id eſſet contra ſubſ-
tantialia matrimonij & indiuiduam vitæ cõ-
12 ſuetudinem. Similiter ✝ ſubdit non valeret
pactum quod vir habeat dotem, ſed fructus
non lucretur & dotem augeant, & nihilomi-
nus teneatur ad onera matrimonij, eſſet
enim contra ſubſtantialia dotis. hæc Nouel.
13 qui non recte loquitur: Imprimis † in eo
quod affirmat valere pactum, quo conuenit
vt vxor ſe ipſam alat licet is fructus dotis
recipiat, quoniã huiuſmodi conuentio nulla
eſt omnino vt ex Bal. Vital. & Surd. dixi ſu-
perius. Ad hæc & prętcr eos, manifeſtè illius
14 opinio infringitur, quod ✝ tale pactum ad-
uerſatur matrimonio, quod diuinæ & huma-
næ domus ſocietatem continet. in princi.
Inſtit. de Patri. poteſt. Et ab ſponſalibus ad
ſocietatem argumentatur Roma. Pontifex
in ca. 2. de ſponſa. l. 1. de rit. nuptia. Et in ſo-
cietate viuere vir & vxor dicuntur in ca. cum
ſocietas 27. quæſ. 2. dixi lib. 1. compara. 5.
15 vnde ✝ ſicut ſocietas illa nulla eſt, in qua ex
vna parte lucrum ſocius conſequitur & dam-
num minime quæ leonina appellatur l. ſi non
fuerint §. Ariſto. ff. pro Socio. & contra na-
turam l. ſecundum naturam de reg. iur. ſic in
hac ſpecie ſocietas viri cum vxore dum fru-
ctus vult lucrari dotis, neque onera ſubire
matrimonij leonine agere & contra natu-
ram videtur.
16 Secundo ✝ eadẽ opinio confutatur, quo-
niam ſi valeret pactum mulier non haberet
vnde ſe aleret, conſequenter daretur ſibi oc-
caſio manifeſta delinquendi & adulterandi,
at ſimilia pacta quę delinquendi occaſionem
tribuere poſſunt, ſunt inualida de iure l. cõ-
uenire ff. de pact. dotali. l. ſi vnus §. illud ff.
de pac. l. quidam decedens de admi. tuto.
cum ſimi. multis, Neque dicere vt is, quod
præter onera matrimonij maritus obſequia-
lia opera vxori præſtare tenetur aliquid eſt;
17 quoniam ✝ longe maiora vxor præſtat, cui
hoc incumbit erga maritum, magis quã ma-
rito erga vxorem, cum is ſit dominus & ca-
put mulieris, & ei reuerentia ab vxore de-
beatur l. 1. §. cum autem C. de rei. vxo. actio.
l. alia cauſa §. fina. ff. ſolu. matrim. cum innu-
meris ad hoc inſtitutum agregatis per Tira-
quel. in ll. connubia. l. 1. a num. 2. Meno. lib.
præſump. 3. præſ. 51. num. 33. quod ſi ad alia
reſpiciamus, pregnatus, partus immenſi do-
loris in quibus multæ pereunt, labores nu-
triendi & infantes lactandi, opera domeſti-
ca, & alia multa, nulla certe comparatio eſt.
Rurſus dum Nouel. affirmat non valere pa-
ctum quo conueniſſet vt maritus fructus do-
tis ſuos nõ faceret & nihilominus onera ma-
trimonij ſuſtineret, ſui ipſius opinionem cõ-
fundit; quoniam ſi huiuſmodi pactum reſpe-
ctu viri non valet, minus multo valere debet
reſpectu vxoris, quoties ſit pactum à marito
de lucrando fructus cum hoc quod vxor ſe
ipſam alere teneatur, & tamẽ idem Nouell.
ſupra relatus contrarium affirmat; quod ſi il-
lius ſententia in marito vera eſt, & in vxore,
cum dictum in vno in alio dictum cenſeatur
ex natura correlatiuorum l. 1. de cupreſſ. lib.
18 10. Cod. ✝ Quare Surd. dict. quæſt. num. 11.
verſi. Reſtringendo igitur noue opinatur va-
lere pactum, dum mulier habeat aliunde, ex
quibus ſeipſam alere poſsit, ſi tamen pactũ
fiat ante matrimonium, id autem multis ra-
tionibus oſtendere conatur.
19 Prima ✝ quia pacta ſunt ſeruanda, nihil
enim magis congruum quam pacta ſeruare l.
1. de pact. l. 1. de conſtitu. pecuni. & licet de
natura contractus dotalis vxor ſe ipſam ale-
re non teneatur, non tamen inde ſequitur,
quin nequeat pactum contrarium iniri, cum
20 ✝ multa non veniant ex natura contractus
quę tamen ex pacto veniunt Bal. Angel. Sa-
lic. & Fulgo. in l. 1. C. commo. comprobat
21 locationis exemplo; in locatione ✝ etſi de
illius natura ſit quod ob vim maiorẽ remit-
tatur

tatur pentio,poteſt tamen fieri in contrariũ
pactum & valet l.1.verſic. In quo cuncta vbi
Iaſſ.C.de iur.Emphi.Porti.conſi. 143.num.
13.14.Becci.conſi.94. num.29. Addit idem
22 ſimile aliud: † licet euictio debeatur ſecun-
dum naturam contractus venditionis l. ſi in
venditione ff.de Euictio.tamen ex pacto re-
mitti poteſt l.emptorem §.fina.vbi gloſ. de
actio.emp.Caballi.tract.de Euictio. §.2.nu.
23 13. † ſubdit extremo, valere omne pactum
aduerſus naturam contractus, licet aduerſus
ſubſtantiam minime gloſ. Barto.& alij in l.
pacta conuenta de con.emp. vbi Bart. ad id
Caſt.Deci. Beren.Natt. Neuiz.& Menochi.
citat,& alios plures citaui lib. 2. differen. 3.
poſt principium. Vbi & eundem Surd.hoc
24 in loco adduxi. De ſubſtantia † autem ma-
trimonij vel dotalis (ait ille) contractus nõ
eſt quod maritus miniſtret alimenta vxori,
illud enim de ſubſtantia dicitur, quod ſi ex-
preſſum ſit contractum infringit. Deci. in l.
cum quid num. 4. de reb. credi. Beren. in l.
pacta conuenta cap.1.num.3. præfatio. 3.ff.
de con.emptio.at ſi exprimatur quod mari-
tus alat vxorem, iam id à lege pro expreſſo
habetur, ergo non eſt de ſubſtantia contra-
ctus dotalis vel matrimonij.

25 Secunda † Surd.ratio, vbi à principio cõ-
uenit quod vxor ſe ipſam alat, & præter id
certam dotem conſtituat, tunc dos tanto vi-
detur amplior, quia pacta appoſita cenſen-
tur pars contractus l. fundi partem de con.
emptio. l. iuriſgentium §. quinimo de pact.
citat Bello.Corn.Alciat.& Iaſſo. poterat in
terminis proprijs pacti dotalis citare mul-
tos quos recenſui hoc lib. quęſtio. 2.& 3. &
quæſt. 23. verſic. Contrariam tamen. Tum
quia & maritus præter onus alendi alia etiã
ſuſtinet vt poſt Angel. Campe. & Pala. Rub
oſtendit Rolan.tract.de luc.dot.quæſ. 4.nu.
17.& quæſ.106.num.38.

26 Tertia † Surdi ratio, ſicuti maritus,qui
duxit vxorem indotatam, eam alere tene-
tur l. quod ſi nulla de religi. & ſump. fune.
Cyn.Barto.Bald.Roma. Alex.Iaſſ. Guid.&
alij quos refert idem Surd. tract. de ali-
men.titul.7.quęſ.19.a num. 1.ita poteſt pa-
ctũ fieri quod dotata alat ſe ipſam. Et que-
27 madmodum † vxor nullam dotem tradens
conuenire cũ marito poteſt quod ipſam alat
l.inter ſocerum §.conuenit de pact. dota.ſic
inter coniuges conueniri poteſt quod vxor
dote ſoluta ſe ipſam alat.

28 Quarta Surd.ratio, † alendi (inquit) ne-
ceſsitas quæ marito incumbit eſt de iure po-
ſitiuo l.dotis fructus de iur.doti.pactum au-
tem contra ius ciuile poſitiuum eſt validum
l. 1. de pact.& hoc eſt quod vulgo dici ſolet
pactum legem tollere, & vbi adeſt pactũ in-
telligitur receſſum à iure cõmuni vt aliquid
operetur l.ſi quando de leg.1.Hæc ſunt qua-
29 tuor Surd.rationes fere ad verbum relatæ: †
tandem idem fatetur quod ſi mulier non ha-
beret aliunde ex quibus poſſet vltra dotem
ſe ipſam alere quod eo caſu pactum eſſet
nullum & inualidum: Cum tamen quatuor il-
lius fundamenta directo tendant ad probã-
dum pactum hoc valere omnino, ſiue habeat
vnde ſe alat mulier præter dotem ſiue non;
vnde cũ vera non ſint èmedio tollenda ſunt.

Primæ rationi reſpondetur pacta ſeruan-
da eſſe etſi contra naturam ſint contractus
30 inter paciſcentes initi; vera argumentatio †
niſi lex pactum reprobet vel delinquendi
occaſionem tribuat ſic expreſsim de pactis
inter virum & vxorem initis reſpondit Pau.
in l. conueniri ff. de pact dotali. conueniri
(inquit text.) non poteſt, nec illa quidem
pacta ſeruanda ſunt, ne ob res donatas vel
amotas agatur, quia altero pacto ad furan-
dum mulieres inuitantur: altero ius ciuile
impugnatur: etſi conuenerit ne ob impenſas
neceſſarias ageretur, tale pactum non eſt ſer-
uandum, quia tales impenſæ dotem ipſo iure
minuunt: huc vſque Pau. qui directo Surdi
rationi contrariatur; cum & illic de natura-
libus contractus agatur, ſed quia mulier ad
delinquendum inuitaretur, vel quia ius ciuile
impugnaretur, noluit talia pacta valere: Id
quod & aperte extrema conuentio de qua
illic de impenſis neceſſarijs non ſoluendis,
oſtendit, cum ipſa ſit contra naturam contra-
ctus dotalis, & tamen valere eã noluit. Pon-
deranda ſunt rurſus verba illius l. in princi-
31 pio *conueniri non poteſt*, &c. † negatiua
enim dicto illa verbo poteſt præpoſita tollit
omnem potentiam & facultatem cõtrahen-
di ad ea quæ glo.& cæteri ex eo text.ibi do-
cuerunt in ca. 1.de reg.iur. & in l.nemo po-
teſt de lega.1.

32 Rurſus † pacta dotalia quę iura dotium
vel mulierum minuunt omnino à iure repro-
bantur: tantus eſt fauor mulierum & dotis vt
facilius nubant, & ciuitates repleant; conuer
ſo ea, quę illis fauent tenaciter obſeruanda
vt multis relatis ſcripſi hoc lib.quæſ.1. quos
non repeto.ita fiet vt pactum hoc contra na-
turam contractus initum nullum ſit.

Non obſtat ſecunda ratio, quod dos ma-
ior cenſetur ſtante tali pacto, quoniam iura
non conſiderant dotis maioritatem vbi ea-
dem maioritas in detrimentum vergeret
mulieris ſicut in noſtro caſu; vnde ſcripſi d.
quæſ. 1.in principio valere pacta dotalia quę
in commodum tendunt mulierum, alia mi-
nime: Neque dicere vt ille, quod alias præſ-
tat maritus vxori operas ſaltim obſequiales
præter alimenta: quæ fuit conſideratio Bal.
Nouell.



Nouell.quam ſupra reprobaui & rectè; quo-
niam longe maiora mulieres viris præſtare
debent vt ibi: Ad hæc ex obſequialibus ope-
ris mulier alimenta ex quibus viuat perci-
pere non poteſt; & præſtat magis vt mulier
ex dotis fructibus à marito alatur, quam vt
obſequialia recipiat onera nullius ęſtimatio
nis: Præterea conſideratio vniuerſalis non
eſt, quid enim vbi dos nulla data fuit, ſane
& hoc caſu inuicẽ obſequia præſtari debent.

Neque obſtat tertia ratio Surdi, quoniam
non recte argumentatur, valet pactum quod
vir vxorem alere teneatur etſi dote careat,
ergo èconuerſo valet pactũ quo vxor ſeip-
ſam alere promittit; quoniam vtriuſque ca-
ſus diſpar ratio eſt; valet enim in priori caſu
pactum quia id in eo deducitur, quod à iure
in eſt, cum eo ipſo quod vir vxorẽ ducit eam
alere etſi dote careat teneatur dict.l. quod ſi
nulla de religi. & ſump.func.latè idem Sur.
eod.tract. titul.7. quæſ. 19. in princi.& dixi
ſup.Rurſus & pactum ob id valet quod fauo-
rabile ſit mulieri, ſecus vbi damnoſum vt
33 ſuperius. Non enim ſolum † tenetur alere
vxorem maritus indotatam, ſed & dotatam,
34 quam in obſequio tenet, etſi † dotem ei ſol-
35 uere recuſet, ratione naturali dictante, qua †
cogimur ei alimẽta præbere quem in noſtro
tenemus obſequio l.in rebus §.poſſunt ff.cõ-
mo.l.ſerui §.quas impẽſas ff.de Ædeli.edic.
l. ſed etſi quid §. ſufficienter ff. de vſufruct.
Gramma.deciſio.103.nu.25. Benicas.tract.
de pauper.8.prin.quæſ.2. ſpecial. contract.
num.4. Neque text.in d.§. conuenit probat
id ad quod cum Surd.citat, cum in alijs ter-
minis loquatur, in vxore ſcilicet, quæ pacta
fuit quocunque vellet per prouinciam am-
bulare ſumptibus mariti. Rurſus diſpar eſt
36 ratio in vxore † quoniam mulierum induſ-
tria ad lucrandum tenuis eſt, quæ tantum vi-
ris debent operari ſcribit Menochi.lib.præ-
ſump.3.præſ.51.num.4.

37 Non obſtat extrema † argumentatio nam
alendi neceſsitas, qua maritus vxorem alere
tenetur licet ſit inducta de iure poſitiuo, ta-
men ratione naturali dictante fuit à lege de-
creta: & propterea debet dici iuris natura-
lis, quemadmodum poſt S. Thom. & alios
ab eo relatos ſcripſit erudite, & ſubtiliter
Sarmien.tract.de reddi.Eccleſiaſ.4.part.ca.
2.& 5.idem lib.2.ſelecta.cap. fina.quem ci-
taui cum alijs lib.1.comparatio.19.verſi. Et
38 poteſt Romanus Pontifex. † Ratio autem
naturalis non vna tantum eſt ſed multiplex.
prima quia afforet ſocietas hæc leonina vt
vnus damnum, alter lucrum conſequeretur.
Secunda quia inuitaret mulierem ad delin-
quendum. Tertia quia naturali ratione im-
pellimur eis miniſtrare alimenta perſonis,
quas in noſtro detinemus obſequio.quas ſu-
pra rationes reddidi. Addo quartam quia
dos eſt proprium patrimonium mulieris, &
iuri naturę concinit vt quiſque ex ſuo viuat
patrimonio, l.3.§. ſed vtrum ff. de minori.
Præterea dato quod eſſet (cum non ſit) indu-
cta alendi neceſsitas à iure poſitiuo, potuit
ex cauſa ius ipſum contraria pacta infringe-
re l.non dubium C.de legi.l. pacta quæ con-
tra de Pact.d.l.conueniri cum ſimilibus.

39 Demum † conſiderandum quam turpe fo-
ret vxoribus ſe ipſas alere, cum id non poſ-
ſent niſi vagando, & alienas domos frequen-
40 tando † eo enim ipſo mulier, quæ id agit
meretrix præſumitur Angel.in l. ſi qua illuſ-
tris C.ad S.C. Orficia. quem refert Tiraq.
41 in ll.connubiali.l.10.nu.34. † Vnde merito
ipſis prohibitum fuit ne pro alijs poſtulent,
ne contra pudicitiam ſerui congruentẽ alie-
nis cauſis vel negocijs ſe immiſceant eundo
vndiq.l.1.§.ſexum ff.de poſthu.ideo nec fe-
rẽdi teſtimonij cauſa in iudicium venire co-
guntur capi. mulieres ex. de iudi. vt & alia
his ſimilia adiungit idem Tiraq. vbi ſupr. a
nu.30.31.Meno.li.præſ.3.præſ.10.num.11.
quare à priori ſententia recedendũ non eſt.
Et ex his, quę dixi conſtat non multum labo-
randũ eſſe vt laborat Surd.in inquirenda ra-
tione, cur pactum de quo ſupra non valet, is
enim a n.7.verſi.Querendũ igitur cum 4.ſe-
quen.ſtrenue laborat in ea reddenda: & tan-
dem non inuenit: vera igitur ratio neq. vna
tantum ea eſt quam paulo ante docui, quia
vxor ad delinquendũ inuitaretur, & hæc mi-
42 chi ipſa veritas videtur. † Nam ſicut nec lex
valet, quæ ad delinquendum inuitaret ca. ex
parte vbi Panor.2.notabi. & in cap. fina.de
conſue.& cap.flagitia 22. quęſ. 7. latiſsimè
Crauet.conſi.137.nu.2.Rimi.iuni.in l.1.nu.
43 21.& n.196.ff.quod quiſq. iur. † multo mi-
nus pactum valere debet. Nihil enim magis
legiſlatores cogitarunt quam delinquendi
ocaſionem amputare l.1.§.fina.ff. quem.ſer-
ui.amit.l.1.in princi. ff.Naut.Caupo. ſtabu.
cano.emendari 1.quæſt.1.

## SVMMARIVM.

1 *Maritus qui alimenta vxori denegat, an lucro dotis ex pacto debito ſit priuandus.*
2 *Pacta ſeruanda.*
3 *Alendi neceſſitas, quæ marito incumbit reſpectu vxoris à iure poſitiuo deſcendit.*
4 *Pacta à iure gentium deſcendunt.*
5 *Lucrum dotis marito ob onera matrimonij defertur.*
6 *Maritus recuſans alere vxorem, quæ ob id moritur, lucrum dotis amittit.*
7 *Pactũ ſeruare nõ videtur is, qui aliquid comittit propter quod pacto renunciare videatur.*

*Maritus*

8 *Maritus lucrum dotis amittit ſi vxori denegat alimenta, etſi minime moriatur.*
9 *Gaudere bonis non debet is, qui illius perſonam ſpernit, cuius ſucceſſionem ſperat.*
10 *Vnum ſi remanet ex duobus, quæ obſtant ſuſtinere diſpoſitionem facit.*
11 *Maritus lucro dotis priuatur vbi vxorem expellit ſine iuſta cauſa.*
12 *Maritus vxorem expellens aduerſus pietatis officium agit.*
13 *Maritus expellens vxorem tenetur ei dotem conſignare.*
14 *Maritus vxorẽ occidens omni lucro priuatur.*
15 *Diſtinctio communis.*
16 *Diſtinctio communis à Surdo improbatur.*
17 *Pœnalis diſpoſitio odioſa, extenditur tamen ex idemtitate rationis.*
18 *Maritus vxori infirmæ medicum, & medecinas denegans lucro dotis priuatur.*
19 *Alimenta cui debentur & medecinæ etiam.*
20 *Maritus vxori infirmæ medecinas denegans alimenta negare videtur.*
21 *Vxor ob medicinas denegatas non ex vi morbi ſed ex dicta cauſa mortua præſumitur.*
22 *Maritus imperitum medicum vxori infirmæ adhibens, an lucro dotis priuetur.*
23 *Vxoris hæredes, cui denegata fuerunt alimenta intenſionem habent fundatam aduerſus maritum, vbi expulſa fuit à domo.*
24 *Maritus occidens vxorẽ omni lucro priuatur.*
25 *Maritus propria authoritate in vxorem ius dicere non poteſt.*
26 *Maritus occidens vxorem etiam in caſu licito lucro dotis priuatur.*
27 *Paciſcentes triſtem euentum cogitaſſe non videntur.*
28 *Conuentio partium vltra ipſarum intenſionẽ extendi non debet.*
29 *Obligatione in generali, non venit id quod veriſimiliter concedi non debuit.*
30 *Surdi opinio aduerſus communem.*
31 *Contrahẽtes cogitaſſe præſumũtur quæ a duorum pendent voluntate.*
32 *Surdi traditio reprobatur.*
33 *Maritus negans vxori alimenta in his caſibus, in quibus id poteſt lucrum dotis non amittit.*
34 *Maritus qui non ſuſtinet onera matrimonij lege permittente, lucrum dotis non amittit.*
35 *Maritus ſi poſt denegata alimenta & eiectã vxorem, ſecum ea reconciliauerit, lucrum dotis non amittit.*
36 *Filius exhæredatus à patre ex cauſa, ſi poſtea ſecum pater reconciliauerit, non nocet exhæredatio.*
37 *Rolandi declaratio celebris.*
38 *Maritus qui onera matrimonij non ſuſtinet, quia vxorem à domo expulit, an fructus dotis eidem vxori reſtituere teneatur.*
39 *Maritus fructus receptos reſtituere vxori nõ tenetur.*
40 *Fructus reſtituendi ab eo qui ſine titulo rem poſſidet.*
41 *Paul. Caſtr. conſideratio euerſa.*

## QVÆSTIO. XXXXII.

*PACTO VBI VIR DOTEM VEL aliquam illius partem lucratur, vbi vxori denegat alimenta; An dotis lucro ſe ipſum faciat indignum.*

1 QVONIAM de † alimentis vxo-
ri debitis præcedenti quæſtio.
dixi, proxima illi altera eſt, an
vir, qui ex pacto dotem vel par-
tem lucratur ſi deneget vxori
alimenta & interim moriatur, an ea dotis
pars ex pacto dotali ſibi quæratur nec ne:
Videtur enim quod cum ex pacto ius ſibi
fuerit quæſitum ab eo niſi contrario conſen-
ſu tolli poſsit. cap. 1. de regu. iur. ex. l. nihil
tam naturale de regu. iur. l. ſi vnus §. pactus
2 ne peteret cum ſimilibus de pact. Neque †
aliud magis legi naturę cõſentaneum quam
conuentiones ſeruare l. 1. §. ſi conueniat ff. de
po. cap. 1. §. ſi id. Quæ fuit prima cauſa bene.
amitt. Et dixit Bald. in rubr. de conſti. in
princi. quod verba hæc pacta ſeruabo, pro-
ceſſerunt de ore Dei Opti. Max. Becci. conſ.
45. num. 25. Et in noſtris terminis de pactis
dotalibus tex. in l. lege ff. de pact. conuen.
vbi dixit I.C. quod contractus à conuentio-
ne legem accipiunt. Sic quemadmodum cõ-
duntur contraria conuentione diſſoluuntur.
vt ſupra, & l. 1. ff. de pact. l. 1. de cõſti. princi.
Natt. conſ. 384. num. 11.
3 Secundo † quoniam alendi neceſsitas, quę
marito incumbit, qua de alimentis tenetur
prouidere vxori, deſcendit à iure poſitiuo l.
dotis fructus ff. de iur. doti. Rofre. in ſuis an-
tiquis queſtio. Sabbati. queſt. 29. nu. 3. Lan-
cel. Galliau. in conſu. Alexan. verbo ſolidos
nu. 42. Surd. tract. de alimen. tit. 7. quæſt. 18.
4 num. 25. Cum † autem pactum ſit de iure
naturali l. iuriſgentium vbi omnes ff. de
pact. l. cum amplius §. his natura debet de
regu. iur. cap. 1. de pact. nequit ius poſitiuum
ideſt alendi neceſsitas illo iure inducta, pa-
ctum de iure naturali deſcendens infringe-
re; cum iura naturalia immutabilia ſint §.
ſed naturalia inſtit. de iur. natu. genti. &
ciuil.
5 Bal. tamen in hac † queſtione ſenſit in l.
quod in vxorem num. 1. C. de Nego. geſt.
dotis lucrum quod marito defertur vel ra-
tione pacti, aut ſtatuti, cum detur propter
onera



onera matrimonij, interque præcipua ſunt
alimenta, ceſſantibus his deficere etiam lu-
cra oportet; quoniam vt vulgo dicitur, ceſ-
ſante cauſa ceſſat effectus cap. cum ceſſante
de appellatio. l. adigere §. quamuis de iur.
patro. dari vero lucra maritis propter one-
ra matrimonij communis eſt gloſ. opinio in
l. ſi donaturus §. 1. verbo dumtaxat ff. de con.
cau. dat. in quo articulo multorum authori-
tate hanc dixi receptam hoc libr. queſ. 21.
verſic. Neque extremo loco. Vnde Caſtren.
in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir num. 4. ff. ſolut. ma-
6 trimo. † ſcribit, maritum non lucrari dotem
illius vxoris ſiue ei ex pacto aut ſtatuto de-
beatur; cui ob id quod alimẽta negauit vxo-
ri mortua fuerit; quod dixit quotidianum &
menti tenendum, & habuiſſe de facto Flo-
rentiæ ex text. in l. necare de lib. agnos. Et
licet Alex. & Iaſ. ibi contrarium teneant eã
tamen opinionem ſequuti ſunt Pala. Rub. in
in repeti. rub. de don. int. vir. & vxor. §. 70.
num. 23. poſt Bald. & Cuma. in dict. §. ſi vir
& nouiſsimè Surd. tract. de alimen. titul. 8.
priuil. 69. num. 1. ad finem, vbi ſimile addit
donatarij, qui ſi deneget alimenta donatori
priuatur rebus donatis ob ingratitudinem
Boeri. deciſio. 244. nu. 12. Rolan. & Phanu.
quos citat idem Surd. vbi ſup. num. 1. in fine.
7 Non obſtant duæ † proximæ adductæ ratio-
nes in contrarium; quoniam pacta ſeruanda
ſunt niſi ex contrahentibus quiſquam quid-
quam cõmittat, quo à pacto recedere videa-
tur, quod multis comprobari exemplis poſ-
ſet, noſter ſufficiet caſus in quo maritus cui
ex pacto dos & illius lucrum datur vt ſuſti-
neat onera matrimonij; vbi igitur nollit ſu-
ſtinere à pacto recedere cenſetur & eo ipſo
ſe ipſum priuare, quod ex inferius dicendis
latius patebit. Non obſtat ſecunda quod a-
lendi neceſsitas, qua maritus vxorem alere
tenetur eſt inducta de iure poſitiuo quoniam
ſuadente dictamine & ratione naturali id
fuit ſtatutum, conſequenter huiuſmodi ne-
ceſsitas non rectè tota iuris poſitiui dici po-
teſt, quemadmodum præter omnes declara-
ui præcedenti quæſtione in fine verſic. Non
obſtat extrema.
Extende communem traditionem quibuſ-
8 dam notabilibus modis. Primo † ſiue deceſ-
ſerit mulier propter denegata alimenta ſiue
non deceſſerit: licet enim ſupracitati inter-
pretes videantur ſentire requiri ad hoc vt
maritus lucro priuetur, quod vxor fame fue-
rit mortua, cum moueantur authoritate tex.
in d. l. necare qui in his terminis loquitur,
non tamen tuta argumentatio eſt, non enim
maritus lucro dotis priuatur quia denegat
alimenta vxori, & conſequenter necare vi-
deatur, ſed quia lucrum dotis ei non debetur
qui nollit onera matrimonij ſuſtinere, cum
ob hanc, & non aliam cauſam dotes dentur
l. pro oneribus C. de iur. doti. cum alijs à me
9 citatis. quæſ. pręceden. Ruſus † & ex alio
quoniam expellens perſonam illamq. ſper-
nens, eius bonis gaudere non debet vt dixit
Bal. in l. 1. §. ſed ſcimus C. de lati. liber. tol-
len. ſic rectè ſenſit Surd. ſupr. nu. 5. non enim
caſus ille dubium habet vbi vxor prætextu
denegationis alimentorum moreretur, quod
tali in caſu maritus lucro dotis ſit priuandus,
vere enim necare videtur tunc dict. l. necare
Phanu. tract. de luc. dot. gloſ. 14. nu. 6. Surd.
vbi ſupr. Rolan. tract. de luc. dot. quæſt. 68.
10 num. 7. Præterea † etſi ratio aduerſantium
militaret, cum etiam conſideretur hæc ex-
trema mariti nolentis ſuſtinere onera matri-
monij, licet vna ratio deficeret altera rema-
net, & hoc ſufficit vt diſpoſitio ſuſtineatur §.
affinitatis inſtitu. de Nup. Iaſ. in l. cum filio
num. 146. de lega. 1. & quando duo obſtant
ſi aliud remanet illud ſuſtinetur l. ſi quando
C. de inofi. teſtam. Surd. qui exornat. conſil.
50. num. 27. libr. 1. vnde etſi deficeret prior
ratio remanet altera, qua onera matrimonij
non ſuſtinentur.
11 Extende ſecundo † idem eſſe vbi maritus
de domo vxorem expelleret ſine iuſta cauſa,
ſic pulchrè docuit Bal. in l. 1. C. de priui. do-
tali. vbi ſcriptum reliquit, teneri virũ vxori
eiectæ à domo fructus dotis reſtituere; quia
non ſuſtinet onera matrimonij l. ſi ab hoſti-
bus §. fina. ff. ſolut. matrimo. & in ſpecie Ale-
xan. conſil. 78. lib. 3. conſi. 26. libr. 6. Socin.
conſi. 64. lib. 4. Crauet. conſil. 31. nu. 6. Neq.
tunc ſuccedet vxori ex capite vnde vir &
vxor iuſta Paul. Caſtr. Alex. & Iaſſo. in l. 1. C.
vnde vir. Benedic. in ca. Raynuncius verbo
& vxorem nomine Adelatiam num. 800. de
teſt. quos citat & ſequitur Matien. in l. 2. gl.
12 1. num. 49. titul. 9. lib. 5. † Et cum defecerit
in pietatis officio, bonę fidei poſſeſſor rerum
dotalium non cenſetur argu. l. 1. ff. de his qui
vt indignis. Vnde cum fructus dotis non lu-
cretur multo minus dotem, vel illius partẽ,
cum detur vt dixi propter onera matrimo-
nij. Ioan. Andre. Bal. Caſtr. Pala. Rub. Alex.
Tiraquel. & alij multi relati ab eodem Ma-
13 tien. vbi ſup. num. 49. † Quinimo dixit Bal.
in l. fina. C. de ſen. quæ. ſine cer. quan. quod
tunc maritus tenetur conſignare dotẽ vxori,
quia illius proprium patrimoniũ eſt, ex qua
viuere debet. l. 3. §. ſed vtrum ff. de mino. &
in hanc ſententiam inclinant Bald. in dict.
l. 1. §. ſed ſcimus C. de lati. liber. tollen. Ale-
xan. conſi. 122. col. 3. libr. 7. idem Alex. in l.
ſi cum dotem §. ſin autem in ſeuiſsimo col.
3. ff. ſolu. matrimo. Socin. Campe. & Pala.
Rub. quos refert Rolan. tract. de luc. dot.
queſ.

queſ.68.num.2.Anna.in cap.1.colum. 3.de
Infan.& langui.expo. Boeri.deciſio. 224.in
fine Phanu. & alij quos Surd. tract. de Ali-
men.titul. 8.priui.69. num.2.Bald. Ioan.de
Anna.Pau.de Caſtr. Alexan. Montal. & alij
quos refert & ſequitur Matien.in l.2.gloſ.1.
num.51.tit.9.lib.5.

Adde quod cõtrariam opinionem tenuit
idem Alex.ſibi contrarius in l. ſi ab hoſtibus
§.ſi vir num.3.quem Iaſſ.ſequitur nu.4.idem
Alex.in l.2.col.4.ſolut. matrimo.mouentur
citati authores quoniam text.in dict. l.ſi ab
14 hoſtibus §.ſi vir † qui diſponit maritum do-
tis lucro & omni emolumento priuandũ qui
vxorem occidit, cum ſit diſpoſitio poenalis
& odioſa,extendi nõ debet ad caſum in quo
mulier à viro fuit expulſa ſine cauſa neque
deceſsit,ex regula odia de regul.iur. confir-
mat illic Iaſſ.ex traditione Bal. in l.hæredi-
tas ad finem C.de his qui. vt indig. dicentis
diſpoſitionem d.§.ſi vir odioſam eſſe & pœ-
nalem,& cum loquatur in viro vxorem occi-
dente , non debet extendi ad caſum in quo
maritus vxorem vulneraſſet tantum;pari ra-
tione & quãdo à domo expuliſſet nec deceſ-
ſiſſet:ſequuntur Camp.tract.de dot. 5.part.
quæſt.4.Pala.Rub.in repeti.rub.de donatio.
int.vir.& vxor.§.70. num.32.& ſequen.

15 His † contrarijs ſuperati multi ex noſtris,
mediam deligentes opinionem fœdere diſ-
tinctionis contrarias haſce ſententias conci-
liarunt hoc modo:vt prior communis proce-
dat quando vxor expulſa fuit, & poſt expul-
ſionẽ mortua fame, quo caſu cenſetur occiſa
ab eodem marito ; ſi vero fuit expulſa licet
ſine cauſa,non tamen fuit fame mortua,pro-
cedat ſecunda Alexan.& aliorum opinio, ſic
conſiliarunt has opiniones Pala. Rub. &
Boeri. ſupr. citati Rolan. tract. de luc. dot.
quęſt. 68. num. 11.

16 Hæc tamen † diſtinctio merito à Surd.vbi
ſup. improbatur quoniã vt dixi cauſa amit-
tendi lucrum non ea eſt quia deneget vxori
alimenta, ſed quia non vult onera matrimo-
nij ſuſtinere quemadmodum & ante Surd.
ſic reprobauit Phanu.tract.de luc. dot. gloſſ.
14.num.6.

Quare Alexan.& Iaſſo. obiectis ſuſtinen-
do communem licet reſpondeat nullus , ſa-
17 tisfieri poteſt & rectè ſic;quod † ſcilicet diſ-
poſitio pœnalis & conſequenter odioſa d.§.
ſi vir extendi poteſt ex idemtitate rationis
de vno ad alium caſum, quia vbi vna & eadẽ
ratio militat, & eadem iuris diſpoſitio l. il-
lud ad l.aquil.l.à Titio.de verb.obliga. etiã
in pœnalibus l. cum mulier vbi id docet idẽ
Alexan.ff.ſolut.matrimo.Geminia.in cap. ſi
ciuitas §.1. de ſenten. exco. Iaſſo. in l. cum
quidam ad finem 5.Fallen.ff.de libe.& poſ-
thu. Deci.in l. factum ſuum §. in pœnalibus
7.Fallen.de regu.iur.& alios adfert Menoc.
li.præſump. 5.pręſ.38.num.18.& alios mul-
tos adiunxi hoc lib.quæſt. 28.verſic. Tertio
intereſſe;vnde cum eadẽ ratio in noſtra ſpe-
cie militet quia maritus nollit onera matri-
monij ſuſtinere , ſicut lucro priuatur cũ vxo-
rem occidit , ſic vbi de domo expulit ſine
cauſa licet non moriatur. Neque etiam facit
Bald.tradit io.in d. l. hęreditas quæ pericu-
loſa admodum eſt vt ex infra dicendis appa-
rebit; tamen ſuſtinẽdo ipſam neceſſario de-
clarãda eſt quando maritus vulneraſſet vxo-
rem,non tamen ei alimenta denegaſſet,& ſic
vbi onera matrimonij ſuſtinebat,quia neque
eam de domo expuliſſet,aut ſi id fecerit ali-
menta non denegabat.

18 Tertio † extenditur communis opinio ad
eum maritum qui vxori infirmę medicũ vel
medicinas morbo conuenientes non adhi-
buit ; quoniam cum humanum corpus infir-
mitatibus ſæpe vexetur , & ſine medicinis
19 ſuſtineri nequeat,ita † factum vt cui alimẽ-
ta debentur , & medicinæ debeantur l. quos
nos §.verbum viuere vbi Rebuf.& Alciat.de
verbo.ſigni.l.victus eod.tit.Barto.in l.lega-
lis ff.de alimen.& ciba.lega. aſſerit commu-
nem Deci.in l.de alimentis nu.3.C.de tranſ.
Picus in l. Titia §. ſi Titia cum nuberet nu.
161.de lega.2.Panor.Caſtren. Alex. Corn.
Luc. de Pen. Campe. Marſi. Ioan. de Ami.
Boeri.& Areti.quos coaceruat Rolan.tract.
de luc.dot. quæſ. 64.num.6. Bertran. Ruin.
Crauet.Cordub.Soar.Lancel.Galiau. Craſ.
Aſcan. Clem. & Tiraq. quos congerit & ſe-
quitur Surd.tract.de Alimen. titul. 4. quæſ.
5.nu.3.& 4.cum ſequen.Meno.lib.præſump.
20 4.præſum.157. num.30. † vnde vbi maritus
vxori medicum vel medicinas in infirmitate
denegauerit, eidẽ & alimenta cenſetur:con-
ſequenter lucro dotis priuatur gloſ.in d. l. ſi
ab hoſtibus §. ſi vir quæ aperte id docuit &
Bald. dixit gloſam auream.quia maritus in-
21 dignus dicitur eo lucro. Quid quod † & prę-
ſumi tali in caſu vxorem mortuam fuiſſe nõ
ex vi morbi,ſed ob defectum medici & me-
dicamentorum, & poſt gloſ. idem cenſuerũt
omnes nunc citati interpretes & præter eos
Cordu. in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his
num.29. de libe. agnoſ. Phanu. tract.de luc.
dot.gloſ.14.num. 8.Surd. tract.de aliment.
22 tit.8. priui. 69.num. 8.quid † autem dicen-
dum vbi maritus medicum adhibuit ſed im-
peritum,& quando nõ potuit adhibere, tum
& quid vbi fuit præuẽtus,ſingulos huius diſ-
tinctionis caſus proſequitur Cordub.in d.§.
ſi quis ex his quos antea explicate tradidit
Rolan. d.tract. quæſ.64. quæſ.65.66.67.&
69.qui doctè & erudite vt ſolet loquitur.

Cœterum



Cęterum † in ſupr. adductis caſibus ad-
uertendum eſt vt & probe in practica ani-
maduertit Surd.d. priui.69. nu.6.& 7. quod
hęredes vxoris mortuæ extra domum mari-
ti,quia expulſa, habent fundatam intentio-
nem,probato quod denegata fuerunt alimẽ-
ta etiam ſi non probent,quod vxor fame pe-
rierit,nam præſumitur mortua propter ino-
piam:ſicut cum dicimus quod vxor præſumi-
tur mortua ob medicum non adhibitum, ſe-
cundum gloſ.in d.§.ſi vir quam gloſ.notabi-
lem dixit Pau.de Caſtr. ibi. & menti perpe-
tuo tenendam Alexan.nu.6.Iaſſ.8.Pala.Ru-
be.de dona. int.vir. & vxor. §. 70. num.27.
quos refert Surd.ſuperius.

24 Quarto extenditur † communis opinio vt
multo magis procedat in marito occidente
vxorem , quoniam & eo caſu lucro dotis ſe
ipſum indignum facit nedum in terminis,
ſtatuti deferentis lucrum dotis marito , ſed
& pacti vt nos agimus. Et nedum cum ſine
cauſa legitima occidit , quoniam hic caſus
extra dubitationem eſt, ſed & cum cauſa.ſic
docuerunt Bald. Paul.de Caſ. Imol.Roma.
Aretin.in dict.§.ſi vir Matheſi.l. notabi. 73.
25 quoniam † non debuit maritus propria au-
thoritate ſibi ius dicere; vnde in pœnam lu-
cro priuandus eſt.l.interdum §.qui furem ff.
de fur.l.qui iuriſdictioni de iuriſ.omni.Iudi.
l.vni.C.nequis in ſua cau.ſibi.ius dic.Et quã
quam opinio hæc non careat maxima diffi-
cultate, quia qui actum facit lege permittẽ-
te pœnam non mereatur l.Grachus ad l.Iu-
liam de adul. & contrarium tenuerit Barto.
in dict.§. ſi vir, quẽ ſequuti ſunt Alex.& Iaſ.
Roland. qui fœdere diſtinctionis contrarias
opiniones conciliat tract. de luc. dot. quęſt.
63.num.6.Surd.dict.priui.69.num. 9.& 10.
omittendo tamen hunc caſum qui ad inſti-
tutum noſtri tractatus non pertinet reducẽ-
do quæſtionem ad terminos pacti & cõuen-
26 tionis , communi † receptum ſententia eſt
lucrum pacto delatum marito morte vxoris
non poſſe ab eo vindicari vbi occidit vxorẽ
etiam in caſu licito & permiſſo: & hanc opi-
nionem ſequuti ſunt omnes ſupra relati &
dixit communem Surd.d.priui.69.num.10.
ad medium Campe. Pala. Rub. & alij quos
refert & Phanu.tract.de luc.dot glo. 14.nu.
6.Barboſ.in d.l.ſi ab hoſtibus §.fina.in prin-
27 cipio Rationem † reddit Alex.& poſt illum
cæteri in d.§. ſi vir, quoniam non eſt veriſi-
mile vxorem paciſcendo eo modo de tali &
tam funeſto & triſti euentu cogitaſſe argum.
l.inter ſtipulantem §.ſacram de verb. oblig.
28 & diſpoſitio † quæuis conuentionalis extẽ-
di non debet vltra partium intentionem l.
nõ omnis cum ſimilibus ff.de reb.cred. Ne-
29 que † in obligatione generali venit id quod
veriſimiliter non fuiſſet quiſquam conceſſu-
30 rus l.obligatione generali de pigno. Quæ †
tamen ratio diſplicet Surd.vbi ſupr.quia in-
quit pacta duorum conſenſu perficiuntur,
neque ſufficit quod alter ex contrahentibus
non cogitauerit , nam ſat eſt quod potuit &
31 debuit de tali caſu cogitare : ſubdit † idem
Surd. quod propoſitio illa , qua dicitur mu-
lierem de tali caſu non præſumi cogitaſſe,
intelligitur vbi actus pendet ab vnius tan-
32 tum voluntate,non quãdo à duorum : † Cę-
terum hæc Surd. conſideratio ſine lege eſt,
ſine ratione,& ſine authore:Quinimo aduer-
ſatur expreſsim text.in d. l. obligatione ge-
nerali,vbi de pacto duorum agitur & tamen
non veniunt ex veriſimili mente & volunta-
te obligantis ea quæ vnus non fuiſſet ſi cogi-
taſſet obligaturus: ſed & text.in dict. l. non
omnis de reb.credi.in modum regulæ gene-
ralis docet actus agentium nõ operari vltra
eorum intentionem:Quare à communi rece-
dendum non eſt.

33 Declaratur nunc † communis opinio &
regula vt non procedat in his caſibus in qui-
bus maritus non tenetur vxori alimẽta præ-
ſtare, quoniam tunc lucrum dotis in vim pa-
cti,non obſtante quod onera matrimonij nõ
34 ſubſtineat, conſequetur : Nam † non poteſt
imputari marito ſi matrimonij onera non
ſuſtinet vbi ſuſtinere ipſa à lege nõ cogitur,
vt pulchre multis oſtendit Becci. conſi. 37.
num. 16.idem ſcribit Surd. dict. priuilegio
69.num.9.Caſus autem in quibus alere vxo-
rem non tenetur multi ſunt eos idem Surd.
recenſet tract.illo.de alimen.tit.7.quæſ.16.
& 17. ad quem lectorem reijcio.

35 Declaratur † ſecundo vbi poſt expulſam
vxorem & denegata alimenta ſe ſe maritus
& vxor reconſiliauerint adinuicem quoniam
ſi poſt vxor moreretur lucrum dotis maritus
conſequi poſſet , ponderari ad id ſolet text.
in l.ſi cum dotem §. ſin autem in ſeuiſsimo
in verſi.pactis,iuncto text. pręcedenti ff.ſo-
lut. matrimo. vbi hanc concluſionem elicit
Imol. in verſic. Vltimo ; quem ibi ſequuti
ſunt Alexan.& conſi.123.li. 7.idem Alexan.
in d.§.ſi vir num.3.Roman.in d.§. ſin autem
in ſeuiſsimo Campe. tract. de dot. 5. part.
quæſ.4.in fine Ruin.conſil.131.col.3. lib.4.
Rolan.tract.de luc.dot.quæſ.70.nu.1. Surd.
36 tract.de alimen. priui.69. num.6. ſic † in ſi-
mili vbi filius ex cauſa à patre in teſtamento
fuit exhęredatus,ſi eo viuo egerit pœniten-
tiam, & ſe cum eo reconſiliauerit tacite ex-
hęredatio adempta cenſetur. Barto. in l.3.
§.fina de alimen. lega.quem ſequuntur fere
omnes Iaſ.in auth.non licet vbi Cur.iunior.
num. 8.C.de libe.præteri. Roland.vbi ſupr.
& relatis multis dixit communem Vazq.

tract.

tract. de ſucceſsio. creatio. §.30. num. 193.
Craſſ.in §.teſtamentum queſ.42.num.11.
37 Declarat † tamen prędictam communem
ſingulariter Rolan. dict.quæſ. 70.num.8. vt
non procedat, quando vxor mariti culpa in-
cidiſſet iam in mortalem infirmitatem eo
enim in caſu nihil reconciliatio proficeret;
ſic mirabiliter docuit Imol. in dict. §. in ſe-
niſsimo ſequitur Alex.in dict.§.ſi vir & dict.
conſi.123.& Ruin.d.conſi.131.quod dictum
vt notabile commendat Roland. plurimum
dicto loco.
38 Maior autem † ſuperioribus dubitatio ad-
necti poteſt,an maritus qui onera matrimo-
nij non ſuſtinuit nec vxorem expulſam aluit,
qui tamen interim fructus dotis percepit,
eos vxori reſtituere teneatur : nam Bald. in
rub.C.de priui. dot. docuit reſtituere teneri
text.in l.inſulam §.vſuras ff.ſolut.matrimo.
l.fina.ff.de dot. exceptio.Paul.Caſtr. conſil.
192.ad finem contrarium conſuluit ; neque
39 † nunc citata iura in contrarium feacre di-
cit , licet enim maritus,qui onera matrimo-
nij non ſuſtinet fructus dotis petere nō poſ-
ſit vt illa iura dicunt,tamen receptos non te-
netur reſtituere : & ſic citatos textus inter-
pretatur.Sed cum Bald. tenet Palac. Rube.
in dict.cap. per veſtras 3. nota. num. 4.ver-
ſic.Ego vero reperio is tamen nec rationem
vel authoritatem aliquam aduerſus Caſtr.
adfert;ſolumque Baldo adheret , quia illius
opinio benignior ſit & quæ magis mulierum
dotibus & earum iuribus faueat. Quod mihi
in dubijs caſibus non diſplicet vt dixi quæſt.
30.in fine. Cæterum iuuari Bald.opinio po-
teſt,ea ratione,quod cum maritus qui onera
matrimonij non ſuſtinet dotē reſtituere te-
neatur vxori ex qua viuere poſsit cum ſit il-
lius patrimoniū vt ſuperius dixi, multo ma-
gis fructus perceptos quos nullo alio titulo
percipere (niſi quia onera matrimonij ſuſti-
40 nebat ) potuit : † Et quemadmodum ſine
titulo legitimo rem poſsidens eam cum fru-
ctibus reſtituere tenetur l.fructus l.& ex di-
uerſo §. 1. cum ſimilibus de rei vindica. ſic
maritus tamquam ſine cauſa nec titulo poſ-
ſidens , nedum dotem ſed & fructus illius
vxori reſtituere tenetur.
41 Neque obſtat † conſideratio Paul. Caſtr.
dicentis,quod vbi agitur ex remedio l. vbi
adhuc C. de iur.doti. non poſſunt peti fruc-
tus integræ dotis , quia quod ſuppeditat vl-
tra alimenta vxoris, reſiduum marito debet
remanere,vt notauit Barto.& alij omnes in
l.ſi conſtante ff. ſolu. matrimo. ſiue pactum
interuenerit de lucrando dotem ſiue non
Cyn.in dict.l.vbi adhuc vbi Salice. num.17.
Panormi. Corne. & Pala. Rube. quos citat
Becci. conſil. 43. num. 19. quoniam diſpar
eſt vtriuſque caſus ratio & longe diuerſa;
cum in illa ſpecie vxor expulſa non fuerit,
ſolum agit vbi maritus ad inopiam vergit
vt in tuto ſuum eſſe poſsit patrimonium ad
dotis recuperationē & propter nuptias do-
nationem,vt his recuperatis , ſe maritum &
filios alere poſsit,ſaluis ſemper remanenti-
bus in cæteris pactis dotalibus dict.l.vbi ad-
huc:vnde à Baldi opinione recedendum non
eſt quam etiam nullo alio relato ſequitur
Becci.d.conſi.43.num.5.in fine.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum inter patrem & filium contractum in capitulis matrimonialibus , vt quo caſu filius ab eo recederet dotem ſibi reſtituere teneretur, an ad donationem propter nuptias extendatur.*
2 *Donatio propter nuptias fit ad dotis ſecuritatem.*
3 *Vxor potiora habet iura in rebus propter nuptias datis quam in cæteris rebus mariti.*
4 *Donata propter nuptias ſpecialiter obligata dicuntur vxori.*
5 *Vxoris conſenſus vnus ſufficit in alienatione rerum mariti.*
6 *Maritus res propter nuptias donatas alienare nequit etiam de conſenſu vxoris.*
7 *Donatio propter nuptias fit mulieri in recompenſationem dotis.*
8 *Donatio propter nuptias fit vxori in dotis ſecuritatem.*
9 *Donatio propter nuptias non tranſit in dominium mulieris.*
10 *Vxor non lucratur fructus donationis propter nuptias.*
11 *Filius patrem cogere poteſt ex cauſa iuſta, vt ſibi dotem reſtituat.*
12 *Stipulatio non committitur vbi caſus in ſtipulationem deductus non venit.*
13 *Filius qui ſeorſum à patre ex iuſta cauſa recedit, iudicis officio eum cogit vt dotem reſtituat.*
14 *Pacta in dote dicta in donatione propter nuptias repetita cenſentur.*
15 *Dos & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant.*
16 *Æqualitas dotis æqualitatē donationis propter nuptias meretur.*
17 *Pacta in dote & in donatione propter nuptias repetita cenſentur.*
18 *Donatio facta filiæ ſicut valet ratione dotis, ſic & facta filio propter nuptias.*
19 *Vxor vbi agit remedio l. vbi adhuc C. de iur. doti. non tantum recuperat dotem ſed & donationem propter nuptias.*
20 *Beccij traditio reprobatur.*
21 *Dotis ſecuritas dotis ſequella eſt.*
22 *Æquitas eadem quæ militat in dote & in donatione propter nuptias.*



## QVÆSTIO. XXXXIII.

*PACTVM INTER PATREM & filium contractum in matrimonio, quod vbi ab eo filius recederet ſibi dotē & illius augmentum reſtitueret: An ad donationem propter nuptias extendi poſsit.*

1 QVÆSTIONE 31. † huius
libri in genere docui an pacta ſu
per dote dicta in donatione
propter nuptias repetita intel-
ligantur. Nunc particularis ſe
ſe offert quæſtio , an cum pater dotem do-
nare filio promittit vbi ab eo recederet , ſic
eidem donationē propter nuptias reſtituere
teneatur: eadem quæſtio proponitur in ma-
rito qui reſtituere dotem mulieri promiſit
in caſum ſoluti matrimonij:& multa adduxi
dicta quæſt. 31. argumenta ad probandum
pacta in dote dicta ad dotis augmētum nec
donationem propter nuptias extendi poſſe
quæ prætereo:Cæterum in noſtra quæſtione
alia itidem adferri poſſunt quibus videatur
promiſsionem hanc à patre factam ad do-
nationem propter nuptias protendi non
poſſe.
2 Primo † quia donatio propter nuptias ſo-
lum fit ad dotis ſecuritatem l.fina.in princi-
pio,verſic. Quia quaſi antipherna &c. C. de
dona.an.nup.gloſ.in §.eſt & aliud inſtitu. de
dona. gloſ. in verbo percipiat in §. fina. in
auth.de nō elig.ſecun.nuben.Panor.& Imol.
in cap.peruenit ex.de emptio.& vendi.Caſ.
in l.mulier §. cum proponeretur num. 3. ad
S.C. Trebel.Pariſi. conſil.126.num.6. libr.
1. Coraſi. in l. qui liberos num. 137. de rit.
nuptia. nouiſsimè Petra. tracta. de fidei.
quæſtio. 8. num. 359. ex noſtris Pala. Rub.
in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 17.
num. 2.Gregor. Lopez in l. 23. verbo *generalmente* titul. 11. part. 4. Gomez in l. 50.
Taur.num. 11.Telli. in l. 29. num. 5. Bae-
ça trac.de non melio.ca.7.nu.5.& cap.8.nu.
25.Matien.in l.1.tit.6.gloſ.8.num.8.in fine
Auen.in d.l.29.in princip. nu. 1.& potiora
3 † habet mulier iura in rebus propter nup-
tias datis,quam in cæteris rebus mariti, quæ
licet ſint tacite obligate pro dotis reſtitutio-
4 ne. l. aſsiduis C. qui potio. † donata tamen
propter nuptias proprie & magis particula-
riter obligata dicuntur,vt dixit Pala.Rub.d.
5 §.17.num.3. † atque ideo licet in alienatio-
ne rerum mariti ſufficiat vnicus vxoris con-
ſenſus & iuri etiam hipothecæ poſsit renun-
ciare l.etiam & in auth.ſiue à me ad Velleia.
6 S. C.Codi. † tamen ſecus in alienatione re-
rum propter nuptias donatarum , quas nec
de conſenſu vxoris maritus poteſt alienare
dict.auth.ſiue à me & in corpore vnde ſumi-
tur in auth.vt immobi. bo.an.nup. dona.Pa-
la.Rub.vbi ſupr.
7 Vnde † & dixit Bertran.conſ.1.nu.2.lib.
2.quod donatio propter nuptias fit vxori in
recompenſationem dotis,& pro illius ſecu-
ritate & veluti pignore & conſil.97.num.1.
conſi.120.nu.4.2.part.3.volumi.
8 Ita fit vt cū † pro ſola dotis ſecuritate de-
9 tur apud virū remanet † & nō tranſit in do-
minium vxoris,ſicut tranſit dos in dominiū
mariti l.doce ancillam C.de rei vindi.& cē-
ſetur potius conſtituta quam tradita Bald.
conſi.224.Fulgo.in l.ſi cum dotem §. tranſ-
grediamur num.4. ſolu.matrim. Pala. Rub.
in dict.rubri.de don.int.vir.& vxor.§.17.in
principio, qui erudite & docte proſequitur
Becci.conſi. 43. num. 13. vbi ex traditione
eiuſdē Palac.Rub.d. §.1. ſubiungit quod li-
cet vir luceretur fructus dotis qui pro one-
ribus matrimonij dantur l.pro oneribus C.
10 de iur.doti.dixi fusè queſ. 30. & 31. † vxor
tamen nō lucratur fructus donationis prop-
ter nuptias ſecundum glo.in §. illud quoque
in auth.de non eligen.ſecun.nuben. quæ ra-
tionem reddit , quia alias reperiretur quod
fructus dotis non deſeruirent oneribus ma-
trimonij contra d.l.pro oneribus : cæterum
hæc ratio ( vt hoc obiter dicam ) vera non
videtur ex his,quæ ſcripſi ſupr.quæſ.30.ver-
ſic. Quartus caſus , vbi recenſui multos affir-
mantes valere pactum inter virum & vxorē
in quo ſe ipſam alere promittit,licet vir fru-
ctus dotis recipiat. Verius igitur dicitur
quod ideo non lucratur fructus donationis
propter nuptias, quia non ad hoc datur ſed
ad dotis tantum ſecuritatem vt ſupra.
11 Secundo videtur † promiſsionem patris
prædictam, ad dictam donationem extendi
non poſſe ex alio, quod etſi vera ſit opinio
aſſerentium poſſe filium patrem cogere vbi
cum eo propter ſummam ſæuitiam aut no-
uercales contentiones & rixas vel alijs iuſ-
tis de cauſis habitare non poteſt, vt ſibi do-
tem reſtituat, cū dos apud eum eſſe debeat,
qui onera ſuſtinet matrimonij , vt reſoluit
ex antiquioribus Dyn.conſi. 12. Imol. in l.
2.§. tranſgrediamur ad finem ff. ſolut. ma-
trimoni.vbi Angel. & Alexan. num. 9. poſt
Paulum de Caſtr. ab eo relatū Campe. tra-
ctat.de dot.part.3. queſ.16. Boeri. deciſio.
195.num. 4. & 5. Paul. de Caſtr. in l. 2. C.
fami. herciſ.Nouel.tract.de dot.par. 6.pri-
uile.36.in fine Crot.in l.2. nu.44. ſo.matri.

& in l.ſi conſtante nu. 82.eod. tit. vbi Rip.
nu.27.Auguſ.Bero.conſi.52.num. 14.lib.2.
Anchar.conſ.238.Natt.conſi.496.num.9.&
dixit communem Bero.conſi.129. li.3.& d.
conſ.52.Becci.conſi.43.nu.6.ad finem Surd.
nullo alio pręter Becci.relato, tract. de ali-
men.tit.5.quæſ.1.num.67. cum duobus ſeq.
vbi quod nedum dotem ſed & fructus reſti-
tuere tenetur:cũ tamen dos in pręd icto caſu
reſtitui filio debeat propter onera matri-
monij ſuſtinenda, ratio hæc in donatione
propter nuptias conſiderari non poteſt,quia
non conſtituitur niſi ad dotis ſecuritatem,
ceſſante igitur ratione, & diſpoſitio ceſſa-
re debet, cap. cum ceſſante cum alijs de
appella.

12 Tertio, † caſus donationis reſtituendæ
nondum venit,vnde nec ſtipulatio locum ha-
bere poteſt vt conſuluit in his terminis Al-
ciat.conſi.317.

13 Quarto † vbi filius ſeorſum à patre ex iuſ-
ta cauſa degere vult, dotem à patre condi-
ctione ex lege, ſeu iudicis officio implorato
ex æquitate petere poteſt non aliter. Barto.
in d.l.ſi conſtante 8.quæſ.2.quęſ. principali
ex text.in l. ſi is qui §.1. ff. de iur. doti.fusè
Becci.d.conſ.43.a nu.1.cum ſequen.multis.
Atqui cõdictio huiuſmodi vxori competere
non poteſt ſed marito ſecundum Bartol. in
loco nunc citato, marito autem competere
nequit quoniam nulla ei promiſsio facta eſt:
Neque vxor eandem petere poteſt,cum cõſ-
tituta ſit non vt illius fructus lucretur ipſa,
ſed vt dotem ſecuriorem habeat vt dixi ſup.
ita fiet vt nullo modo locus eſſe videatur reſ-
titutioni dictæ donationis: vt modo præte-
ream quatuor illa, aut quinque argumenta
quæ etiam adduci in contrarium poſſent à
me deducta d.quæſ.31.quę prætereo.

His non obſtãtibus contraria ſentẽtia ve-
rior eſt, patrem cogi his caſibus tam do-
tem quam donationem propter nuptias reſ-
tituere.

14 Primo quia vt † d.quęſ. 31. ſcripſi pacta
in dote in donatione propter nuptias repe-
tita cenſentur,quæ non refero:ſed adiungen-
15 dũ illis,quod † dos & donatio propter nup-
tias pari paſſu ambulant, quoniam dos data
donationem propter nuptias poſtulat,auth.
16 dos data C.dę don.an.nup. Et † dotis æqua-
litas donationis propter nuptias æqualita-
tem meretur. auth. æqualitas C. de pact.
conuen. §.1.& toto titul. de æquali. dot. in
nouel. Quid quod & dote conſtituta eo ipſo
donatio propter nuptias conſtituta cenſe-
tur. gloſ.& interpretes in dict.auth. dos da-
ta Campe. quæſt.61. tract. de dot. 1. part.
17 Becci.dict.conſil.43.num.18. Denique † in
omnibus & per omnia aſsimilantur vt in vno
ſtatutum vel conuentum in altero itidem re-
petitum tacite intelligatur; vt multis citatis:
ſcripſi dict. quęſ. 31. quibus nunc addo Me-
nochi.tract.de præſump.lib.3.prçſ.29.num.
18 74.75.76. vbi † illic docet quod ſicut va-
let donatio à patre facta filiæ fauore dotis,
ſic valet donatio facta filio propter nuptias.
quia inquit donatio propter nuptias doti
exequata eſt Roland. conſil. 62.num. 8.lib.
1.& Surd.nouiſsimè deciſio. 214. num. 8.&
9.vbi ex multis ſcribit, cenſeri ipſo iure fa-
ctam donationem propter nuptias data do-
te etſi nihil dictum ſit de ea; conſequenter
inquit ſi dos augetur conſtante matrimo-
nio, & donatio propter nuptias, quia pari
paſſu ambulant.

19 Secundo † confirmatur ex his quę multo-
rum ſcripſi authoritate præcedenti quæſtio.
ad finem,quod vbi agitur remedio l. vbi ad-
huc C.de iur.doti.vxor non tantum recupe-
rat dotem,ſed & donationem propter nup-
tias, vt ſe maritum & filios alere poſsit;
quod & probat ille text. expreſsim: vnde
cũ fructus donationis propter nuptias one-
ribus matrimonij in ea ſpecie deſeruire de-
beant, ſic in noſtra vbi filius ob iuſtam cau-
ſam, vel in vim pacti, ſeorſum à patre vult
habitare; cum cadẽ æquitatis ratio militet.
quo argumento in caſu quæſtionis propoſitæ
vſus fuit Becci.dict.conſi.43.nu.19.Quod †
20 tamen non ſatis tutum eſt,quoniam caſus eſt
ſpecialis dict.l.vbi maritus vergit ad inopiã
& paupertatem, vnde ceſſante paupertate
ceſſat priuilegium propter paupertatem cõ-
ceſſum.cap.2.vbi Zabarel.Anto. Anchar.&
poſteriores de Cuſto.Euchariſ.glo.in l.ſolet,
verbo quam curator vbi Barto. ff.de Tutel.
& in l.1.§.nũciatio ff.de no.ope.nuncia. Ti-
raq.tract.de ceſſ.cau.nu.184.in præfa.Viui.
deciſ.443.nu.23.Ioſeph.Ludo.deciſ.43.nu.
10.in Peruſinis,Et in noſtra quæſtione receſ-
ſus non eſt ob inopiam vel paupertatem,
conſequenter adiungi diſpoſitio illius text.
non poteſt.

Tertio in terminis quæſtionis ſic reſpon-
dit Becci.d.conſ. 43.a nu.10.verſi. Nunc ſe
offert, vbi eiuſdẽ opinionis citat Veronen.
caute.115.in fine,& Boeri.deciſ.195.in fine
quibus addẽdi Crem.Neuizan.Natt.Alban.
& Rolan. quos citat & ſequitur Surd.conſi.
164.nu.14.li.2.vbi & communem traditio-
nem extendit etiam ſi extarent filij,& mari-
tus in vim pacti dotem reſtituere teneretur;
quod ibi latè proſequitur: Quorum † probo
21 opinionẽ ex eo quod donatio propter nup-
tias eſt veluti ſequella quędam & additamẽ-
tum ad dotem,vt ſcripſi d.quęſ.31.ideo do-
tem ſequi debet: Rurſus conſidero, dona-
tionem prædictam fieri ad dotis ſecurita-
tem



tem vt ſuperius animaduerti, maior autem
ſecuritas erit vxori ſi illius maritus cum quo
viuere debet eam ſecũ teneat, quam ſi apud
ſocerum remaneat; & nedum ſecuritas ſed
vtilitas, quia manente donatione prædicta
apud ſocerum nullos illius fructus conſequi-
tur, ea vero recuperata fruuntur ambo fru-
ctibus & vtilitatem capiunt, vnde tamquam
fauorabilis mulieribus & earum iuribus te-
nenda hæc opinio eſt.

Non obſtant ſup.adductæ rationes.quibus
etſi in ſuo caſu reſpondeat Becci.d.conſ.mi-
hi tamen non ſatisfaciunt: quare primæ reſ-
pondetur,donationem propter nuptias fieri
ob dotis ſecuritatem, verum quidem, ſed cũ
hæc ſecuritas ſit veluti dotis ſequela ſtatu-
tum in dote & in donatione propter nuptias
ſtatutum cenſetur, ex his quæ ſup.& alijs quę
d.quęſ.31.dixi:Accedat quod cum ſint ęqui-
parata d.auth.dos data C.de dona. an. nup.
& d.auth.æqualitas C.de pact.conuen.& di-
xerunt Becci.Meno.& Surd.ſup.relati, diſ-
poſitum in vno in alio tacite diſpoſitum vi-
detur glo.in ca.ſi poſtquam verbo prouiſio-
ne de electio. in 6.Iaſſ.in l.ſi conſtante num.
32.ff. ſolu. matrimo. docent omnes ex illo
tex.in l.1.de lega. 1. Non obſtat ſecundum
cui eodem modo reſpondetur, quod vbi fi-
lio dos reſtituitur & donatio propter nup-
tias reſtitui debet in conſequentiam, quę &
aliquo caſu ad ſuſtinenda onera matrimonij
deſeruire poteſt vbi maritus ad inopiam ver
geret.dict.l.vbi adhuc.

Non obeſt tertium, nam caſus ſatis eue-
nire dicitur quãdo reſtituitur dos filio quam
donatio propter nuptias concomitatur ve-
luti acceſſoria ad dotem.

22 Non denique extrema ratio facit,quoniã
huic rectè reſpondit Becci. citato conſil. nu.
23.verſi. Non † obſtat,quod eadem æquitas
quę militat in dote, & in donatione propter
nuptias,quæ aliquando pro oneribus matri-
monij poſsit deſeruire marito ad inopiam
vergente vt ille latius proſequitur: Addo
ipſe quod licet promiſsio marito facta non
ſit cum ſolum de dote pactio inita fuerit, ta-
men quia in dote dicta in donatione prop-
ter nuptias repetita intelliguntur, promit-
tendo pater dotem reſtituere & donationẽ
illam in conſequentiam promiſit. hæc quæ
de patre dixi ad maritum protrahenda ſunt
qui dotem vxori reſtituere promiſit in om-
nem euentum etiam extantibus filijs vt ex
communi deducit Surd.d.conſ.164.nu.14.

## SVMMARIVM.

*1 Pactum in capitulis matrimonialibus contra-
ctum quod vxore ſine liberis decedente ma-
ritus certam datæ dotis portionem lucretur,
an mora mulieris in non ſoluendo comiſſa,
ipſa interim moriente maritus dictam por-
tionem lucretur.*

*2 Argumentum de pacto ad ſtatutum vali-
dum.*

*3 Interpretatio ſtricta ſit in pactis ſicut & in
ſtatutis.*

*4 Statutum in dote data loquens in dote confeſſa-
ta locum habet.*

*5 Mora debitoris creditori nocere non debet.*

*6 Mora interueniente conditio dicitur adim-
pleta.*

*7 Solutio perfecta dicitur quo ad eum qui ipſam
impedit.*

*8 Mora committitur in dote per lapſum diei.*

*9 Interpellatio expreſſa vel tacita requiritur vt
mora committatur.*

*10 Vſuræ dotales ex mora irregulari deben-
tur.*

*11 Maritus portionem dotis non lucratur vbi
mora nulla imputari mulieri poteſt quia
dotem non ſoluit.*

*12 Actionem qui habet rem habere videtur.*

*13 Mariti negligentia vxori nocere non debet.*

*14 Alimenta vxori non debentur vbi dos nõ ſol-
uitur, ſiue dos fuerit promiſſa ab ea ſiue ab
alio.*

*15 Vxor quæ dotis partem ſoluit, pro rata dona-
tionem propter nuptias lucratur.*

*16 Dos mulieri promiſſa ipſius contemplatione
& non alterius promiſſa cenſetur.*

## QVÆSTIO. XXXXIIII.

*PACTVM IN CAPITVLIS
matrimonialibus contractum, quod
vxore ſine liberis decedente maritus
certam datæ dotis portionem conſequa-
tur: An mora mulieris in non ſoluendo
comiſſa, ipſa interim moriente maritus
dictam portionem lucretur.*

1 NON ſperrenda † quæſtio ſe-
quitur, an pactum inter mari-
tum & vxorem conuentum vt
ea ſine liberis prædecedente
maritus datæ dotis aliquã por-
tionem lucretur: num ſi dos data non ſit
culpa mulieris, quæ in mora fuit,an nihilo-
minus maritus portionem lucretur, ac ſi da-
ta fuiſſet. Videtur enim non eam poſſe lu-
crari maritum.

2 Primo † quia validum eſt argumentum de
pacto ad ſtatutum & conſuetudinem l. fina.
vbi Barto.id docuit poſt Bal.Salice. Angel.
& poſteriores C.de fideiuſſo. Euerard.loco.

89.in topicis ſuis Iaſ.in l.fina.nu.3.ff. qui ſa-
tiſ.cogan.Surd.tract.de alimen.tit.1. quęſt.
42.nu.29.Gail.li.2.obſerua.78.nu. 3.& ob-
ſeruatio. 80.nu. 13.vbi loquitur in terminis
noſtris de pactis dotalibus & dotium lucris.
At in terminis ſtatuti deferētis lucrum ma-
rito dotis datę vel receptæ, ex communi &
magis recepta opinione is non conſequitur
lucrum prædictum vbi dos non fuit recepta
vel data realiter, cum verba ſtatutorum ſint
ſtricte interpręṫanda,& ideo niſi in data do-
te non poſſunt verificari §.penul.in auth. de
non eligen.ſe.nuben.Barto.in l. iubemus §.
ſanè de ſacro.Eccleſ.Bal.in l.fina.C.de dot.
promiſ.Paul.de Caſ. in d.l.iubemus, & in l.
ſi mulier de condi.inſtitu.idem in l. peculiū
eſt, per illum tex. in verbis, *re enim & non*
*verbis peculium augendum eſt*, ff. de penul.
idem Pau.de Caſt. Alex.& Iaſ. in l.ſi dona-
turus §.1.de cond.cau.dat. vbi Alexan. hanc
aſſerit communem. Et ex Aretin. Matheſil.
Tiraq.Ruin.& alijs repetit communem Ro-
lan.tract.de luc. dot. quæſ.6.num.4. decidit
Guid.Pap.deciſ.274.nu.1.cum ſeq.Benedi.
in cap.Raynuncius,verbo & vxorem nu. 62.
de teſta.Boeri. deciſio.22.Anton. Capi.de-
3 ciſ. 176. vnde † cum ius hoc ſeruetur in ca-
ſu ſtatuti,& itidem in pacto ſeruandum cum
in pactis ſicut in ſtatutis ſtricta debeat fieri
interpretatio, & quod in his omittitur pro
omiſſo habendum ſit. l. quidquid ſtringendæ
de verbo. obliga. l. quæritur de ſtat. homi.l.
hoc legatum de lega. 3.l. 3.de nego. geſt.&
neque ſit extentio de vno caſu ad alium,l. ſi
extraneus de con.ob.cau. l.ſi cum dotem in
princi.ff.ſolu.matrimo.etiam in dote vt tex.
hic extremo relatus decidit vbi Alex. num.
14.Oſaſ.deciſ. 24.nu. 48. & alij multi quos
longa ſerie recenſui hoc li.quæſ. 31.in prin-
cipio.ſic fiet vt cum pactum dotale de dote
data loquatur vbi data non fuit, effectus pa-
cti ceſſabit.

Contraria tamen ſententia verior eſt,quā
tenuit expreſsim Bald.in ſtatuto loquens in
4 conſ.333.li. 4.qui egregie † reſpondit quod
ſtatutum loquens in dote data, habet locum
in dote confeſſata data mora debitoris. idē
Bal.in l.fina.col.1.C.de do.promiſ. vbi ra-
5 tionem reddit, † *ne inquit mora debitoris*
*noceat creditori* contra l. iniquiſsimum ff. de
iur.& fac.igno.idem Bal.conſi.467.li.4.reſ-
pondit ſtatutum de lucro dotis perceptæ lo-
quens, habere etiā locum in dote promiſſa,
data mora vxoris: Barto. itidem conſi. 131.
cōſuluit ſtatutum ciuitatis Eugubij quo cau-
tum fuit vt vir tertiam partem dotis receptę
lucretur,quod lucrabitur etiam tertiam par-
tem dotis promiſſæ vbi mulier in mora fuit
6 dotem ſoluendi, † quoniam data mora per-
inde eſt ac ſi dos ſoluta foret,& conditio ſta-
tuti dicitur adimpleta l.labeo ſcribit ſi mihi
bibliothecam de contrac.empt.l.in exequu-
tione §.fina.de verb.obli.& ait eſſe gloſ.ex-
preſſam in §.penul.in auth.de non eligen.ſe.
7 nuben.in gloſ.magna † cum ille per quē ſtat
quominus ſolutio habeatur pro perfecta,
perfecte fieri quoad iuris diſpoſitionem cē-
ſeatur etiam vbi vere & realiter requiritur,
quando per moroſum ſtat quominus fiat;
eſſet enim aliter melioris conditionis mo-
roſus debitor quam qui diligens in ſoluēdo
fuiſſet contra diſpoſitionem tex.in l.non ſo-
lum ff.de noxa.actio.l. ſeruus ff. quod vi aut
clam & hanc poſt Angel. & alios ab eo rela-
tos aſſerit communem Alex. in l. ſi donatu-
rus §.fina.ff.de condi.cau.dat. & poſt Areti.
Alex.Crot.Afflic.Boer.Ruin.&Capi.refert
communem & veram Roland.tract. de luc.
dot.quęſ.7.nu.3.vbi & alijs eandem opinio-
nem probat rationibus.Eandem ſententiam
ſequitur Phanu.in commen.de luc.dot.verb.
reſtituenda,nu.35.Surd.tract.de alimen.tit.
1.quæſ.42.nu. 55.idem Surd.qui alijs com-
probat exemplis eodem trac.tit.1.quęſ.32.
num.17.18.19. cum igitur eadem ipſa ratio
quam ſupra citati interpretes in ſtatuto ad-
duxerunt,ſcilicet odium moroſæ vxoris do-
tis debitricis militet & in pacto, ius idem
conſtituendum fore cenſeo.

8 Cæterum † quando mora dicatur comiſſa
inquirere oportet, an eo ipſo quod maritus
incipit ſuſtinere onera matrimonij, vel poſt
lapſum diei ad ſolutionem dotis præfixę: &
Bart.d.conſ.131.in terminis dicti ſtatuti re-
ſoluit morā committi per lapſum diei doti
præfixę; non cum incipit onera matrimonij
ſuſtinere. Latius id ipſum proſequitur Paul.
de Caſ.in l.iubemus §.ſane C.de ſacr.Eccl.
Soci.in l.de diuiſione 2.col.ff. ſolu. matrim.
9 requiritur † ergo iuxta ſup.citatos authores
interpellatio expreſſa,vel tacita per lapſum
diei ad ſolutionem ſtatutæ:hoc ipſum ſenſit
glo.in d.l.de diuiſione quatenus docuit mo-
ram irregularem non ſufficere quoad defe-
rendum lucrum dotis ſtatuti, ſed regularem
oportere ſequuntur Iaſſo.Crot.Ruin.& alij
quos refert Rolan.trac.de luc.dot.q.8.nu.1.
ad finem,vbi addit ab hac opinione tamquā
magis cōmuni & vera non eſſe recedendum.
Phanu.in cōmen.de lu.dot.verbo reſtituēda
n.37.Surd.trac.de alimen.tit.1.q.42.n.134.
10 quāquam † fateantur ſup. relati interpretes
quoad vſuras dotales ſeu intereſſe ſufficere
moram hanc irregularem, quamquam aliqui
diſſentiant vt refert Surd.d. quęſ.nu.133.

11 Declara † prædictam cōmunem opinionē
vt non procedat quando alius pro vxore do-
tem promiſiſſet pater, conſanguinei, vel af-
fines, nam eo in caſu data mora in non ſol-
uendo dotem cum nulla vxori culpa tribui
poſſet, conſequenter nec in mora diceretur,
quo ad hoc vt maritus lucrari dotem vel il-
lius portionem poſſet in vim pacti vel ſtatu-
ti:ne mora vel delictū alterius vxoris patri-
monio noceat, ſic reſpondit Corne. conſil.
245.col.4.li.2.Boeri.deciſ.22. quem refert
& ſequitur Ranchi.in additio.ad Guid.Pap.
deciſ.274.quæ declaratio valde notanda eſt
ſi tamen vera, Corne. mouetur duabus ratio-
nibus quas & Ranchi. adfert eo non citato.
12 Prima † quoniam cum maritus actionem ha-
beat contra patrem vel fratres dotem pro-
mittētes videtur dotē ipſam habere l. nemo
videtur de in.iur.reſti.l.rem in bonis de ac-
quir.rer.domi.l.qui actionem de re. iur. Se-
13 cunda, † quia negligentia mariti circa dotis
exactionem non debet vxori nocere,cum vt
in regula iuris eſt culpa ſua ſibi nō alteri no-
ciua eſſe debeat: Cæterum duæ hæc rationes
fragiles ſunt,nam primæ reſpondetur, multo
minus eſſe actionem habere quam rem l.mi-
nus eſt de reg.iur. Rurſus propoſitio illa in-
telligenda eſt vt non vere rem habeat, qui
actionem habet ſed ficte vt declarant Deci.
nu.4.& poſt cum Cagnol.in d. l. qui actionē;
& procederet hæc ratio ſi vera eſſet vbi vxor
ſola promiſiſſet. Secundæ reſpondetur ne-
minem cogi agere ſi nollit vt declarant om-
nes citati authores, vnde nulla marito culpa
tribui poteſt.

Cōtrariam igitur opinionē tenuerunt mul-
ti, quod etſi dos non ab vxore promiſſa ſit
adhuc ſit locus ſtatuto, vel pacto, & eadem
ipſa moroſa dicatur Bald.in l.quod in vxorē
14 nu.10.de nego.geſt. Co. is ibi docuit † ali-
menta non eſſe præſtāda vxori ſiue dos fue-
rit promiſſa ab ea ſiue à patre vel alio quam
diu marito non ſoluitur ſequitur illic Caſtr.
nu.4.Alex.n.3.Salice. in fine Guid. Pap.de-
ciſ.439.in principio Pala.Rub. in c.per veſ-
tras notabi.3.de dona.int.vir.& vxo.Dida.
in Epito.de ſponſa.p.2.ca.7.n.2.Ruin.conſ.
144.nu.16.Surd.tract.de alimen.tit.7.quęſ.
17.nu.34.quo loci & Natt. citat conſi. 258.
15 in principio † dicentem vxorem quæ ſoluit
partem dotis, lucrari donationem propter
nuptias tantū pro rata dotis ſolutę, ſiue fuiſ-
ſet à patre vel extraneo promiſſa ſiue à ſe
ipſa;& hanc opinionem dixit habere plures
authores Surd.ibidem verſi. Quod ſi placet;
Rationem huius traditionis reddidit Salice.
16 vbi ſup. quoniam † ſiue dos ab vxore pro-
mittatur, ſiue à patre vel extraneo, ſemper
datur contemplatione vxoris & vt illius ſit
proprium patrimonium, vnde cum ſua ſit,
moroſa vxor dicetur etſi ad alium onus ſol-
uendi ſpectet.



SVMMARIVM.

1 *Pactum legis comiſſoriæ in matrimonij con-*
*tractu adiectum an fauore dotis vel mulie-*
*ris admittatur.*
2 *Pactum legis comiſſoriæ dupliciter concipitur.*
3 *Pactum legis comiſſoriæ proprie fit, cum con-*
*tractus in futurum euentum eſt ipſo iure*
*reſoluendu.*
4 *Pactum legis comiſſoriæ improprie fit, quan-*
*do per verba obliqua & inflexa concipi-*
*tur.*
5 *Pactum legis comiſſoriæ fieri dicitur quando-*
*cunque conſtat de animo creditoris volentis*
*vt lapſo die ſolutionis res ſibi in ſolutum*
*remaneat.*
6 *Pactum legis comiſſoriæ in pignoribus repro-*
*batum.*
7 *Pactum quo debitor promittit vendere vel in*
*ſolutum dare reprobatur.*
8 *Pactum legis comiſſoriæ in venditionibus li-*
*citum.*
9 *Decipere ſe ipſos in venditionibus licet vſque*
*ad dimidiam iuſti precij.*
10 *Dotis fauor multiplex in iure.*
11 *Pactum alias vſurarium fauore dotis ſuſti-*
*netur.*
12 *Pactum legis comiſſoriæ in pignoribus cur re-*
*probetur.*
13 *Exceptio non numeratæ dotis maritis confite-*
*tibus datur.*
14 *Pactum legis comiſſoriæ quod tendit in vtili-*
*tatem alterius quam creditoris valet.*
15 *Pactum legis comiſſoriæ fauore dotis ex ali-*
*quorum ſententia ſuſtinetur.*
16 *Text.in l.quamuis ff.de ſolutio.declaratur.*
17 *Communis diſtinctio reiecta.*
18 *Ratio communis improbatur.*
19 *Dotis fauore, quæ ſpecialiter reprobata ſuerunt*
*a lege, non ſuſtinentur.*
20 *Viri vt plurimum vxores ſuas decipere ſolent.*
21 *Tempus præſens ſpectatur, ad contractum lici-*
*tum iudicandum.*
22 *Pactum legis comiſſoriæ iuratum an valeat.*

## QVÆSTIO. XXXXV.

*PACTVM LEGIS COMISSO-*
*riæ nec fauore quidem dotis vel mulie-*
*ris in matrimonij contractu adiectum*
*valet, & quando ſuſtineatur vtiliter*
*declaratur.*

1 NON admodum † facilis quęſtio
eſt, an in contractu matrimonij
initum pactum legis comiſſoriæ
valeat nec ne: & cū quæſtio hæc
frequens ſit, nec per noſtros explicite ſa-

tis tractata diligenter nunc excutienda
erit : Ne autem † per terminos igno-
2 tos procedamus, ſciendum pactum legis co-
miſſoriæ dupliciter cōcipi poſſe vere & pro-
prie, tum & improprie: Proprie † concipitur
3 cum contractus in futurum euentum eſt ipſo
iure reſoluendus: veluti quando dicitur, niſi
integrum prætium ſolueris intra quindecim,
res ſit inempta l.4.ff.de l.commiſſo.Conna.
in cōmen.iur.ciuil.li.7.ca.9.Riminal.conſil.
285.nu.75.Neguiſan.tract.de pigno.4.part.
4 num.1. & 2.cum ſequen. † Improprie con-
cipitur quando fit per verba obliqua & infle-
xa, veluti ſi dixerim ſi intra menſem non lu-
cro pignus poſsis illud pro te capere; vel ce-
det ſi volueris in commodum tuum: hoc di-
citur pactum l.commiſſoriæ improprium. ſic
docuit Neguſan.d.loco.vbi diſcrimen etiam
& differentias inter proprium, & impropriū
conſtituit. Sed neq. ſufficit quod ſimpliciter
dicatur actum fore ipſo iure nullum, niſi ver-
ba formaliter ſecundum pactum l. comiſſo-
riæ concipiātur vt poſt Ruin.conſil.32.num.
15.lib.1.docuit Seraphi.tract.de viror. iura.
priuileg.131.ad finem.

5 Demum † pactum l. comiſſoriæ dicitur,
quandocunque conſtat de animo creditoris
volentis vt lapſo die ſolutionis res ſibi in ſo-
lutum remaneat tranſlato in eum dominio
glo.in l.1.C.de pact.pigno.glo.in cap.1.vbi
Bal.nu.3.de feud.dat.in.vim.l.comiſſo. Pa-
ñol. in cap. ſignificante.vbi poſt eum omnes
de pigno.Neguſan.in d.part. 4.in principio
Iaſſo. in l. qui Romę num.24. de verb. ob-
liga.Gabri.conſi.74.num.26.libr. 1.Medic.
trac.de acquir. poſſeſsi.1. part.gloſ. 2.num.
338.

6 Pactum vero † l. comiſſoriæ eſt omni
iure improbatum in pignoribus l.fina.C.de
pact.pigno.ca.ſignificante de pigno.ſiue fue-
rit proprie vel improprie cōceptum l. 1.vbi
Barto.Bal.Angel. Sali.& poſteriores C. de
pact.pigno.Neguſ. qui hanc conſtituit regu-
lam tract.de pigno.4.part. nu.2.fusè Tiraq.
tract.de retract.conuentio. in fine num.118.
7 Bero.conſi.204.num.14.lib.1.Hinc † illud,
vt & pactum l.comiſſoriæ inutile ſit, quando
quiſpiam nedū paciſcitur quod pignus emp-
tum ſit, vel in ſolutum datum, ſed & vbi de-
bitor promittit vēdere vel in ſolutum dare.
gloſ.1.in d.l.1.C.de pact.pigno.Barto. Bal.
Angel.& Tiraq.ſup.citati.Dida.varia.reſol.
li.3.ca.2.n.8.Lup.in cōmen.de vſur.cōmen.
8 2.n.13.in † venditionis autem contractu tali
pactum non improbatur; ratio enim quæ in
pignoris conuentione militat, in venditione
ceſſat; ea eſt in pignore quoniam pignus mi-
nori prætio ſemper concedi ſolet, in emp-
tione iuſtū fere ſemper prętium intercedit.
Tum in pignoris conuentione ſi hoc liceret
pactū, ob ſpem ingentis lucri nullus mutua-
9 ret niſi eo pacto adiecto. Tertio † quoniam
ratio quæ in venditione obtinet vt liceat ſe
ſe inuicem decipere vſq. ad dimidiam iuſti
prætij l.2.C.de reſcind. vendi.in mutuo vel
pignore, illicita eſt ob turpem vſurarum ſuſ-
pitionem. Quæ in venditione ceſſat. ſic gloſ.
cenſit in venditione loquens in rubr. ff. de l.
comiſſo.Hoſt.Panor.& cæteri in c.ſignifi.de
pigno.Bart.Bald.Sali.& alij in l.comiſſoriæ
C.de pact.inter emp.& vendit. compo. Ti-
raq. qui alios multos citat. tract.de retract.
conuen.in fine n.122.Neguſ.tract.de pig.4.
p.in princi.Dida.d.ca.2.nu.8.Crauet.conſi.
145.nu.18.Burſat.conſ.320.nu. 114. Gabr.
conſi.74.nu.23.li.1.Seraphi.trac.de vi.iura.
priui.131.nu.1.Lup.cōme.2.de vſur.nu. 16.
Decian.reſpon.2.nu.187. li.1.multos caſus
adiungit & declarat erudite Meno. tract. de
adipiſ.poſſeſ.reme. 5.n.39.Ioan.Baptiſ.Aſ-
ſini. tract.de executio.cap.336.num.1.& ſe-
quen.aliqua.Surd.deciſio. 248.a nu.1. Vin-
cen.de Fran.deciſ.355.nu.3.par.2.

Cæterum an pactum l. comiſſoriæ fauore
dotis ſuſtineatur inquirendum eſt; quā quæ-
ſtionem pauci ex ſupra relatis tractarunt.
10 Videtur imprimis † valere fauore dotis &
mulierum quibus innumera fuerunt conceſſa
priuilegia, quę noſtri recenſent in l. 1. ff. ſo-
lut.matrimo.& paſsim vbique.

11 Addo quod † ſi fauore dotis licet paciſsi
aduerſus regulas iuris communis quod inte-
rim donec dos ſoluitur certum quid impen-
datur marito annuatim loco intereſſe, vt mul
tis docui hoc libro quęſ.28.neq. huiuſmodi
pactum quod in cæteris vſurarium foret, in
contractu matrimonij improbatur. ca.ſalu-
briter de vſur.cum alijs à me dicta quæſtio.
adductis: certè & licere debet in pignore ea-
dem ratione: vt enim in ſuperiori vſurarum
ſuſpitio tollitur quia maritus ſuſtinet onera
matrimonij, eadem ratio efficere debet vt
in hac ſpecie pactum vſurarium dici non
poſsit.

12 Tertio ſuaderi † hæc opinio poteſt, quia ra-
tio potiſsima vt modo dixi qua moti fuerūt
legiſlatores ad improbandū pactū l. comiſſo
riæ in pignoribus eſt, quoniam debitores pe-
cunijs indigentes, faciles ſe præſtabant ad
conſentiendum tali pacto, ex quo reſultabat
ipſis maximū commodū & læſio grauiſsima
debitoribus qui poſtea in termino redimere
pignus non poterant, cū vt plurimū ſemper
detur pignus valens plus debito continebat
igitur magnā iniquitatem: At hæc ratio ceſ-
ſat in dotis promiſsione, cum vt plurimum
magis mariti pactis adhærebant fauorabili-
bus & magis vtilibus vxoribus quā ſibi, dixit
Cyn.



Cyn.poſt Petrum de Bella.porti.in l.in con-
13 tractibus C. de non nume. pecu. Et ideo †
iura ſtatuerunt propter hanc rationem, vt vi
ris facile confitentibus dotis numeratio-
nem, exceptio non numeratæ dotis detur. vt
Cyn. ibi. Quam etiam rationē conſiderauit
Bal.Nouel.tract.de dot.p.6.priui.54.nu.3.
14 Quarto † pactum l.cōmiſſoriæ quod ten-
dit in vtilitatem alterius quā creditoris va-
let l.fina.in prin.ff.de cont.empt. Nouel.d.
priui.54.in fine Dida. poſt multos ab eo re-
latos d.ca. 2. num. 7.& 8.Meno. d.reme.5.
num.40.verſic.Primus caſus. & alij multi ex
ſupra citatis quos prætereo. At pactum hoc
tendit magis ad vtilitatem vxoris quam vi-
ri, ad quam tandem dos eſt reuerſura, igitur
validum cenſendum.

Quinto loco adducitur tex. in l. ita conſ-
tante ff.de iu. do. quem adducit in hanc ſen-
tentiam Bal.in cap. 1.num. 4.de feu. dot.in
vi. l. commiſſo.

15 Extremo † prefatam ſententiam tenuerūt
Bal.in d.ca.1.nu.4.de feu.da. in.vi. l.cōmiſ.
quem ſequitur ibi Afflic.num.5. Bal.Nouel.
tract. de dot. dicto priuilegio 54. Caballi.
tract.de vſur.quęſ.54. nu.374. Lup.in com-
men.2.de vſur.num.19.quos ſequitur & re-
fert Surd.deciſio.248. nu.13.in fine. ij qui-
dem fatentur fauore dotis ſaltim dādæ ma-
rito pactum hoc ſuſtineri, quam quā omnes
ſup.adductas rationes non adferant.

Contrariam opinionem tenuit Neguſan.
tract.de pigno.4.par.in princi. nu.2. Sebaſ.
Medi.tract.de acquir.poſſeſsio.1.part.gloſ.
2.num. 238.vt nec fauore dotis dandæ ma-
16 rito valeat.ex † text.in l.quamuis ff.de ſolu-
tio.quo in tex. aperte deciditur non valere
pactum l.cōmiſſorię dotis fauore, vnde vult
tex.vt poſsit vir offerre pecuniam pro dote
non obſtante huiuſmodi pacto. Ad hunc tex.
dupliciter reſpōderi poteſt. Primo ſecundū
glo. Bart.& aliorum intellectum ibi magis
communem, in eo text.fuiſſe pactum illud l.
comiſſorię celebratum ex interuallo poſt
habitam dotem & non à principio, quo caſu
licet valeret ad retinendum, ſi creditor pig-
nus poſsideret iuxta tex.in l. Titius ff.de ac-
quir.poſſeſ. & l.2. C.de pact. pigno. tamen
ad agendum non prodeſt creditori dict. l.
quamuis; & ita intellexerunt eam vt dixi.gl.
Barto. & communiter doctores quos refert
& ſequitur Meno.d.reme.5.num.42. verſic.
Tertius caſus.vbi ex Alexan.Panormi.Guid.
Rip.Neguſan.Neuiz.Dida.& alijs commu-
nem dixit; quibus addo.Corne. conſil. 256.
lib.1.Seraphi.tract. de viri. iuramen. priui.
131.num.3.ad medium; quamquam & ab ea
diſſentire quoſdam referat Menochi. Se-
cundo Reſpondetur text. loqui in dotis reſ-
titutione quæ fit vxori marito mortuo, ca-
ſus noſter in donatione quę fauorabilior eſt,
& in ea deficiunt rationes infirmantes pa-
ctum l. commiſſorię vt dixi ſuperius. Cate-
rum aduerte; vt & ante me aduertit Nouel.
d.priui.54.dicere text.in dict.l.quamuis lo-
qui de pacto ex interuallo facto fore diuina-
17 re admodum ad illum text. Addo † quod
communis illa ratio interpretum diſtinguen-
tium inter donationem & reſtitutionem do-
tis videtur falſa; cū dotis reſtitutio ſicut con-
18 ſtitutio pariter ſit priuilegiata, vnde † & diſ-
poſitio tex. in auth. res quæ, C. commu. de-
lega. in conſtitutione dotis loquens ad reſ-
titutionem ab omnibus extenditur, ſecundū
glo. communiter receptam in dict. auth. res
quæ, quam dixit communem Anna.conſ.61.
eam ſequitur Bart.ibi Iaſ.nu.29. Curti.iuni.
nu.11.Et cōmunem Padill.ibi.nu.47. Dida.
li.3.reſo. cap.6.nu.10. Molin.qui multos, de
primo.Hiſpa.li.4.cap.6.nu. 7.Craſ. in §.fi-
deicommiſſum quęſ.57.nu.4. & magis com-
munem alijs adductis Surd. deciſi. 62.nu.1.
Pereg.tract.de fideico.arti.42.nu. 81.vbi in-
numeros refert.Petra.tract.de fidei. quæſ.8.
nu.330.& nu.349.vbi & communem. Vnde
ſi quiſpiam in contrariam ſententiam ire cu-
piat rationibus à me adductis facile reſpon-
dere poterit.

19 Non prima † officit, quoniam dotis fauor
non tantum poteſt vt quæ ſpecialiter à lege
reprobata ſunt illius cauſa valeant, niſi ex-
preſsim id lex induceret & exprimeret ad
notata per omnes in d.l.1.ff.ſolu. matrimo.
nullibi autem legitur dotis fauore valere pa-
ctum l.comiſſoriæ.

Neq. ſecundum quoniā quod certum quid
pro intereſſe datur donec dos ſoluitur à iure
ſit approbatū, id factum fuit vt facilius ma-
riti poſſent ſupportare onera matrimonij d.
ca.ſalubriter.& potuit hoc ex cauſa prædicta
ius ſtatuere, at ratio onerum matrimonij ni-
hil facit ad caſum de quo agimus, quoniam
ſiue cedat inſolutum res data in dotem, vel
non quomodocunque maritus poteſt lucrari
interim fructus dotis vel intereſſe, vbi in pe-
cunia data fuiſſet. Pręterea id expreſsim à
iure fuit ſtatutum, in hac ſpecie nullibi lici-
tū pactū l.comiſſorię legitur dotis fauore.

Non tertia; quoniam & multi alij ſunt non
tam faciles vt credit Cyn. vt votis & mulie-
rum conuentionibus & voluntati obſequan-
tur; id eo tempore eſſe potuit, nunc conuer-
ſo ordine agitur in quo iniquitas & malitia
20 abundat, † cum non aliud quærant viri quā
mulieres decipere, vnde ſicut maritis ſubue-
nerunt aliquando, ſic mulieribus deceptis &
leſis Afflic.deciſ.21.nu.13.& deciſ.283.nu.
1.Caualca.tract.de tuto. & curato num.157.

158.cum ſequen. Becci. conſi. 42. Surd. deciſio. 287. num. 8.& ſuo loco dicetur.

Quarta etiam ratio non obſtat, quoniam quod pactum tendat in vtilitatem mulieris ad quam poſt modum dos eſt reuerſura; non poteſt conſiderari in hac quęſtione; cum ſępius ex ſtatutis, vel pactis mariti lucrentur
21 dotes, vel aliquas earum portiones; tum † quia an pactum hoc licitum ſit necne tempus præſens ſpectamus non futurum, quod ad iudicem non pertinet l.non quemadmodum vbi docto.ff.de iudi. l.1. §. ſocius ff. de vſur.

Neque quinta ex l. ita conſtante de ſumptum, non enim ille text. quidquam facit; vt conſiderauit Nouel. vbi ſup.non enim dicit quod res illa quæ permutari poteſt, vt ſit in dote loco pecuniæ fuerit res in pignus data pro eadem, quo in caſu dubitari poſſet an valeret conuentio necne: vnde cũ nihil decidat ab ea argumentum ſumi non poteſt. Cæterũ à communi opinione recedendum non eſt.

22 Maior dubitatio † ſequitur an pactum huiuſmodi l.comiſſoriæ iuratum valere debeat vbi appoſitum fuit iuramentũ quando pignus à muliere traditum fuit. Et licet doctores aliquando variauerint, vera tamen & cõmunis reſolutio eſt, vt iuramentum non validet pactum l. comiſſorię, bene tamen efficit, vt interim donec ab eo abſolutio petatur, ſit ſeruandum ita gloſ.fina.in d.cap. ſignificante de pigno. vbi Panor. & Cardinal. Barto. in l. ſi quis pro eo in principio ff. de fidei.Guid.Pap.deciſi. 6.Neguſan. qui alios tract.de pigno.4.par.nu.3.amplia.3. Gabri. conſ.74.nu.23.28.lib.1.& relatis multis dixere communem nouiſsimi Surd.deciſi.268. nu.21.Aſsim.tract.de exequutio.cap. 386.a nu.1. Seraphi. tract. de viri. iuramen.priui. 131.a nu.1.Gutier.tract.de iuramen.confirma.cap.33.num.1.& per totum.

## SVMMARIVM.

1 *Mulier bona ſua in dotem dare promittens, an bona omnia promiſiſſe videatur.*
2 *Mulier bona ſua dare promittens omnia promiſiſſe videtur.*
3 *Baldi traditio ſingularis.*
4 *Traditio ſine titulo facta quemadmodum dominum transfert in dote.*
5 *Rolan. traditio.*
6 *Pacto ſtãte inter virum & vxorem de lucrãdo certam portionem dotis, maritus de omnibus bonis vxoris eam lucrabitur, etſi dotis conſtitutio indeſinita fuerit.*
7 *Verbum, do, dominij translatiuum eſt.*
8 *Ratio communis improbatur.*
9 *Indeſinita oratio æquipollet vniuerſali.*
10 *Argumentum validum de dote ad alimenta.*
11 *Dos non minus fauorabilis eſt quam alimenta.*
12 *Oratio indeſinita æquipollet vniuerſali in alimentis.*
13 *Mulier quæ viro dixit ſe tradere illi bona ſua in dotem, an omnia bona tradidiſſe videatur.*
14 *Dotis traditio vbi interuenit, cenſetur eo ipſo mulier omnia bona in dotem dediſſe.*
15 *Argumentum de promiſsione dotis ad traditionem validum.*
16 *Bald. Nouelli conſilium.*
17 *Traditio dotis ſimpliciter facta ab vxore, non facit, vt bona omnia in dotem dediſſe videatur.*
18 *Dotis traditio ſimpliciter facta per mulierem vbi vir maxima dote dignus erat, de omnibus bonis facta cenſetur.*
19 *Dos vltra debitum modum dari marito non debet.*
20 *Statuto ſtante de lucro dotis conſequendo per maritũ, illud maritus lucratur in dote ſimpliciter tradita, in qua veniunt bona omnia, vbi maritus tali dote dignus erat.*
21 *Opinio communis reprobatur.*
22 *Authoris opinio.*
23 *Ratio vna vbi militat pro expreſſa habetur.*
24 *Argumentum ab æquiparatis non procedit data ratione differentiæ.*
25 *Matrimonium ſine dote eſſe poteſt.*
26 *Verbum do, tibi bona mea in dotem, & verbum aſsigno tibi me, & bona mea in dotem dominij, translatiua ſunt.*

## QVÆSTIO. XXXXVI.

*VXOR QVAE IN CONTRActu matrimonij dare bona ſua marito in dotem promiſit: An his ipſis verbis bona ſua omnia in dotem dediſſe videatur.*

1 CVM nulla dotis † mentio in contractu matrimonij facta eſt dubitari ſolet, an mulier bona ſua omnia in dotem dediſſe videatur. Quęſtio hæc ad inſtitutũ tractatus noſtri non pertinet, in quo de pactis tantum dotalibus agimus. Hanc autem queſtionem egregie & accurate certè tractauit nouiſsimè Menochi.lib.præſump.3.præſump.6.a num.1.cui fere nihil addi vel detrahi poteſt, & poſt eo non relato breuiter tamen Gail lib.obſeruatio.2.obſerua. 82.a nu.1.Viui. deciſ.289. nu.46.& nouiſsimè in hac facti ſpecie erudite quidem reſpondit Surd.conſ.94.nu.1.cum ſequen.lib. 1.vbi ad vtramq. partẽ agit & coniecturas ſcribit quibus in dotem mulier bona ſua omnia dediſſe præſumatur, & in ſingulari caſu idẽ Surd. conſ.397. à num.24.lib.3.

2 De hac igitur † nihil dicam cum de nullo pacto diſputetur: vnde cum paciſcitur vir cũ vxore, vt ei bona ſua in dotem det, vbi non omnia dictũ fuit expreſsim, videndũ an cõuentione ſic inita, bona omnia mulier in dotẽ dediſſe marito videatur: quã quæſtionem etſi quotidianã breuiſsime tetigit Menoch. vbi ſupra nu.84.85. quæ tamen non modica indiget diſcutione. Igitur in ſpecie noſtra vbi mulier cũ marito cõuenit, & ei promiſit bona ſua dare, omnia dediſſe & in dotẽ aſsignaſſe cẽſetur. ſic docuit Bal.in l.nulla n.2.C. de iur.doti. idẽ Bal.in l.fina.n.10. C.de ſen. quę ſine cert.quan.profe. Roma.conſ.44.nu. 4.& ante eos omnes Bart.in l.quod autẽ per illũ text.de iur. doti. Alex.conſ. 144.lib.1. Rolan.in tract.de luc.dot. quæſt.72.num.1. Phanu.in commen.de luc.dot. glo.10.n.46. Meno.d.præſu.6.num.84.

3 Vnde † dixit Bal.ſingulariter in d.l.nulla & in d.l.fina.quod ſi in inſtrumẽto dotali cõtineatur quod N.contraxit matrimonium cũ Berta & ei Berta dedit bona ſua, quod eo ipſo his verbis intelligũtur bona omnia Bertę data in dotẽ viro ſuo.citat tex.in d.l.quod
4 autẽ ff.de iur.doti. quia † inquit traditio ſine titulo quæ non eſt mœra traditio; ſed translatiua dominij cenſetur facta ex titulo dotis: Eadem ferè verba repetit Bald. in d. l.nulla; nam (inquit) ſi Berta dat ſe & ſua viro nec ſit expreſſus titulus dotis, præſumitur dediſſe bona omnia ſua nomine dotis, quia vſa fuit mulier verbis ſignificantibus ius ſcilicet cauſa dotis, & citat eundem text. in d.l. quod autem. omiſſa ſuppletione gloſæ ibi in verbo datione, quæ diuinatiue voluit quod in eo tex. actum fuerat inter partes quod eſſet dos.

5 Ex hac Baldi † & communi reſolutione intulit Rolan. d. quæſt.72. in extremis verbis, ſtante ſtatuto deferẽte lucrum dotis marito, quod & in hac ſpecie illud conſequeretur, cum his verbis bona mulieris in dotem ſint conſtituta: ſimiliter & ad inſtitutum tra-
6 ctatus noſtri infertur, quod † ſtante pacto inter coniuges de lucrando certam portionem dotis, maritus itidem in hoc caſu lucrabitur, cum verè dos illis verbis marito data cenſeatur. Cæterum aduerte ad rationem qua communis mouetur opinio; quia aiunt, vbi mulier dicit: *do tibi & mea in dotem*; pro-
7 fert vxor verba dominij translatiua; quia † verbum, *do*, hoc importat iuxta text. in §. ſic itaq. diſcretis vbi Iaſſon. & cæteri inſtit. de actio. conſequenter bona omnia in dotem
8 dediſſe videtur: Ratio † hæc etſi placeat quo ad translationem dominij quia verba vim habent transferendi illud in maritum, tamẽ quod illis verbis cẽſeatur dediſſe omnia bona ſua in dotem nõ rectè ſequitur. Neq. etiã hoc probat text. in d.l.quod autem; vnde verius mihi videtur aliam cum ſuperiore ta-
9 men adiunctam rationem dari poſſe; quia † ſermo mulieris promittentis viro in dotem bona ſua, indiffinitus eſt, at indeſinita æquipollet vniuerſali, tam in teſtamẽtis quam in contractibus. gloſ.in cap.vt circa de electio. in 6.l.ſi pluribus vbi Barto.de lega.2.l.ſi ita relictum eo.titu. Alex.conſ.26.num.4.lib.4. Tiraquel.tracta.de retract.§.1.glo.13.nu.1.
10 Ruin.conſ.34.num.3.lib.2.Sed † & cum de dote ad alimenta & è contra validum ſit argumentum, cum dos detur mulieri loco alimentorum l. vbi adhuc C.de iur. dot. & ſecundum alimenta reguletur, quia in eorum locum ſufficitur l.filiam §. Titia de condi.& demonſtra. Surd. tractat. de alimen.titul.1.
11 queſt.10. num.18. 19. Vnde † nec dos dici debet minus fauorabilis quam alimenta, reſoluit idem Surd. illo tracta.titu.1.quæſt.23.
12 num.20. Hinc † ſequitur quod cum & fauore alimentorum indefinita æquipolleat vniuerſali, etiam in caſibus in quibus aliás nõ ęquipolleret. Barto.in l.quidam hæredem nu. 1. ff.de triti. vin. & ole. lega. Surd. dict.tracta. titu.5.quæſt.1.numer.17. Ita fiet vt promiſſio mulieris promittentis ſua in dotem, de bonis omnibus intelligenda ſit: Et hęc eſt vera ratio.

13 Quid † autem vbi mulier non dixit: *do tibi bona mea in dotem*; ſed dixit: *trado tibi bona mea in dotem*; inſignis difficultas in qua, vt ex varijs noſtrorũ locis colligere potui, tres eſſe video in hac quæſtione opiniones diuerſas. Prima eorum, qui exiſtimarunt & in hoc caſu cenſeri bona omnia in dotem data. Ita Bald.in ca.1.ad finẽ titu. An maritus ſucce.vxo.in feud. qui expreſsim docuit
14 quod † vbi interuenit traditio dotis, cenſetur eo ipſo mulierem bona omnia dediſſe; & Baldum fuit ſequutus alter Bal.Nouel.trac. de dot.6.part.priui.14.num.3.mouetur Bal. Nouel.duplici ratione. Prima quoniam ſubiecta materia hoc poſtulat, ratione imminẽtis matrimonij, & illius onerum.argu.tex.in d.l.quod autem de iur.doti.& † argumento
15 ſumpto à promiſsione ad traditionem l.fin. C.ad l.falci.nam ſi promiſsio fiat inter ſpõſum & ſponſam de aliqua pecuniæ quantitate, ea quidem ex cauſa dotis facta intelligitur, etſi expreſſum non ſit d. l. quod autem l. tali illo eod.tit. vnde rectè ſequitur quod ſicut promiſsio ex cauſa dotis facta cenſetur, ſic & traditio: ſic argumẽtatur Calca.con.11. col.2.Corne.cõſ.282.nu.36.lib.1.Bal.à quo hæc

hæc fuit deſumpta ratio in d.ca.1.An marit.
ſucce. vxo. in fine. Addit rurſus & Bal. No-
uel.non obſtare ſi quiſquam obijceret,d.l.ꝙ
autem loqui in ſtipulatione, in qua promiſit
quidã reſtituere certã quantitatẽ pecuniẽ ſo-
luto matrimonio vt inde mirũ non ſit,ſi pro-
miſsio ex dotis intelligatur quantitate, cum
alia interpretatio dari nõ poſſet;cum præce-
deret dotis datio:vel(inquit)nõ obſtat ſi di-
ceretur d.l.& text. ſuppleri debere ex eo ꝙ
extrinſecus apparebat,quia ſcilicet cõſtabat
ex cauſa dotis promiſsionem illam emanaſ-
ſe vt illũ tex.poſt Bart. in diſputatio.ſua in-
cipienti: Mulier habens amplũ patrimoniũ,
&c. Alij multi intellexerunt.Nã ait Nouel.
replicando, quod primus intellectus diuinat
ad illũ tex.ſecundus vero nõ conuenit titulo
ſub quo poſitus eſt,contra tex. in l. impera-
tor cũ ſimilibus de in diẽ adiectio.cũ in titu-
lo de iur.doti. non de dotis reſtitutione tra-
ctetur ſed de promiſsione & dotiũ ſtipula-
16 tione:Subijcit † extremo ſe ideo conſuluiſſe
in facto, quod cum mulier tempore cõtracti
matrimonij dixiſſet viro : *trado me & bona
mea tibi*; & poſt vir cum ea longo temporẽ
ſtetiſſet,quod tunc bona omnia in dotẽ con-
ſtituta fuerunt.

Altera & ſecunda eſt opinio in totũ priori
cõtraria eiuſdẽ Baldi ſibi ipſi(vt ſæpe ſolet)
cõtrarij affirmat quod per verba ſupraſcrip-
ta nõ cenſetur vxor marito bona ſua omniá
in dotẽ conſtituiſſe in d.l.fin.C.de ſent.quæ
ſine cer. quan.profe. docuit is ibi quod mo-
17 do dixi;Et † inquit quod ſimplex & nuda trá
ditio facta per vxorẽ marito,nõ facit vt bo-
na in dotẽ data cenſeantur, etſi ea præſumi;
poſsit quod tamquã paraphernalia data ſint,
niſi ex coniecturis aliũd eliceretur:Et Bal.ſe-
quitur Alex.conſ.144.lib.5.col.2.Mouentur
quoniã nuda traditio nequit dominiũ tranſ-
ferre l.numquã nuda de acquir.rer.domi. cũ
ſimilibus:vnde cum verba apta non ſint, do-
minij tranſlatio ſequi non poteſt.

18 Tertia fuit † opinio exiſtimãtiũ,traditiõ-
ne facta per vxorẽ præcedentibus verbis ſu-
pra memoratis,vbi tamẽ maritus tali & tãtá
dote dignus eſt cenſeri eo ipſo marito bona
omnia in dotem data,ita Bal.dupliciter ſibi
cõtrarius in d.l.nulla C. de iur. doti. docuit
illic,quod vbicunq. vxor marito in aliquib⁹
rebus particularibus certã dotem non conſ-
tituit,vbi tamen is tantá meretur dotẽ quã-
tá vxor habet bona , quod ea in dotẽ conſti-
tuiſſe illis verbis videtur, aliás ſecus; præſu-
merẽtur enim tunc paraphernalia : rationis
rationẽ reddit quoniam inquit præſumptió
legis non debet adaptari ad id quod non eſt
19 veriſimile nec iuridicũ:Atqui † iuri conſonũ
non eſt quod dos detur marito vltra debitũ
modum , maximè vbi maritata foret minor
annis 25. conſequenter in dotẽ bona omnia
data non viderẽtur:Bal. ſequuti ſunt Roma.
conſ.44.nu.4.Alex.conſ.122.col.2.li.7.cõſ.
141.col.1.eod.lib.Rolan.tracta.de luc.dot.
quæſ.73.n.1.2.& 3.qui & in finalibus verbis
ſcripſit ab hac opinione non eſſe in iudicãdo
recedendũ. Meno.autẽ vbi ſupra nulla facta
diſtinctione an maritus tanta dote dignus ſit
nec ne Bal.Roma.& Rolan.opinionẽ ſequi-
tur quã cõmunem eſſe video inferẽs ibidem
20 Rolan.quod † ſtante ſtatuto lucrũ deferente
marito in dote vel illius portione,quod & in
hac ſpecie illud conſequeretur maritus : Idẽ
& quoad propoſitũ tractatus noſtri eſſe cẽ-
ſeo vbi ex pacto vir dotẽ vel illus portionẽ
foret lucraturus præmoriẽte vxore, vt in hac
ſpecie itidem eam lucrari debeat.

21 Cæterũ † Phanu.tract.de luc.dot.glo.10.
n.46.poſt relatos ſupra citatos authores cõ-
munẽ tenentes dicit:quod diſtinctio Rolan.
nec aliorũ diſtinguentiũ inter maritũ tanta
dote dignũ vel non,ſibi non placet: Neq. ra-
22 tionẽ aliquam reddit:Mihi † quoq. omnino
diſplicet , quod enim maritus ſit dignus vel
indignus nihil refert;etſi aliqualẽ præſump-
tionẽ facere poſsit:verũ hæc pręſumptio ve-
ritati cedit; cum dos ab vxore marito datur
per verba quę ſui natura apta nõ ſunt ad do-
minium transferẽdũ, qualia ſuperiora;quod
& fatentur omnes ſupra citati interpretes,
Præterea quod maritus ſit dignus id nõ in-
flectit verborũ proprietatẽ á qua recedẽdũ
in dubio nõ eſt l.non aliter cũ vulga.delega.
3.Ad hæc interpretatio illa ſumẽda in dubio
eſt quæ magis fauet mulierib⁹;vt millies hoc
in tractatu dixi : maius autẽ mulieris cõmo-
dum eſt, ſi non omnia bona in dotẽ data cẽ-
ſeantur;ideo in dubio opinio hæc amplexã-
da eſt:quã & ego libenter ſequor vt ſcilicet
ſiue vir dign⁹ ſit vel indign⁹ per verba prędi-
cta bona ſua mulier in dotẽ dediſſe nõ cẽſeá
tur.Nec etiã Meno.diſtinguit vt ante dixi.

Tenendo hanc opinionẽ,reiectis duabus
prioribus ad rationes Bal.& Bal.Nouel. ſu-
pra relatas in prima opinione reſpõdetur,ꝙ
argumentũ de promiſsione ad traditionem
nõ valet,quoniã cũ promiſsio ſine cauſa non
teneat l.2.§.circa ff.de dot. exceptio. & pro
illius validitate ſit iudicãdũ in dubio argu.l.
quoties de reb.dubi.idcirco pronunciatũ ibi
promiſsionem ex cauſa dotis emanaſſe,quo-
23 niã † vbi vna tantum cauſa vel ratio adduci
poteſt,ea pro expreſſa habẽda eſt, iuxta glo.
Barto.Iaſ.& alios ibi in l.quamuis C.de fi-
deico.Oſaſ.deciſ.21.n.3.Meno.conſ.85.nu.
9.Surd.conſ.240.nu.14.Atqui ratio hęc ceſ-
ſat in traditione , quoniã potuit fieri ex alia
cauſa veluti adminiſtrationis & curæ , ideo
neceſ-



neceſſario ad cauſam dotis non concludit,
24 ſicut promiſsio:vnde † adſtante ratione dif-
ferentiæ argumentatio ab æquiparatis iuxta
d.l.fina.ad l.falci.non procedit.Neq. etiam
facit conſideratio illa Nouel. qua animad-
uertit,ratione ſubiectę materiæ,propter im-
minens matrimonium , & illius onera facilè
pręſumi poſſe traditionẽ dotis cauſa de bo-
nis omnibus factam;quia non hoc neceſſario
25 infertur,cum † poſsit eſſe matrimonium ſine
dote,& ad poſitionẽ vnius non ſequitur po-
ſitio alterius.l.fina.C.de dona. an. nup.l.iu-
bemus C.de repu. Neq. dos venit in matri-
monij conſequentiam,vt probat latè Meno.
lib.præſump.3.præſum.6.num.19. vnde de-
ficit omnino argumentatio Nouelli.

26 Quæ † autem de verbo, *do*, quod dominij
tranſlationem importat dixi ſupra, eadẽ re-
petenda vbi mulier viro dixiſſet: *aſsigno ti-
bi me & bona mea in dotem*: quoniam & ver-
bum, *aſsigno*, tranſlatiuum dominij eſt.l.do-
tis fructus §.fina.cum l.ſequen.ff.de iur.doti.
fusè Menoch.qui multos conſ. 201. num.6.
lib.3.& d.præſum.6. nu.86. qui ibidem nu.
88.idem eſſe voluit vbi mulier cum marito
conueniſſet ſuę intentionis nõ fore dare bo-
na ſua in dotem , niſi prius dotalia inſtrumẽ-
ta conficerentur,vbi igitur confecta ſunt de-
diſſe in dotem videtur citat Curti.conſ.168.
num.7.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu matrimonij , quod poſſit
plus relinquere coniunx præmoriens alteri,
quam vni, cui minus ex liberis primi ma-
trimonij aduerſus diſpoſitionem l.hac ædic-
tali C.de ſecun.nup.non valet.*
2 *Statutum aduerſus diſpoſitionẽ d.hac edictali
C.de ſecun.nup.valet.*
3 *Pactum aduerſus diſpoſitionem l. hac edictali
C.de ſecun.nup.non valet.*
4 *Iuramentum aduerſus probibitionẽ l. hac edi-
ctali C.de ſecun.nup.minime tenet.*
5 *Conſilium Crauetæ inſigne.*
6 *Pactum quo mulier ea quæ á primo viro titu-
lo lucratiuo conſequuta eſt marito vel filijs
ſecundi matrimonij donare promittit nul-
lum.*

## QVÆSTIO XXXXVII.

*PACTVM IN CONTRACTV
matrimonij , quod poſsit plus relinque-
re coniux præmoriens alteri, quam vni
cui minus ex liberis primi matrimo-
nij aduerſus diſpoſitionem l. Hac edi-
ctali C.de ſecun.nup.an valeat.*

1 QVÆSTIO facilis eſt,nõ † enim
licet paciſci vt plus relinqui poſ-
ſit ſecundo coniugi moriente al-
tero, quã vni cui minus ex libe-
ris primi relinquitur matrimo-
nij l.hac edictali in fine C.d ſecun.nup.in ver
bis. *Nõ ſit ei licitũ nouercæ,vel victrico,teſta-
mẽto,vel ſine ſcriptura,ſeu codicillis hæredita
tis iure,ſiue legati,ſiue fideicõmiſsi titulo,plus
relinquere nec dotis, aut ante nuptias donatio-
nis,&c.* Vbi id notarũt gl.in verbo diuidi.in
verſ.Itẽ nota.Bal. Ang.&Salice.Pau.de Caſ.
in l.1.C. de ino.donatio.Alex.cõſ.158.li.5.
Rolan.tract.de luc.dot.quæſ.24.n.1.& nu.8.
Ruin.conſ.64.nu.2.lib.3.Gabri.qui alios nõ
tamen nunc relatos citat in commu. li.3. tit.
de ſecun.nup.cõclu. 4.nu.9.& 10. Tibe.De-
cian.reſpon.25.nu.36.lib.1.vbi in terminis.
2 Etſi † enim iuxta cõmunem & receptã ma-
gis opinionẽ valeat ſtatutũ aduerſus diſpo-
ſitionẽ d.l.hac edictali iuxta Bal. & Salice.
ibi Caſtren.& Bal.idẽ in l.1.C.de ino.doti.
Ruin.d.conſ.64.nu.2.Rolan.d.quęſ.nu.9. &
10.& dixit cõmunem Soci.conſ.52.n.3.li.3.
Deci.in auth.pręterea C.vnde vir & vxo.Pa-
riſi.conſ.91. nu.10.lib. qui cum numeris ſe-
quentibus fusè articulũ diſputat. Curti.ſeni.
conſ.78.col.2.Phanu.in commen.de lu.dot.
glo.5.nu.38.Pechi.tract.de teſta.coniuga.li.
3 2.ca.18.nu.9.Gabr.d.concluſ.nu.16.pactũ †
tamen aduerſus illius legis prohibitionẽ va-
lere non poteſt l.nõ dubiũ C.de legi. l.nemo
4 poteſt delega. 1. Atque adeo vera traditio †
eſt, vt nec iuramento mulieris prohibitio il-
lius legis tolli poſsit ; quæ cum in fauorẽ li-
berorum inducta fuerit nec iure iurãdo præ-
ſtito á muliere auferri liberis prouiſio illius
legis poſsit. Bart.in d.l.hac edictali nu.2.vbi
Bal.Salice.& Bertran.nu.18.idem Barto.in
l.cum quis decedens §. Titia delega.3.Deci.
conſ.246.nu.1. Bal.conſ.22. quos citat Pe-
chi.vbi ſupra nu.7.& antea nu.6.Gabr.ſupra
nu.26.Gail. lib. obſeruationũ primo obſer.
40.nu.22. qui tamen niſi ſolũ Bal.memorat
5 Pechi.ex † Aymo.conſ.142.nu.9. ſingulari-
ter docet, vt ſi forſan filij prioris matrimo-
nij ſub adminiſtratione matris & victrici exi
ſtentes in minore ętate cõſtituti beneficio d.
legis renunciauerint,licet cũ iuramento, ad-
huc renũtiatio non valeat,quã ex duplici ca-
pite,& minoris ætatis , & ratione doli præ-
ſumpti reſcindere poterunt.Cũ enim victri-
cus eorũ res protegere debuerit,contrarium
faciẽdo, ad prohibitam eos aduerſus legem
pactionem inducens , in dolo videtur argu.
cap. qui contra de regu.iur.quam ſentẽtiam
Crauet. d.conſ.multis comprobat Gabri.d.
6 conſ.nu.43.obiter tamen.Sic † neq. valeret
pactum in muliere ſecundò nubente quod ea
quæ

quæ à primo viro titulo lucratiuo conſequu-
ta eſt, vel marito, vel filijs ex ſecundo matri-
monio donare promitteret l. fœminę & §.
illud C. de ſecun. nup. vbi omnes notarunt.

## SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio l. hac edictali C. de ſecun. nup. an lo-
cum habeat in muliere ſecundo nubente, vbi
frater vel extranea perſona mulierē dotat,
& ponitur pactum lucrandæ dotis.*
2 *Promiſsio de dote lucranda facta in ſecundo
matrimonio, infirmari poteſt per filios prio-
ris matrimonij.*
3 *Dos data ab extranea perſona non ſubiacet
diſpoſitioni d. l. hac edictali C. de ſecun. nup.*
4 *Actus prohibitio vel conceſsio conſiderāda eſt
reſpectu perſonæ dantis, & illius cui datur.*
5 *Dos data à patre filiæ in ſecundo matrimonio
cum pacto de lucrādo dotem, reuocari poteſt
per filios prioris matrimonij ex diſpoſitione
d. l. hac edictali C. de ſecun. nup.*

## QVÆSTIO. XXXXVIII.

### PACTO DE LVCRANDO DOTEM *vel illius portionem inito in capitulis matrimonialibus, muliere ſecundo nubente, & eidem fratre vel altera extranea perſona dotem dante, num ea conuentione diſpoſitio l. hac edictali C. de ſecun. nup. ſublata cenſeatur.*

1 PROXIMA ſuperiori † altera
quæſtio eſt, an diſpoſitio l. hac
edictali C. de ſecun. nup. locum
habeat in muliere ſecundo nu-
bente, vbi frater vel altera ex-
tranea perſona mulierē dotat, & pactū addit
lucrandæ dotis. Hanc quæſtionē mouit Bal.
2 in eadē ipſa l. hac edictali col. 5. Et licet † vi-
deatur quod licet alius quā mulier det dotē
ſecundo viro cū pacto de lucrādo, poſſe filios
prioris matrimonij promiſsionē reuocare in
vim d. l. cū dos à quocunq. data ſit, pro mu-
liere cōſtituta fuerit, proinde idē eſſe videa-
tur ac ſi ipſa met mulier dotē dediſſet; tamē
contrariū reſpondiſſe ſe aſſerit: rationē ſub-
3 iungit, quia † dotans poteſt prouidere de re-
ſtitutione dotis ad ipſius liberū arbitrium &
voluntatem; paciſcēdo vt vel dos ſibi aut al-
teri reſtituatur mortua muliere vel etiam ꝙ
apud eundem maritum remaneat l. ex mor-
te ff. de pact. dotal. eandem opinionem pro-
bauit Salice. in l. ſi ita quis §. ea lege de ver-
4 bo. obliga. nu. 2. & 3. qui † & aliam addit ra-
tionem ad Bal. traditionem, quoniam inquit
conſideranda eſt ad actus permiſsionem vel
prohibitionem, perſona dans, & cui datur;
non autem perſona intermedia: ſolumq. nu-
dum miniſterium & ſimplicem exequutionē
præbet, vt mulier in hac ſpecie ex l. profe-
ctitia §. ſi quis certam ff. de dona. int. vir. &
vxor. l. ſed etſi mortis, verſi. Sed ſi proponas
ff. de leg. pręſt. l. cogi. §. hi qui ſolidū ad S. C.
Trebelli. l. cū dotem de dot. pręleg. l. 1. verſi.
Sed ſi legatū ff. ſi quis a teſt. prohib. Eandē
ſententiam ſequutus fuit Roman. conſ. 219.
nu. 10. qui & hac eadem ratione vſus eſt Ro-
lan. tract. de luc. dot. quæſt. 28. à nu. 1. Curti.
iuni. conſ. 122. nu. 11. vbi totā Baldi Theo-
ricam ad verbum refert & ſequitur: Gabr. in
commu. tit. de ſecun. nup. conclu. 4. n. 35. qui
tamen nullum alium niſi ſolum Bal. citat in
d. l. hac edictali eandem ſequitur Surd. conſ.
5 255. nu. 9. & 10. lib. 2. Fatetur † autē Bald. &
omnes cū eo ſupra relati contrarium obſer-
uandum fore in patre ſecundo dotante filiā,
quia cum ex debito & naturæ officio tenea-
tur dotare proprias filias l. obligamur §. le-
ge de actio. & obliga. l. qui liberos de Rit.
Nupt. & eo in caſu dos à propria filia ema-
naſſe cenſeatur, quod tunc diſpoſitio d. l. hac
edictali vindicaret, non obſtante tali pacto:
quæ opinio ab omnibus communiter appro-
batur. Sed de ea latius dicetur infra quęſ. 56.

## SVMMARIVM.

1 *Pacto de lucranda dote an poſsit maritus re-
nunciare conſtante matrimonio in fauorem
vxoris.*
2 *Renuntiatio vxori facta per maritum dona-
tio eſt.*
3 *Renuncians donare videtur.*
4 *Ius quod in ſpe conſiſtit donari poteſt.*
5 *Renuntiatio iuris de futuro nulla eſt.*
6 *Renuntiatio priuatio dicitur.*
7 *Renuntiari iuri conditionali non poteſt.*
8 *Tex. in l. ſi liberis de pact. dota. declaratur.*
9 *Authoris vera traditio.*
10 *Pacta aliàs inualida, valida efficiuntur, quan-
do res reuertitur ad primeuam naturam.*
11 *Mulier poteſt expreſſe & etiam tacitè renun-
ciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti.*
12 *Pacta omnia dotalia permiſſa cenſentur niſi
reperiantur prohibita.*
13 *Renuntiatio mariti quæ confertur in tempus
ſoluti matrimonij valet.*
14 *Conuentione principali ſublata non cenſetur
ſublatum pactum in continenti poſitum.*
15 *Renuntiatio donatio non eſt, vbi renuntiatur
ius quærendum nondum radicatum.*
16 *Renuntiatio iuris quærendi non retractatur
ex diſpoſitione l. ſi vnquam C. de reuo. do-
natio.*
17 *Renuntiatio donatio non dicitur vbi renuntia-
tio ad commodum renunciantis pertinere po-
teſt.*
18 *Renunciari iuri de futuro in vim pacti poteſt.*
19 *Pacti & renunciationis differentia qualis.*
20 *Tex. in l. ſi liberis ff. de pact. dotal. decla-
ratur.*
21 *Renunciatio lucri dotis per maritum facta an
per creditores poſsit retractari.*
22 *Donatio in fraudem creditorum nulla.*
23 *Obligatio cōdicionalis creditoribus reſtituēda*
24 *Renunciatio diminutio dicitur patrimonij.*
25 *Fraudis præſumptio ex coniunctione ſangui-
nis elicitur.*
26 *Renunciatio ex nulla cauſa facta, eo ipſo frau-
dulenta præſumitur.*
27 *Reſtituere grauatus quidquid ex hæreditate
ſupererit, licet poſsit alienare in vita nō ta-
men in fraudem.*
28 *Alberici traditio inſignis.*
29 *Donatio inter virum & vxorem prohibetur
vbi maritus pauperior efficitur, & illius mi-
nuitur patrimonium, ſecus ſi lucrum quod
adquirere poſſet remittat.*
30 *Tex. in l. qui autem ff. de his quæ in frau. credi.
declaratur.*
31 *Debitor legatum repudians per creditores vti
in fraudem reuocari non poteſt.*
32 *Legatum vel hæreditatem repudians nō conti-
netur ſub edito de his quæ in fraudem cre-
ditorum.*
33 *Alexan. traditio celebris.*
34 *Fideicommiſſum marito iniunctum ab vxore
vt reſtituat bona ſua filio poſt mortem ſuā
poteſt illico maritus filio reſtituere, etiam in
fraudem creditorum.*
35 *Pater illico hæreditatem filio reſtituens nulla
retenta quarta creditores fraudare non di-
citur.*
36 *Edictum de his quæ in fraudem creditorum ad
lucri adquiſitionem non pertinet.*



## QVÆSTIO. XXXXIX.

### PACTO DE LVCRANDA DOTE *vel illius parte contracto inter virum & vxorem, An poſsit maritus renunciare conſtante matrimonio in fauorem mulieris: Et an per mariti creditores veluti in fraudem facta retractari renunciatio poſsit nec ne?*

1 VBI inuicem † paciſcuntur mari-
tus & vxor de certa portione vel
dote tota lucranda, an maritus
poſt poſsit conſtante matrimo-
nio in fauorē mulieris dotis lu-
cro renunciare nō facilis quæſtio eſt: videtur
2 enim non poſſe id maritum. Primo † quoniā
renunciatio huiuſmodi facta per virum vxori
dicitur mœra donatio l. edibus §. 1. ff. de do-
na. l. ſi quis delegauerit vbi Barto. ff. de ſolu-
tio. Et qui prohibetur donare & remittere
vel renunciare Bal. & Sali. in l. 1. C. de pact.
Deci. in l. poſtquā liti nu. 15. C. de pact. vbi
Curti. iun. nu. 5. Alex. conſ. 206. lib. 7. Tiraq.
qui innumeros recenſet in l. ſi vnquā, verbo
donatione largitus n. 173. C. de reuo. dona-
tio. & in præfat. nu. 129. Meno. lib. 3. præſu.
3 45. nu. 11. & præſu. 41. nu. 2. lib. 6. vnde † &
qui alteri ius ſuū renunciat, eidē donare cen-
ſetur Bal. in l. quod dotali quæſ. 8. C. de col-
latio. & alios multos cōgerit Surd. deciſ. 14.
nu. 2. Meno. conſ. 1. nu. 211. & 214. conſ. 80.
nu. 57. lib. 1. Cæterum inter cōiuges donatio
prohibita eſt l. 1. & toto tit. de dona. int. vir.
& vxo. niſi confirmetur morte alterius, præ-
cedente tamē traditione rei donatæ l. Papi-
nianus ff. de dona. int. vir. & vxo. l. penul. C.
de dona. int. vir. & vxor. Renūciatio ergo va-
lere non poteſt: Nec dixerit quiſpiā ius hoc
quod vxori donatur eſſe de futuro & in ſpe
4 conſiſtere: nam † & iuris quod in ſpe eſt va-
let donatio l. ſpem C. de donatio.
5 Secundo † renūciatio hęc, qua maritus lu-
crū morte vxoris conſequendū renunciat &
remittit de futuro eſt, at huic iuri renunciari
non poteſt. l. qui pater §. quod quis vbi De-
ci. & Cagno. de reg. iur. glo. Bart. Bal. & poſ-
teriores in l. 1. C. de pact. & qui multos Surd.
6 con. 70. nu. 10. Nam † cum renunciatio pri-
uatio ſit, & ideo in neceſſariam cōſequentiā
habitū præſupponere debeat. l. fuit ff. de ac-
quir. hęredi. Soci. Corne. & Pariſi. quos citat
Surd. deciſ. 14. nu. 3. habitus autē in eo quod
quis non habet, quale eſt ius de futuro conſi-
derari nō poſsit; ita fit vt huiuſmodi iuris re-
nunciatio fieri nequeat.
7 Sic & iure † conditionali propter eandē
rationem non renunciatur l. ſi ita ſcriptum §.
ſi ſub cōditione de lega. 2. Ius autem vt con-
cludam argumentationem marito in noſtra
ſpecie competens conditionale eſt, ſi ſcilicet
mulier præmoriatur, igitur renunciari non
poterit.
8 Tertio † iuuat tex. ſingularis in l. ſi liberis
ſecundum intellectū glo. ibi ff. de pact. dota-
li. quo tex. apertiſsimè probatur maritū vxo-
ri remittentem pactum de lucranda dote ni-
hil agere, neque remiſsionem valere.
Quarto in terminis ſtatuti de lucro dotis
marito deferendo ſic in terminis quæſtionis
reſpondit Cuma. conſ. 25. ad finem. Cæte-
9 rum † his non obſtantibus contraria opinio
tenenda vti verior ſiue loquamur in terminis
ſtatuti ſiue pacti cōuenti vt in quęſtione pro-
poſita; Et licet interpretes multas, quas mox
ſubijciam rationes adferant; nullus tamen
exactam

exactam reddidit:vera autē & genuina ratio
huius opinionis,quæ renunciationē hanc va-
lere voluit hæc eſt:Quoniam paciſcendo de-
nuo maritus cum vxore & eidem renuncian-
do lucrum dotis,efficit vt dos ipſa , ad ſuam
reuertatur primęuam naturā,vt ſcilicet pro-
prium ſit mulieris patrimonium de quo ip-
ſa ad libitum poteſt de iure teſtari & libere
diſponere, eſt enim dos propriū , vt millies
dixi hoc in tractatu,patrimonium mulierum
l.3.§.ſed vtrum ff. de mino. Et multo magis
quando dos ad eam mortuo marito reuerti-
tur ſecundum glo.in l.exactio C.de rei vxo.
10 actio.Et † licet aliàs pacta quodammodo in-
ualidari poſsint,vbi tamen per ea res reuer-
titur ad ſuam propriam & primęuam naturā
facilime ſuſtinentur. Quod cum in omnibus
contractibus & pactis procedat l. ſi vnus §.
pactus ne peteret ff. de pact.& in dotalibus
etiam vindicat d.§.pactus in verſic. Quod &
in ſpecie dotis.vnde ferè in terminis noſtris
docuerunt poſt Bald.Angel. & alios Alex.&
Iaſſ.in d.l.ſi conſtante nu.172. cum ſequen.
11 ff.ſolu. matrimo. Quod † mulier poteſt ex-
preſſe renunciare & etiam tacitè beneficio l.
vbi adhuc C.de iur. doti. quoniam per hanc
renunciationem res,ideſt dos ipſa reuertitur
ad ſuam naturam,quæ durante matrimonio
nullam admittit repetitionēl.2. ff.ſolu.ma-
tri.Quod Iaſſ.multis illic comprobat,ſed de
veritate ſuo loco dicetur: Cum igitur in no-
ſtra ſpecie per renunciationē mariti de do-
tis lucro,dos ad mulieris liberam reuertatur
diſpoſitionem, nihil mirum ſi valet etiā du-
rante matrimonio conuentio.
12 Secundo † pacta omnia dotalia permiſſa
cenſentur niſi expreſsim reperiantur prohi-
bita l.1.§.illud C.de rei vxo.actio.atqui nul
libi hæc renūciatio in fauorem vxoris repe-
ritur prohibita, valere igitur debet. Quini-
mo pacta omnia per quæ mulieris conditio
melior efficitur valent regulariter tamquam
fauorabilia doti. l. de die l. Attilicinus ff.de
pact.dotal.dixi hoc lib.quęſtio.1.hoc autem
fauorabile admodum eſt.
13 Tertio † renunciatio hæc confertur in tē-
pus ſoluti matrimonij,at hæc pacta iure non
improbantur l.ſi cum ſeruum §.fina. cum l.
ſequen.ff.de dona.int.vir.& vxor.
Quarto quemadmodum poteſt quis renū-
ciare fauori pro ſe introducto niſi fauor ille
publicam reſpiceret vtilitatem l. ſi quis in
conſcribendo C.de pact. l.ſi quis in conſcri-
bendo C.de Epiſ. & cleri. ſic etiam benefi-
cio ſtatuti deferentis lucrum dotis marito
vt reſoluit poſt Socin.& Pariſi. Rolan.tract.
de luc.dot.quæſt.39.nu.13. pariter & pacto
vel conuentioni.
Quinto in terminis ſtatuti deferentis lu-
crum marito tenuerunt plures, quales Alex.
in l.ſi ſocer §.Lucius ff.ſolu.matrimo. Deci.
in l.in eo.de reg.iur.Palat.Rub. Socin.Paul.
de Caſt.Pariſi.Bal.& alij quos refert Rolan.
tract.de luc.dot.quæſt.39.nu.16.17.Quod ſi
hęc opinio in terminis ſtatuti recipitur mul-
to magis in ſpecie noſtra vbi de lucro ex pa-
cto acquirēdo agitur; cum pactum illud pri-
mum in fauorem ſui,in contractu matrimo-
nij adiectum,poſsit contraria viri voluntate
tolli d.§.pactus ne peteret:Nihil enim tam
naturale eſt quam eodem modo quidquam
diſſoluere quam quo colligatū eſt;vnde ver-
borum obligatio verbis tollitur,nudi cōſen-
ſus conuentio contrario diſſoluitur l.nihil tā
naturale de reg.iur.cap.1.de reg. iur.ex. Et
cuius conſenſus in contrahendo requiritur
eiuſdē in diſſoluendo poſtulatur auth.contra
14 ſi filij C.de repud. Atq. † ideo ſublata con-
uentione principali ex pacto nō cenſetur ſu-
blatum pactum in continenti oppoſitum ex
defectu conſenſus reſpōdit Corne. cōſ.228.
col.penul.lib.3.quē citauit Meno.lib.præſu.
3.præſu.143.num.9.Vnde in ſpecie propria
pacti nedū in cōtractu matrimonij celebra-
ti,ſed etiam cōſtante matrimonio quod for-
tius eſt,vbi maritus vel vxor renunciant te-
nuit doctiſsimus Rodri.Xuar. in l.1.titu. *de
las ganancias* quæſ.2.nu.24.ea vtitur ratione
quia vxor renunciando viro pauperior nō fit
ſed tantū non adquirit l.ſi ſponſus §. ſi quis
rogatus l.ſed ſi vir ex lana §.quod ſi vir vxo-
ri ff.de dona.int.vir.& vxo.Maſuer.in pract.
tit.de ſocieta.§.1.in fine Caſtane.de ſocie.§.
4.glo.penul.Pechi.tract. de teſtam.coniuga.
lib.2.ca.1. nu.3. & non relatis ſuperioribus
dixit hanc communem aduerſus Greg.Lop.
Matien.in l.2.gloſ.1.num.60.in fine tito.9.
lib.5.
15 Neq. obſtant in † cōtrarium adductæ ra-
tiones: Non prima quod donatio ſit renun-
ciatio quæ inter coniuges prohibita eſt;quo-
niam rectè reſpondetur donationē non eſſe
renunciationem vbi quiſquam renunciat ius
quærendum nondum radicatum,& ita intel-
ligendus tex.in d. l. edibus §.1.de donatio.
16 Sic † enim & beneficio l. ſi vmquam de re-
uocandis donatio.non retractatur renuncia-
tio iuris quærendi nondum radicati , vt de-
clarat Rip.in eadē l. quæſt.11. fuſius qui pro
omnibus Tiraquel.ibidem à nu.173.in ver-
bo donatione largitus.Conſtat autem ius de
quo agimus non eſſe radicatum aliquo mo-
do ſpe certa , cum mortis dies mulieris quo
maritus lucrum conſequuturus eſt ſit omni-
no incertus.l.1.de condi.& demonſt.& con-
tingere poteſt vt maritus antea præmo-
riatur.
17 Adde † ſingulariter quod renūciatio num-
quam



quam donatio dicitur vbi renūciatio ipſa ad
commodum renūciantis pertinere poteſt ex
aliqua cauſa,vt multis & egregijs exemplis
oſtendit Tiraq.in d.l.ſi vmquam, verbo do-
natione largitus à nu.203.vſq.ad num.209.
potuit autem renunciatio mariti , ex multis
cauſis illius commodo cedere,ideo non mę-
ra donatio dici iure poteſt. Quinimo in du-
bio vbi alia quam donationis coniectura ca-
pi poteſt,ea capienda eſt vt Tiraq.citato lo-
co docet, prolixius Menoch.lib.præſump.3.
præſu.71.nu.2.& præſump.17.nu.10.eo.lib.
alios ſciens pręterco.
18 Non obſtat † ſecundum argumentū quod
renūciari ius de futuro nequeat; nam vulga-
re hoc dictum nō ſic generaliter accipiendū
eſt vt non liceat indiſtinctè iuri de futuro re-
nūciare; interpretatur enim vbi renunciatio
ſimpliciter fit parte abſente, at in modū pa-
cti parte præſente licet omnino , aut ſaltim
publica ſi pars deſit perſona ſtipulante l. 1.
ſecundum verum & communem illius intel-
lectum C.de pact.vbi glo.& Barto. dempto
nullo: ſic omnes cæteri docuerunt atq. ideo
renuncians hęreditatem cenſetur eam dona-
re ei,in cuius fauorem fit renunciatio , ſi fiat
per modum contractus l.profectitia §. 1. de
iur.doti.l.ſi nuptam ff. de fun. dota. Afflict.
deciſ.350.nu.12.Surd.deciſ.14.nu.1.
19 Rationem diuerſitatis † inter pactum &
renunciationē eam eſſe voluerunt interpre-
tes ibi,quia in pacto reperitur verbum præ-
ſens & futurum , vt cum dicitur promitto nō
petere,&c.In renunciatione vero non repe-
ritur niſi verbum præſentis temporis vt cum
dicitur renuncio , &c. Ideo ad futurum non
trahitur.
20 Non obſtat † tertiū de l.ſi liberis de pact.
dotal.quoniam ſecundum glo.ibi & aliorum
intellectum nihil facit , cum ideo renuncia-
tio non valuerit,quia maritus conſtante ma-
trimonio pactum de dote lucranda inuitus
remiſit & inuoluntarie , quia niſi id faceret,
vxor ad eum redire nolebat,ideo lex in odiū
mulieris noluit pactum valere poſſe , ne ex
illius malitia & iniquitate commodum poſ-
ſit reportare:ſecus ſi ſponte in cōtractu ma-
trimonij vel poſt libere renunciaret vir , ar-
gu.text.in l.quæris ff.de pact.dotali. quibus
iuribus opinio ſuperior manifeſtè probatur.
21 Nunc aliud † inquirendum eſt , an ſcilicet
renūciatio huiuſmodi poſsit per mariti cre-
ditores veluti fraudulenter facta reuocari:In
qua quæſtione decidenda ingenuè laborauit
Rolan. tractat.de lucr. dot. quæſtio.40. qui
prius tribus adductis rationibus creditorum
partem tuetur: poſt contrariam quam tenet
quinq.argumentis defendit,ſimul contrarijs
reſpondens.
Nos videamus quoniam articulus quoti-
dianus eſt,quæ verior ſit opinio an affirmati-
ua vel negatiua. Et quidem videtur renūcia-
tionem in fauorem vxoris non valere , quo-
22 niā vt dixi ſupra donatio eſt,atqui † in frau-
dem creditorum donari nequit l. 1. & toto
tit.ſi quis in frau. credito. §. item ſi quis in
23 fraudem inſtit.de actio. Accedit his,quod †
& obligatio conditionalis reſtituenda eſt in
commodum creditorum l.ait prætor §.ſi cō-
ditionalis de his, quæ in frau. credito. vnde
licet lucrum dotis debeatur viro ſub condi-
tione ſi vxor prædecedat,conditione tamen
purificata reuocari omnino debet.
24 Secundo † renunciatio huiuſmodi dicitur
alienatio & diminutio patrimonij , proue-
nit enim lucrū ex cauſa oneroſa,proinde de
ipſo vt de cauſa oneroſa iudicandum,ad glo.
in l.ſi donaturus §. 1. ff. de con. ob. cau.quæ
proprie loquitur in lucro prouenićte ex pa-
cto,dixi latè hoc lib.quęſt.20. verſi.Neq.ex-
tremo loco oberunt,vbi multorum authori-
tate dictam gloſam probaui : cæterum ſi ex
cauſa oneroſa in conſequētiam de patrimo-
nij diminutione agitur , cum acquiſitum lu-
crum pro damno reputetur gloſ. in l. 1. §. ſi
quis ff. de itin. actuq. priua. Bald. Cyn. &
alij quos citat Rolan.d.quęſt.nu.5.Hęc ſunt
ſed fragiles rationes,quas Rolan.obijecit.
25 Fortius † autem obſtant alia quę is pręte-
rijt , ſcilicet remiſsionē vel renunciationem
hanc factam fuiſſe in vxorē & ſic in coniun-
ctam perſonā,quæ præſumendæ fraudis con-
iectura ſufficit in fauorē creditorum:cum ex
receptiori opinione ſanguinis cōiunctio exi-
ſtente cauſa frandandi ſola ſufficiat ad indu-
cendam firmiſsimam fraudis præſumendę
cōiecturam l.data C.de donat.l.penul.verſi.
Faciliorq. ff.de bon.liberto. Bal. in l.ſi quis
poſthac nu.2. C.de bon.pręſcrip.& conſ.70.
lib.1.Laudunen.poſt Alberi.& alios in trac.
de fiſco.concluſ.244.Roma.conſ.367.n.15.
Deci.conſ.587.nu.9. & conſ.659.nu.2. Al-
ciat.in l.ſi maior nu.3.C.de tranſactio.Nat.
conſ.443.nu.10.lib.2. Craue.conſ.82.nu.5.
& alios plures communem dicens recenſet
Meno. conſ.226. nu.92.93.lib.3. idem Me-
noch.conſ.334.num.47.lib.4. Tiber.Decia.
reſpon.37.num.9.lib.2.cum igitur cauſa ad-
ſit ſcilicet creditorum iura, euidens apparet
fraudis ſuſpitio , quare reuocare creditores
renunciationem poterunt.
26 Quarto † confirmatur , nam is qui donat
vel renunciat nulla ex cauſa ſed ſolo delectu
& ſpōte,vbi creditores habet,eo ipſo in ip-
ſorū fraudē hoc facere cenſetur,deficit enim
cauſa neceſſaria,qua pręſumi poſſet in ipſius
vtilitatē factam fuiſſe alienationem ſic egre-
gie docuit Imol. in l. penul. ff. ad S. C. Tre-
belli.

27 belli. vbi † ſcriptũ reliquit quod grauatus
reſtituere quidquid ex hæreditate ſupererit,
licet poſsit dũ viuit alienare l. Titius & d. l.
penul. ad Trebellia. tamen in fraudem fidei-
cõmiſsi non poteſt; tunc autẽ de fraude con-
ſtare ait, quande nullo vrgẽte neceſsitate ſi-
ne aliqua iuſta cauſa id facit. Imolam ſequuti
ſunt cęteri Gozadi. conſ. 90. nu. 15. Ruin. cõſ.
163. nu. 3. lib. 3. Alcia. reſpon. 521. n. 13. Me-
no. d. conſ. 226. nu. 106. cũ ſequen. cui addo
eiuſdem ſententiæ Alex. in l. Titius nu. 9. ad
Trebellia. Meno. conſ. 334. nu. 63. lib. 4.

His tamen non obſtantibus cõtraria opi-
nio recipienda eſt, quę cũ multis poſsit iuua-
ri rationibus, niſi tres vel quatuor præcipuas
28 adferam. Prima † ſumitur ab authoritate Al-
beri. in l. qui patrẽ ff. de his quę in frau. cre-
dito. vbi in facto ſe habuiſſe & reſpondiſſe
ſcribit, quod vbi pater emancipat filium, qui
multa habet bona aduentitia, & in præmium
emãcipationis eidem mediã vſusfructus par-
tem remittit, quod creditores veluti in frau-
dem renunciationẽ factam agere nõ poſſunt
aduerſus patrem: quia etſi remittat de eo ꝙ
ſuũ eſſe poteſt, tamen de patrimonio nõ mi-
nuit ex l. qui autem 1. citanda de his quæ in
frau. credito. ſic fiet vt cũ in noſtra ſpecie de
lucro remittendo agatur, non autẽ de aliqua
patrimonij diminutione, quod talis renun-
ciatio non poterit reuocari veluti in fraudẽ
creditorum facta.

29 Secundo † confert text. in l. cum hic ſtatus
§. ſi maritus ff. de dona. int. vir. & vxor. l. ſed
etſi vir §. quod legaturus eo. tit. quib⁹ aperte
probatur, donationẽ int. vir. & vxor. prohi-
beri quotiens ea donans maritus pauperior
efficitur, & illius minuitur patrimoniũ, ſecus
ſi lucrum quod adquiri potuiſſet remittatur.

30 Tertiò non parum † iuuat tex. inſignis à
cuius deciſione & noſtræ pendet quæſtionis
reſolutio in d. l. qui autem ſupra allegata ff.
de his quæ in frau. credito. à quo tex. omnes
hanc eliciunt cõcluſionem, alienationem ſci-
licet in fraudem creditorum ſolum conſide-
rari circa diminutionem proprij alienantis
patrimonij; non autem circa omiſsionẽ, ne-
gligentiam, vel omiſsionem in non adquirẽ-
do; Sic enim habent verba illius legis ibi,
*pertinet enim hoc edictum ad diminuentes pa-
trimonium ſuum, non ad eos qui id agunt ne
locupletentur*. hunc textũ miris extollunt lau-
dibus Angel. Iaſ. & alij in d. §. ſi quis in frau-
dem de actio. inſtit. vbi idẽ Angel. ex eo de-
31 cidit † quod debitor hęreditatem repudians
ſeu legatũ ſibi relictum etſi in fraudem cre-
ditorũ, non tamẽ poſsit repudiatio per cre-
32 ditores reuocari; quoniã † edictũ illud ad ſo-
lã patrimonij diminutionẽ pertinet: Et his
adſtipulatur tex. in l. alienationis verbũ §. 1.
de verbo. ſig. vbi qui captam acquirendi vel
lucrandi ocaſionem omittit alienare non
proprie dicitur; vbi Alcia. & Rebuf. inde ar-
gumentantur quod is qui legatũ vel hæredi-
tatẽ repudiat nõ comprænenditur in edicto,
quo prætor in fraudem creditorum alienata
reuocat.

33 Similem † ſuperioribus doctrinã ſcripſit
Alex. ad Bar. in l. patrẽ ff. de his quæ in frau.
34 credito. ꝙ vbi † vxor hæredẽ inſtituit mari-
tũ, & eũ rogat vt poſt mortẽ inſtituat bona
ſua filio cõmuni, ꝙ ſi hæres inſtitutus mole
creditorũ grauat⁹ eos timeat, põt illico reſ-
tituere hæreditatẽ filio, nec propterea dice-
tur in fraudẽ creditorũ hoc facere; rationem
reddit quia fideicõmiſſum ex præſumpta mẽ
te teſtatoris nõ præſumitur cõditionale, ſed
ad beneplacitũ patris ex tex. quem ad id ſin-
35 gularẽ dicunt in d. l. qui patrẽ: Et † Iaſ. longe
melius ponderans d. l. in d. §. ſi quis in frau-
dem ſubtilius colligit, quod vbi pater illico
hæreditatẽ filio reſtituit, non retenta quarta
Trebellianica fidẽ & pietatẽ debitã agnoſ-
cens vt illic text. dicit, non ideo creditores
fraudaſſe dicitur: Eodem argumento vtitur
Barba. conſ. 60. lib. 2. & in terminis quæſtio-
nis inſtitutæ expreſsim Deci. conſ. 260. à n. 1.
cum ſequen. Pariſi. conſ. 127. col. 2. li. 1. Ro-
lan. tract. de luc. dot. quæſt. 40. nu. 13. 14. Zu-
char. in rubr. C. qui admit. nu. 121. Cima. in
repetitio. l. legatũ nu. 20. & nu. 49. de lega. 1.
Cagnol. in l. non fraudantur ad finẽ de reg.
iur. egregie Socin. iuni. conſ. 124. nu. 4. li. 3.
& his adde eundẽ Soci. Deci. Pariſi. Rolan. &
Phanu. quos alijs in locis citat & ſequitur
Caual. tract. de vſufruct. mulie. relict. n. 187.

36 Non obſtant ſupra † in contrariũ allegata
quoniam ex his, quę nunc dicta ſunt congrua
ſolutione reſpondetur; edictũ de his, quæ in
fraudem creditorũ ad diminutionem patri-
monij pertinere non ad lucri acquiſitionem;
proinde niſi lucrũ omnino radicatum fuerit
libere negligi & repudiari poteſt. Sed & ali-
ter atq. aliter rationibus in cõtrarium obie-
ctis reſpondent Deci. dict. conſ. & Rolan. d.
quęſt. ad quos lectorem reijcio.

## SVMMARIVM.

1 *Pacto inito inter virum & vxorẽ quod præ-
mortuo viro veſtes & ornamenta ſibi præ-
cipua forent, an adueniente caſu veſtes &
iocalia pretioſa lucro mulieris cedant.*
2 *Conſuetudine ſtante vt Parrocho melior mor-
tui veſtis detur, quæ magis pretioſa eſt, etiã
auro vel gemmis contexta debetur.*
3 *Veſtium legato veniunt veſtes auro & gem-
mis ornatæ.*
4 *Veſtis appellatione venit quælibet veſtis quam
pro tali pater familias reputabat.*

*Veſtium*



5 *Veſtium nomine in legato venit aurea, ſerica,
& argentea.*
6 *Veſtiũ appellatione venit aurea & argentea,
dummodo ſtatuto loci prohibita non ſit.*
7 *Teſtator cẽſetur cõformare voluntatẽ ſuã cum
diſpoſitione legis cõmunis & municipalis.*
8 *Argumentum de vltimis voluntatibus ad cõ-
tractus validum.*
9 *Maritus vel illius conſanguinei dantes veſtes
pretioſas & iocalia vxori non vt illius ſint
perpetua donare videntur.*
10 *Donatio iocalium magni valoris facta per vi-
rum vxori morte non confirmatur.*
11 *Veſtes à dominis datæ famulis ſuis ad certum
vſum donatæ non videntur perpetuo.*
12 *Mariti vxorũ ambitioni plerũq; obſequũtur.*
13 *Pactum de lucrando dotem per maritum, non
extenditur ad iocalia magni valoris.*
14 *Pauperes & ruſtici minus donare præſumun-
tur, quam diuites.*
15 *Interpretatio latiſsima in teſtamentis.*
16 *Argumentũ de cõtractibus ad vltimas volũ-
tates validũ vbi militat eadem ratio.*
17 *Conſuetudo pacta interpretatur.*
18 *Donare in dubio quis præſumitur ea quæ de cõ
muni conſuetudine donari conſueuerunt.*
19 *Donatio iocalium & veſtiũ pretioſarũ præ-
ſumitur in marito nobiliſsimo.*
20 *Menochij traditio.*
21 *Menochij traditio ſuſpecta.*
22 *Donatio an gratuita ſit nec ne ex perſonæ qua
litate eſtimatur.*
23 *Menochij traditio.*
24 *Opinio communis improbatur.*
25 *Ab aliquibus differentia adducitur inter nobi-
les, & pauperes.*
26 *Authoris opinio qualis.*
27 *Donatio iocalium non præſumitur quando io-
calia dotem excedunt.*
28 *Pactum de dote lucranda ad iocalia non ex-
tendi affirmat Theſaurus.*
29 *Maritum ditiſsimum eſſe ſufficiens præſump-
tio eſt gratuitæ donationis.*
30 *Subdeclaratio Menochij in rebus modicis, &
non magni prætij.*
31 *Ignobilis ducens vxorem nobilem præſumitur
res etiam pretioſas donare.*
32 *Ad ſumendam coniecturã donationis non per-
ſona donatarij, ſed donantis regulariter, in-
ſpicienda eſt.*
33 *Cũ res data maxima eſt, non præſumitur cõ-
iectura rerum pretioſarum.*
34 *Limitatio huius caſus à Menochio adducitur.*
35 *Eadem limitatio ab authore declaratur.*
36 *Quæ veſtes pretioſæ, vel quotidianæ dicantur
multi non improbabiliter Iudicis arbitrio
relinquunt.*
37 *Veſtes quotidianæ & pretioſæ diuerſæ ſunt
in nobilibus & in plebeis.*
38 *Surdus omnes veſtes inter nobiles iudicat quo-
tidianas, nullas feſtiuas.*
39 *Quotidianæ veſtes dicuntur etiam illæ, quæ
ſingulis correſpondent temporibus.*
40 *Quotidianæ veſtes dicuntur illæ pretioſæ ſine
quibus non ſine dedecore exire in publicum
vxor non poſſet.*
41 *Conſuetudo induxit vt omnes veſtes etiã pre-
tioſiſsimæ apud nobiles, quotidianæ dicãtur.*
42 *Eadem diſtinctio adhibenda eſt in rebus à
patre, vel matre filijs, vel filiabus in con-
tractu matrimonij datis.*
43 *Ex coniecturis elici his contrarium poteſt.*

## QVÆSTIO. L.

### *PACTO INITO IN CONTRACTV matrimonij, quo mulier cõuenit vt præmoriẽte marito veſtes ſibi & ornamenta præcipua forent: An mortuo, veſtes pretioſæ & magni valoris iocalia, illi⁹ lucro cedant plena manu declaratur.*

1 NEc ſuperioribus † minus frequẽs
quæſtio tractãda eſt, vbi in con-
tractu matrimonij mulier paciſ-
citur vt mortuo marito veſtes, &
iocalia illius, lucro cedãt, ſi ma-
ritus præmoriatur an tunc veſtes iocalia, &
ornamẽta magni valoris à marito vxori tra-
dita, illi debeantur: & deberi etſi pretioſa
videtur ex ſequentibus.

2 Primo † quia vbi de cõſuetudine debetur
parrocho alicuius Eccleſiæ veſtis melior mo
rientis, dãda eſt ei magis pretioſa, ſiue auro
ſiue gẽmis vel vnionib⁹ fuerit cõtexta Aufre.
3 ad Capel. Toloſa. quæſt. 387. vbi & † ſingula
riter docuit, ꝙ in legato veſtis, venit veſtis
auro & gẽmis ornata citat Bart. in l. ſi ita ff.
de aur. & argen. lega. Bald. in l. cum te C. de
donatio. an. nup. Ancha. in ca. indicãte de te-
ſtamen. & alios plures ex antiquioribus; no-
uiſsimè eandem opinionem ſequitur Caual.
tract. de vſufruct. mulie. relict. nu. 93.

4 Secũdo † appellatione veſtis venit quæli-
bet indiſtincte quã pro veſte paterfamilias
reputabat l. inter veſtẽ vbi Bart. ff. de aur. &
argẽ. lega. Bello. conſ. 30. Surd. trac. de alim.
tit. 4. q. 2. n. 5. vnde ſi maritus ſericas & pre-
tioſas veſtes vxori tradidit quas vti fœmineas
reputabat, mortuo eo vxoris lucro cedent.

5 Tertio veſtis † appellatione in legatis ve-
nit aurea, ſerica, & argẽtea, ſi huiuſmodi ve-
ſtes teſtator habebat l. veſtis §. 1. ff. de aur. &
6 arg. † modo prohibitæ veſtes ſtatuto loci nõ
fuiſſent, tunc enim nõ continerẽtur vt dixit
erudite Aufred. ad Capel. Toloſa. in citata
quęſtio. 387. in fine poſt Bart. in l. quamuis
de aur. & argen. lega. Bal. in l. in d. l. cum
te verſi. Sed pone ſtatutum C. de donat. an.

nupti.Crem. Pechi. & Socin. quos refert &
ſequitur Menoch.pręſ.lib.4.præſ.161.num.
7 23. 24.vbi poſt ✝ citatos rationem reddit,
quoniam teſtator in dubio cenſetur confor
mare diſpoſitionem ſuam cum diſpoſitione
juris communis, & etiam municipalis: ad
tradita per omnes in eo tex. in l. hęredes
mei §. cum ita ad Trebellia. vbi Rip. num.
74. idem Menoch. præſu. 94. num. 16. eo.
lib. Quinimo & cum cõſuetudine idem præ-
ſump. 31. num. 4. lib. 4. vnde cum appella-
tione veſtis, aurea veniat & pretioſa, conuen-
tione predicta inter maritum & vxorem fa-
cta, pretioſæ veſtes contineri videntur.

8 Quarto de ✝ vltimis voluntatibus ad con-
tractus valet argumentatio l. pactum inter
hæredem vbi omnes ff. de pact. l. quæ de
legato cum ſimi. de lega. 1. Euerar. loco 17.
Cæterum in vltimis volũtatibus, legatis ve-
ſtibus veniunt pretioſæ, idem in contracti-
bus conſequenter.

9 His non ✝ obſtantibus contraria opinio
verior eſt. Primo vbi maritus pater, vel con-
ſanguinei mariti, etſi in veſtibus quotidianis
vel ornamentis non magni valoris præſumi
poſsit donatio, in rebus tamen pretioſis mi-
nime: quare defuncto marito vti donata
vxor retinere non poteſt, ſed mariti hæredi-
bus reſtituere tenetur; rationem interpretes
prodiderunt, quia videntur donata tantum
pretioſa vxori vt elegãtior, & honorabilior
incedat, non vt illius perpetuo efficiantur:
Ita fiet vt morte mariti, etſi regulariter do-
natio inter virum & vxorem confirmetur.
10 ✝ l. cum hic ſtatus, cũ ſimilibus ff. de dona.
int. vir. & vxo. non tamen ſic in hac ſpecie,
quia donatum non præſumitur ſed potius
commodatum. l. ſi vir ex lana ff. de donat.
int. vi. celebris tex. in l. id veſtimentum ff. de
pecul. vbi Pomponius hæc verba ſcribit: *Id
veſtimentum peculij eſſe incipit, quod ita dedit
dominus, vt eo veſtimento perpetuo vti vellet,
eoque nomine ei traderet, ne alius vteretur
ideoque ab eo eius vſus gratia cuſtodiretur. Sed
quod veſtimentum ſeruo dominus dedit vten-
dum, vt non ſemper, ſed ad certum vſum, certis
temporibus eo vteretur, veluti cum ſe ſequere-
tur, vel cum ſibi cænanti miniſtraret, id veſti-
mentum non eſſe peculij.* Hucvſque tex. a quo
11 glo. ✝ colligit ibi aduerſus famulos & famu-
las, vt veſtimenta à dominis data ab eis re-
petere poſsit: Cõcinit tex. in l. qui cõcubinã
de lega. 3. l. in his verbis §. 1. ff. ſolu. matrim.
l. ſi vt certo §. interdũ ff. cõmo. vbi Bar. n. 1.
idẽ Bart. qui ſuperiorẽ tradidit diſtinctionẽ
inter veſtes pretioſas, & viles vxori traditas
a marito in l. penul. §. ſeruis vxori ff. ſolut.
matrim. Ibi quæſt. 47. ad finem pagin. Bar.
in l. penul. §. ſeruis vxori num. 3. ff. ſolut. ma-
trimo. Idem Barto. in l. ſi vſusfructus ff. ad
l. falci. nu. 1. Bal. num. 3. in d. §. ſeruis vxori.
Imol. n. 11. Caſtren. num. 4. Alex. nu. 3. & 4.
Angel. in §. fuerat num. 26. de actio. Alex.
de Ne. in cap. fin. num. 22. de dona. int. vir.
& vxo. Rom. conſil. 146. Barba. conſi. 60. li.
3. Anch. conſil. 131. & conſil. 181. Alex. in l.
ſi is qui quadringenta §. dos legata ff. ad l.
falcid. & conſ. 42. li. 1. cũ ſingul. 64. Bertrãd.
Alciat. & Neuizan. quos ſequitur & citat
Pechi. de teſta. coniu. lib. 2. cap. 14. num. 4.
Boeri. qui ſic ſæpiſsimè iudicatum affirmat.
in conſuet. Bituricen. titu. de Coſtum. con-
cer. a maxid. rub. 4. in verſ. Et ita dixit
communem Iu. Clar. in §. donatio. quæſt. 10.
12 vbi ſubiungit ✝ pulchra verba, ab hac opi-
nione hodie maxime recedendum non eſſe,
cum hoc tẽpore infelices mariti ambitioni
vxorum obſequentes, plus pro eorum orna-
mentis expẽdant quam in dotem accipiant,
& eſt relata inter communes in 1. tom. ver-
bo, donatio. lib. 4. Meno. qui aliquos caſus
conſiderat, poſt Afflict. deciſ. 315. num. 2. &
ſeq. de præſump. li. 3. præſ. 24. idem de arbi.
Iud. li. 2. caſu 218. a num. 1. Roland. à Vall.
conſil. 10. num. 12. lib. 1. Eandem nouiſsime
dixit communem Andr. Gail. obſerua. 91.
num. 3. li. 2. etſi is per paucos adferat. ſequi-
tur nunc eandem opinionem Surd. tract. de
alimen. tit. 4. quæſt. 2. nu. 20. 21. idem in pul-
chro caſu & eruditiſsime, deciſio. 166. a n. 1.
vſque ad finem. Ex Hiſpanicis noſtris Pala.
Rub. cuius multi ex ſuperioribus meminerũt
in rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 6. a n. 3. & §.
11. a n. 1. cum. ſeq. multis. Greg. Lop. in l. 23
verbo. pau. titu. 11. par. 4. Anton. Gom. in
l. 52. Tau. nu. 4. Arias. in l. 50. Tau. num. 11.
Rojas in Epito. ſucce. ca. 33. n. 47. Caſtil. in
l. 52. Tau. verbo, ſeu pretioſo: Gam. deciſ.
Luſita. 71. n. 4. & deci. 123. n. 1. & 2. Matien.
titu. 2. in l. 4. glo. 5. n. 1. li. 5. Qui ex ſuperio-
ribus aliquos citauit. Gutier. in pract. quæſt.
lib. 2. quæſt. 19. nu. 2. Atzeb. in l. 4. n. 29. ſup.
cita. Angul. de melio. l. 3. glo. 2. n. 77. Auen.
de exeq. manda. re. ca. 15. ad finem. Portol.
in ſcho. ad Moli. obſerua. 46. etſi is obiter.

Accedat ſuperioribus quod multorum
ſcripſi authoritate quæſtion. 27. aduerſus
13 Theſau. ✝ & alios pactum de lucrando dotẽ
a marito factum, non extendi ad iocalia ma-
gni ſaltim valoris, quoniam pretioſa dona-
ta non videantur, conſequenter in vſu con-
uentionis lucrata non cenſeri.

Non obſtant nunc in cõtrariũ adducta, nõ
primũ ab authoritate Aufre. & Caual. quoniã
in illa ſpecie de nullo agebatur pacto, aut cõ
uẽtione, ſicut in noſtro caſu, atq. ideo ſeu cõ-
uẽtione nõ pręſumi maritũ voluiſſe magni va
loris iocalia vel veſtes, donare vxori argum.
l. cum



14 l. cum de ✝ indebito de proba. Et maxime in
ruſtica & paupere vt rectè animaduertit poſt
Afflict. d. deciſ. Menoch. d. caſu. 88. & dict.
præſ. 24. num. 1. & 2.

Non obſtat ſecundum, quia licet appella-
tione veſtium, veniant etiam pretioſæ in pa-
ctis tamen & conuentionibus, niſi de pretio-
ſis dictum ſit expreſsim, de quotidianis tan-
tum cenſiſſe maritum credendum, & modici
pretij, non autẽ magni valoris, ex illius men-
te præſumpta. ex tex. in d. l. id veſtimentum.
15 Neq. oberit tertium, in ✝ veſtium legato
venire ſericas & magni valoris, quoniam id
contingit in vltimis voluntatibus, in quibus
ſit latiſsima interpretatio l. in teſtamẽtis cũ
vulg. de reg. iur. pacta vero, ſtrictiſsimè ſunt
interpretanda. l. quidquid aſtringendæ de
verb. obliga.
16 Neq. quartum ✝ oberit de vltimis volũta-
tibus ad cõtractus, quoniã vbi eadem ſubeſt
ratio, loc[9] eſt argumẽtationi, ſi diuerſa ſecus
Euerard. d. loco. 17. vbi multis oſtendit exẽ-
plis: Cæterũ longe diuerſa ratio eſt in cõtra-
ctu quam quæ in vltima voluntate, quoniam
vltimę volũtates latiſsimã (vt modo dicebã)
recipiunt interpretationem, ſecus pacta.

Sanè cõmunis opinio in multis caſibus ab
17 interpretib[9] ſolet declarari. Primus ✝ adſtã-
te conſuetudine de donãdis veſtibus pretio-
ſis & iocalibus, quia paciſcendo ſimpliciter
cũ vxore de veſtibus & iocalibus cenſeretur
maritus voluntatẽ ſuam conformaſſe cũ cõ-
18 ſuetudine: cũ donare ✝ præſumatur eum quæ
de cõmuni conſuetudine donari ſolent mu-
lieribus. l. 1. §. officiũ ff. de tutel. & in ſpecie
Bal. in ca. inſinuauit de proba. quẽ refert Ni-
co. Boer. in conſuetud. Bituricen. tit. de coſ-
tum. §. 4. verſi. Itẽ etiã lucratur Pechi. de te-
ſta. coniug. li. 2. ca. 14. ad finẽ. Afflict. d. deciſ.
nu. 8. Rolan. pulchrè d. conſ. 10. nu. 11. lib. 1.
Et Surd. poſt alios à ſe relatos d. deciſ. 166.
nu. 32. 33. 34. Qui alios refert ex Hiſpanicis
poſt Bart. Bal. Fulgoſi. Deci. & Iaſſ. quos ci-
tat. Barboſ. in l. quę dotis nu. 79. ff. ſolu. ma-
tri. Pala. Rub. in rub. de dona. int. vir. & vxo.
§. 6. in principio. Arias. in l. 50. Taur. nu. 11.
Gutier. li. 2. prac. quęſt. 19. num. 2. qui alios.
19 Secundus caſus in viro ✝ nobili & diuite,
tradẽte iocalia vel veſtes magni pretij vxo-
ri, ea donaſſe cenſetur argu. tex. in cap. 1. de
donatio. l. vxori §. fin. vbi glo. de lega. 3. alte-
ra glo. in l. ſed ſi ego, glo. fin. ff. ad Velleia. S.
C. Pala. Rub. de dona. §. 9. num. 7. vbi multas
adiungit rationes pulchras. citat multos Ti-
raq. de Nobili. ca. fin. n. 47. Meno. d. caſu nu.
49. verſ. Octauus caſus. Craue. & Boeri. quos
citat & ſequitur Barbo. in d. quę dotis n. 80.
Azpil. in Manua. Cõfeſ. ca. 17. nu. 166. Arias.
in d. l. 50. nu. 16. conſentit Surd. d. deciſ. 166.
nu. 31. Siluan. con. 2. n. 22. Guti. in prac. quęſ.
19. n. 4. idẽ quęſ. 20. n. 1. Salaz. de vſ. & cõſue.
20 c. 7. n. 9. 12. Sublimitat ✝ Meno. hũc caſũ quã
do actus qui fit à marito cõuenit donationi
alius ſecus. Sic ille dicto caſu 88. nu. 30. cum
ſequitur Maſcar. de proba. conclu. 555. n. 62.
21 Verũ hæc declaratio ✝ ſuperflua videtur quo
niã quæſtio propoſita ab eo, & alijs loquitur
de marito tradente vxori nuptiarũ tempore
vel paulo ante iocalia & veſtes pretioſas, du
bitãt interpretes an cõmodatæ magis quam
donatę videantur, & donatas exiſtimãt om-
nes paulo ante relati cũ donans maritus no-
bilis ſit & diues.
22 Quoniã ratione ✝ nobilitatis traditio illa
reſoluitur in donationẽ; quod apertè probat
tex. in d. ca. 1. de dona. verbis illis, *vt debere
ſe exiſtimet quid ſponte tribuat.* Et quoniam
ad iudicandam magis donationem quã com-
modatũ, vel aliam quamlibet gratuitã con-
ceſsionem nobilitatis qualitas attenditur.
ca. etſi quæſtiones de Simo.
23 Sublimitant ✝ ſecũdo quando iocalia vel
veſtes pretioſæ non ſunt magni valoris, ſecus
ſi maximi, atq. ideo declarãt cõmunẽ ſentẽ-
tiã vt videatur tãtũ donaſſe maritus nobilis
& diues res modici valoris, nõ maximi. ſicut
viſus eſt docere Barto. in d. l. vxori §. fin. n. 1.
Meno. d. caſu 88. n. 50. & de præſu. li. 3. præſ.
24. ad finẽ. idẽ conſ. 1. n. 225. li. 1. Maſcar. d.
conclu. n. 63. Pala. Rub. d. §. 11. in prin. & an-
te Meno. & Maſcard. Boeri. d. §. 4. verſic. Et
hoc ſi conſtet. Afflict. poſt Bal. d. deciſ. 315.
nu. 4. Soci. iuni. conſ. 79. nu. 89. lib. 4. Gutier.
in pract. quæſt. 19. num. 4.
24 Verũ hæc ✝ declaratio etſi cõmunis ſuſpe-
cta eſt, quoniã ſi illi fatentur præſumi dona-
tionẽ ex traditione mariti nobilis & diuitis
qua iocalia & veſtes vxori tradidit, hæc eadẽ
ratio in prætioſis vindicat, magis quã in vili-
b[9] & modicę ęſtimationis, quia illas quilibet
donat, niſi is vel ruſticus foret aut valde pau-
per, & cũ magnis magna conueniant reſtrin-
gere traditionẽ mariti nobilis & diuitis ad
res viles & modicæ ęſtimationis, nobilitati
detrahit & illorũ honori; vt igitur aliqua ſit
differẽtia inter nobiles & ignobiles, diuites
& pauperes, donatio etiam iocaliũ vel veſtiũ
pretioſarũ videtur præſumenda. Nec dixerit
aliquis hanc cõſtitui differẽtiã inter nobiles
25 diuites, & ignobiles pauperes, ꝙ in his nec ✝
donatio rerũ modicæ ęſtimationis pręſuma-
tur vt dixit Pala. Rub. in d. §. 9. n. 7. ex lex. in
l. ſi duobus §. ſi in cocunda ff. pro ſo. Meno.
dict. præſumpt. 24. num. 2. quoniam ad igno-
biles & pauperes non pertinet liberalitas,
nec in minimis quid etiam quæ tamen ad
nobiles & diuites ſpectat proinde nec ra-
tio illa differentiæ rectè adiungitur: opinor

26 tamen ſic † communem opinionem poſſe
declarari, vt cũ inter nobiles multi ſint no-
bilitates gradus, & inter diuites alij alijs po
tentiores ſint in ſimili dixi ſupra nu. 134. ſi
atenta qualitate nobilis, qui pretioſa tradi-
dit vxori, ſecundum illius nobilitatem ma-
gis donata iocalia, vel veſtes cõuenirent no-
biliori, Comiti, Duci, vel Marchioni exiſti-
27 mẽ donata non videri, excedunt enim † tra-
dita qualitatem donantis, atq. ideo donata
non viderentur atq. in hac ſpecie libenter
adhereo opinioni cæterorum, vbi vero pre-
tioſa tradita conuenirent, donata exiſtimo,
quæ opinio etſi noua æqua tamen & cum iu-
re & ratione cõiũcta videtur. Sanè & in alte-
ro caſu admitto communem traditionẽ vbi
à viro nobili & diuite traderẽtur iocalia pre
tioſa vxori ignobili, & vili, quod ſæpius con-
tigiſſe videmus in nobilibus amore captis
ignobilium fœminarum hoc in caſu quoniam
pretioſę veſtes aut iocalia magni valoris nõ
his conueniunt, proinde commodata magis
quam donata viderentur.

Tertius caſus eſt, quando iocalia & veſtes
pretioſę excederent dotis acceptæ quanti-
tatẽ, neq. enim ea videntur donata, quę ma-
ioris ſint ęſtimationis quã quę in dotem re-
cepit. glo. final. in l. ſi vſusfructus ff. ad l. fal-
cid. l. ſicut in fine C. de dona. int. vir. & vxor.
Palat. Rube. in rub. de dona. inter vir. & vxo.
§. 11. num. 9. Conferunt ea quæ Theſau. †
ſcribit deciſio. 195. ad finem in ea quæſt. An
28 pactum † de dote lucranda ad iocalia ex-
tendatur, is reſoluit dicens ſic Senatum il-
lum Pedemon. iudicaſſe pactum & conuen-
tionem illam mariti non extendi ad iocalia
tradita viro per vxorem vbi iocalia excedũt
dotis quantitatem & conſequenter non lu-
crari huiuſmodi iocalia maritũ, cuius tradi-
tionẽ etſi improuauerim quæſt. 27. in noſtra
tamen ſpecie ſuſtineri poteſt, ne præſumatur
donatio, ſumpta coniectura ab eo quia exce-
dunt dotem acceptam, & ſufficit leuiſsima in
excluſionem pręſumptionis donationis.

29 Quartus caſus, † cum maritus ditiſsimus
eſt, ex hac ſola qualitate præſumi poſſe do-
nationem tradidit glo. in d. l. ſed ſi ego Bal.
& Palat. Rube. quos citat Menoch. dict. præ-
ſump. 24. num. 4. Boeri. in d. §. 4. in verſi. Su-
pra relato. Afflict. d. deciſ. 315. nu. 4. Barbo.
in d. l. quæ dotis nu. 80. ff. ſolu. matri.

30 Subdeclarat † Menochi. in rebus modicis
& non magni pretij ſecus in iocalibus mag-
næ eſtimationis, in quibus ex ſola diuitiarum
qualitate non præſumitur donatio: Hinc di-
xit Bal. in cap. iurauit de proba. ſolere legari
in teſtamento, quia donata non videntur ſic
igitur Menoch. & Maſcar. ſupra & alij plures
relati ſupra nu. 20. Et licet ego in eo caſu de
marito nobili donante cõtrarium tenuerim,
in hac tamẽ ſpecie cum eorum opinione cõ-
cendo, niſi mixtim adeſſet nobilitas ſimul &
diuitiæ, & licet ex ſola qualitate nobilitatis
præſumerem donationem rerum pretioſa-
rum, declarando tamen vt ibi declaraui, ta-
men in ſola diuitiarum qualitate minimè, vt
plurimum quanto ditiores homines igno-
biles, magis lucrari, theſaurizando ſolent ſic
exiſtimantes facilius ad nobilitatem poſſe
peruenire, quam non meritis ſed pecunia
redimũt: Et rectè cõſiderauit Surd. d. deciſ.
166. num. 31. poſt Afflict. & alios, ad pręſu-
mendam donationem rerum pretioſarum,
requiri ſimul nobilitatem & diuitias.

31 Quintus caſus, † cũ ignobilis & plebeius
duxit vxorem nobilem eo in caſu & præſu-
mi donationem rerum pretioſarum exiſti-
mauit Pala. Rub. multis ornans in d. §. n. 19.
& §. 10. num. 1.

Declarat Menoch. & alij ſupra citati, vt
procedat caſus in rebus ordinarijs, non in
pretioſis, quę nõ videntur donatę: placet mi-
hi declaratio, quoniam ad ſumendam conie-
32 cturam donationis non † perſona donatarij,
ſed donãtis regulariter inſpicienda eſt. dict.
cap. 1. de dona. d. l. id veſtimentum ff. de pe-
cul. l. ſi vt certo. §. interdũ ff. commo. l. mor-
tis ſuæ cauſa §. 1. ff. de dona. int. vir. & vxor.
quamquam non diffitear aliquando dona-
tarij qualitatem ſpectari poſſe, quod prudẽ-
diſsimi iudicis arbitrio relinquendum eſt.

33 Sextus † caſus, cum dos data maxima eſt,
& magni illius redditus, ex eo enim ſumitur
coniectura donationis rerum pretioſarum
quaſi voluerit in compenſationem tantæ do-
tis, pretioſa donaſſe, magis enim videtur ma
ritus debitum perſoluiſſe, quam aliquid li-
beraliter donaſſe. Pala. Rub. in d. rubr. §. 10.
num. 2. verſic. Intelligo de pretioſis. Afflict.
d. deciſio. num. 4. & 8. Pechi. de teſt. coniug.
d. cap. 4. ad finem. Boeri. in d. §. 4. verſic. Vel
34 niſi dos ſit magna: Adhuc † tamen & hũc ca-
ſum limitant & declarant Menoch. & alij ſu-
pra, ne procedat in iocalibus & veſtibus pre-
tioſis, in quibus ex traditione magnæ dotis,
coniectura donationis capi non poteſt, ex ra-
tionibus ſuperius adductis; & ſic fuiſſe iudi-
catum pluries ſcripſit Pala. Rub. ſupra.

Et mihi placet declaratio, quoniam cum
dos deſeruire debeat oneribus matrimonij
quæ innumera ſunt vt dixit Iuſtinianus in §.
quia vero in auth. vt muli. debito. non inde
ad coniecturam donationis recurrẽdum eſt:
35 Admitterem tamen † caſum hunc & quæ in-
terpretes tradiderunt vbi extra dotem an-
te matrimonium vel in eius ſolemnitate
mulier miſiſſet marito prætioſa nam mittẽ-
do poſt in compenſationẽ hoc feciſſe vide-
retur



retur l. 1. de impo. lu. deſ. l. ſi vero non re-
munerandi. §. idem Papinianus ff. manda. l.
penul. §. 1. ff. ſolu. matrim. Roman. quem ſe-
quitur Barba. in d. l. quæ dotis nu. 80. ff. ſolu.
matrimo. confirmantur ex his quę latiſsime
de remuneratoria dixi donatione ſup. num.
109. cum ſequen.

36 Neceſſe eſt autem † nunc explicare quæ
veſtes quotidianæ dicantur, quæ prætioſę, vel
iocalia pretioſa ne donata videantur: Etſi
enim id arbitrio iudicãtis multi relinquãt,
quorum opinio non diſplicet, Imol. in l. pe-
nul. §. ſeruis ff. ſolu. matrimo. Pala. rub. d. §.
11. num. 1. Rolan. d. conſ. 10. num. 17. Anto.
Gom. in dict. l. 50. Tau. num. 17. Gutier. d.
quæſt. 19. li. 2. num. 6. Matien. in l. 4. titu. 2.
glo. 5. num. fina. Azebed. in d. l. 4. num. 29.
Spi. de teſt. glo. 18. num. 115. Meno. d. caſu.
218. num. 5. ex aliquibus tamen conijci, quæ
quotidianæ, quę feſtiuæ, & quæ prætioſæ:
37 † dicantur, veſtes enim ſericæ etſi pretioſæ,
& licet auro textæ vel gemmis apud Ba-
rones, Marchiones, & cæteros titulo re-
gio inſignitos, quotidianæ dici poſſunt,
diſpar enim in veſtiendo mos eſſe debet, in-
ter nobiles & magis nobiles, inter plebeios
& ignobiles. l. 1. C. quæ res ven. no. poſ.
Alex. conſ. 42. lib. 5. num. 4. Pala. rub. dicta
Rub. §. 11. num. 9. & 10. Menoc. d. caſu. 218.
num. 5. Barbo. in dict. l. quæ dotis. num. 73.
Gutier. d. quæſt. 19. num. 9. lib. 2. Natt. conſ.
147. num. 11. Surd. pulchre deciſ. 166. nu. 8.
38 ad medium, vbi † ſcriptum relinquit, inter
nobiles nullas veſtes dici feſtiuas, *ſed orna-
menta omnia eſſe quotidiana prodeunt enim*
(inquit) *omnibus diebus ornatiſsimæ, nec pa-
tiuntur ſe extra domum videri, niſi ſericis
veſtibus, gemmis, auroque & alijs pluribus
ornatæ: Quinimo etiam in domo mariti ſe-
rico incedunt veſtitæ. Proinde quidquid eſ-
ſet antiquis temporibus, nunc noſtri tempo-
ris conſuetudo effecit quod omnes veſtes ſint
quotidianæ:* hæc Surd. ibi, qui vere abu-
ſus mulierum noſtri temporis recenſuit, nam
id ipſum in omnibus contingit regnis Hiſ-
paniarum, hac infælici temporis ætate.

39 Sanè & quotidianæ † veſtes & neceſſariæ
illæ etiam dicuntur, quę ſingulis correſpon-
dent temporibus, hyemi, hyemales, leues,
æſtati, ſi ſic dignitas expoſtulat vxoris, Sa-
lice. in l. ſicut in fine C. de donat. Pala. rub.
dict. §. 11. n. 9. Barbo. in d. l. quæ dotis n. 73.

40 Sic & quotidianę † & neceſſarię diceren-
tur quamuis pretioſæ illæ ſine quibus non
ſine dedecore exire in publicũ vxor poſſet
pro illius dignitate & honore Bald. in l. pe-
nul. §. ſeruis num. 3. ff. ſolut. matrimo. Pala.
Rub. d. §. 11. nu. 9. Auenda. tract. de exeq.
manda. reg. li. 1. cap. 13. ad finem Azeb. in d.
l. 4. num. 29. Gutier. d. quæſt. 19. n. 8. Barbo.
in d. l. quæ dotis. num. 73. omnes igitur ve-
ſtes quotidianę dicuntur etſi pretioſę qui-
bus mulieres, diebus etiam feſtiuis vtuntur
ſicuti poſt Bal. & alios reſoluit Gutier. ſup.
num. 8. Auend. & Azebed. & vt dixit Surd.
41 dicta deciſ. 166. num. 8. Hodie † conſuetu-
do fecit, vt omnes veſtes licet pretioſiſsimæ
apud nobiles quotidianę dicantur.

42 Eadẽ † diſtinctio adhibenda in rebus do-
natis per patrem aut matrem filijs vel filia-
bus in contractu matrimonij, vt quæ pretio-
ſæ ſint, donatæ non cenſeantur, ſed commo-
data ſecus in rebus modici valoris, & veſti-
bus quotidianis, ita fiet vt teneatur filius vel
filia conferre ea quaſi ex paterna ſubſtantia
deriuata; & in legitimam ſingulare argum.
tex. in dict. l. id veſtimentum ff. de pecul.
Anto. Gom. in l. 29. Tau. nu. 13. co. 14. cum
ſeq. poſt Ripan. & alios Spin. de teſta. gloſ.
18. num. 91. Gutie. lib. 2. pract. quæſt. 20. nu.
1. & 2. & nouiſsime Solo. Paulo. de Mon. Pi-
co. relato. Surd. deciſio. 119. num. 2. dixi nul-
lis comprobans ſup. quęſt. 35. a num. 1. cum
ſeq. Et eadem diſtinctione in terminis dona
tionis iocalium factæ per patrem vel matrẽ
vſi ſunt Azpil. in manua. confeſſ. cap. 17. nu.
166. Angel. in ſum. verbo. peculium. nu. 21.
Silueſ. in ſum. in verbo peculium in 2. quæſt.
12. Manuel. in ſum. 1. to. quęſt. 93. num. 4. &
hos citauit veluti Theologos Sanch. de ma-
trim. to. 1. lib. 6. quæſt. 25. nu. 34. 35.

43 Quę tamẽ † limitãda ſunt niſi coniectura
aliqua donationis argui poſſent. Qua præſu-
maretur patrem donare voluiſſe, ex his quæ
ſup. & animaduertit Sanch. & ſumi poſſunt
alia multa ex his quæ Menoch. de præſu. lib.
3. præſu. 36. a n. 1. vſque ad finem vbi quan-
do inter patrem & filium donatio præſu-
matur coniecturas adfert.

## SVMMARIVM.

1 *Pactũ in cõtractu matrimonij celebratũ quod
præmoriente ſine liberis vxore maritus dotẽ
vel certã illius portionẽ lucretur, an a con-
trario eiuſdem pacti ſenſu extantibus libe-
ris maritus excluſus cenſeatur.*

2 *Argumentum a contrario ſenſu non ſumitur
in pactis.*

3 *Argumẽtũ à cõtrario ſenſu elicitur extẽſiue.*

4 *Extentio in contractibus probibita.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur
ex diſpoſitione negatiue concepta.*

6 *Pacta de lucranda dote ſuſtinentur tanquam
ex cauſa oneroſa prouenientia.*

7 *Argumẽtũ à cõtrario ſenſu nõ ſumitur vbi in-
ducta ad vnũ effectũ diuerſum producerẽt.*

8 *Argumentum a contrario ſenſu non ſumitur
quando eadem ratio militat.*

 *Argu-*

9 *Argumentum à contrario ſenſu in contracti-*
*bus ſumitur ex communi ſententia.*
10 *Argumentum à contrario ſenſu ſumitur in*
*cõtractib⁹, nedũ bonæ fidei ſed ſtricti iuris.*
11 *Data ſub conditione ſub contraria adempta*
*videntur.*
12 *Data ſub conditione affirmatiua, cõtraria exi-*
*ſtente relicta non videntur.*
13 *Conditio ſi ſine liberis eis exiſtentibus deficit.*
14 *Extentio in contractibus licita, ex mente con-*
*trahentium.*
15 *Argumentum a contrario ſenſu in legibus ſta-*
*tutis & pactis à mẽte diſponentiũ deſcẽdit.*
16 *Argumentum à contrario ſenſu in diſpoſitio-*
*ne etiam negatiue concepta locum habet.*
17 *Hieronymi Gabrielis opinio.*
18 *Tex. in l. ſi cũ dotẽ ff. ſolu. matri. declaratur.*
19 *Tex. in l. inter ſocerum §. cum inter ff. de*
*pact. dotal. interpretatur.*

## QVÆSTIO. LI.

*PACTO IN CONTRACTV*
*matrimonij celebrato quod præmorien-*
*te ſine liberis vxore, maritus dotem vel*
*certam illius portionem lucretur. An à*
*contrario eiuſdem pacti ſenſu extanti-*
*bus liberis maritus excluſus cenſeatur.*

1 AGITATAS † in ſuperiori-
bus quæſtiones video, an inito
pacto in contractu mattimonij
quod pręmoriente ſine liberis
vxore maritus dotem lucretur,
vel econtra vxor donationem propter nup-
tias, ſi nihil amplius dictum ſit; an conuerſó
ordine, in ſenſum contrarium exiſtentibus
liberis, maritus & vxor reſpectiue excluſi
cenſeantur: Nam † videtur in pactis non li-
2 cere argumentari à contrario ſenſu cum po-
tuerint paciſcentes apertius legem conſcri-
bere, & cum non fecerint ipſis imputãdum
videtur l. veteribus ff. de pact.
3 Secundo † argumentum à contrario ſenſu
elicitur extenſiue, cum dictũ cenſeatur, quod
expreſſum non fuit. glo. celebris, quam mul-
tum commendant Doctores ibi in l. qui te-
ſtamento §. mulier ff. de teſtam. & de ea fe-
ſtum facere Bal. & Pau. de Caſt. ſcribit Eue-
4 rar. in topi. loco. 4. in principio. † Vnde
cum in contractibus extentio prohibita ſit
in quibus ſtricta ſit interpretatio l. quidquid
aſtringendæ de verbo. obliga. l. ſi extraneus
de con. ob. cau. l. ſi cum dotem ff. ſolut. ma-
trimo. vbi Alex. num. 14. & multos recenſet
Molin. de Hiſpa. primo. li. 1. ca. 4. num. 3. &
plures alios adiunxi hoc libro quæſt 23. ſe-
quitur argumentum à contrario ſenſu in pa-
ctis admitti non poſſe.

5 Tertio † nam in propoſita pacti quæſtio-
ne conuentio inter maritum & vxorem vi-
detur negatiue concepta, illis verbis ſi ſine
liberis, &c. At in diſpoſitione vel pacto ne-
gatiue celebrato argumentũ à cõtrario ſen-
ſu non ſumitur Bald. in l. 2. in fine de condi.
incert. ex tex. in l. Titia §. fina. de manu. teſt.
l. ex facto etiã de hære. inſti. Euerar. d. loco.
4. verſi. Et quia ſupra abunde, &c. Alex. conſ.
26. col. 5. Natt. conſ. 551. nu. 11. Caſſa. conſ.
54. n. 44. Cachera. deciſ. Pedemon. 79. n. 28.
Surd. deciſ. 185. n. 24. conſequẽter argumẽtũ
à cõtrario ſẽſu ſumi nõ poteſt in caſu noſtro.
6 Quarto † conuentiones de lucranda dote
ſuſtinentur tamquã ex cauſa onerosa proue-
nientes, vt dixi fuſe hoc lib. quæſt. 21. in re-
compenſationẽ onerũ quæ maritus ſuſtinuit:
quæ ratio ſic procedit extantibus liberis ſi-
cut non extantibus: vnde ſi licitum foret ar-
gumentũ à contrario ſenſu, ſequeretur quod
ratio illa qua huiuſmodi pacta ſuſtinentur
propter onera matrimonij deficeret extãti-
7 bus liberis: Argumentũ † autem prædictum
vbi inducta ad vnum finem alium operantur
ſumi nequit Purpura. in l. 1. nu. 682. de offi.
eius Cachera. deciſio. Pedemon. 178. nu. 7.
8 Quinto vbi † eadẽ ratio militat nec præ-
dicto argumẽto à contrario ſenſu agi poteſt
glo. in l. cũ prætor verbo videtur ff. de iudi.
Natt. conſ. 126. num. 14. poſt Bal. in l. apud
antiquos C. de furt. Sed extantibus vel non
extantibus liberis militat eadẽ ratio onerũ
matrimonij vt modo dixi, conſequẽter huic
argumentationi locus non eſt.
Sexto hanc opinionem nouiſsime tenet
Peregri. tract. de fidei. art. 28. num. 29. Vbi
male ait ſenſiſſe Iaſſo. Alciat. & alios contra-
rium aſſerentes.
9 His non † obſtantibus cõtraria opinio ve-
rior eſt, & cõmuniter recepta pro qua citari
ſolet text. in terminis proprijs quæſtionis
propoſitæ, in l. inter ſocerũ §. cum inter ff.
de pact. dotal. *Cum inter patrem* (inquit
Papinianus) *puellæ & generum conuenit, vt*
*in matrimonio ſine liberis defuncta filia,*
*dos patri reſtituatur: id actũ inter contrahen-*
*tes intelligi debet, vt liberis ſuperſtitibus fi-*
*lia defuncta, dos retineatur:* hęc tex. qui cla-
riſsimus eſt ſimilis in l. bebius eod. titu. In
contractibus igitur argumentum à cõtrario
ſuſtinetur: ſimilis tex. in ca. cum Apoſtolica
10 ex. de his quæ fiunt a præla. † Et nedum in
cõtractibus bonæ fidei, ſed etiam ſtricti iu-
ris l. pecuniã; quam ibi ad ponderant Alex.
Iaſſ. & cæteri ff. de reb. credi. Atq; indiffe-
rentes ſic omnes tenuerũt Bal. in l. apud an-
tiquos C. de furt. & in l. vẽditi. C. de Actio.
emp. Alex. Iaſſ. Socin. & poſteriores in d. l.
pecuniam Euerar. d. loco. 4. Deci. in l. 1. ff. de
offi.



offi. eius vbi Rimi. n. 395. Alex. conſ. 46. n. 5.
lib. 2. Rom. Iaſſ. Corn. Natt. Deci. Affict.
Cagno. Purpura. quos citat Rimi. dicto nu.
395. & Surd. deciſio. 202. num. 11. Et præ-
ter eos Rolan. tract. de luc. dot. quæſt. 43.
num. 1. & his non relatis Barbo. in l. ſi cum
dotem num. 28. cum ſequen. ff. ſolu. ma-
trim. & doctiſsimus & acutiſsimus Ioſeph.
de Ruſt. tract. an & quan. filij poſi. in condi.
lib. 1. cap. 4. num. 8. vbi aliquos refert con-
trarium affirmantes.
11 Vnde † & in contractibus & pactis con-
ditionalibus ſub conditione datum, contra-
ria conditione ademptum cenſetur; quia &
in his validum eſt argumentum à contrario
ſenſu d. l. pecuniam Barto. in l. 1. num. 4. de
condi. & demonſt. Iaſſo. & Purpura. poſt
eum num. 682. Rimi. num. 473. in d. l. 1.
de offi. eius Euerar. vbi ſup. Surd. d. deciſio.
12 202. num. 11. ad finem. Hinc † vulgaris
regula deſcendit datum ſub conditione af-
firmatiua, contraria exiſtente relictum non
videri l. ſi legatum purè ff. de adim. lega.
l. aliquando de condi. & demonſ. l. quod
purè ff. quan. dies lega. ced. Ruin. Natt.
Riminal. & Oſaſ. quos citat Surd. d. deciſ.
202. num. 7. vbi & num. 12. aliud ſub-
iungit exemplum, quod paciſcentes in vno
tantum caſu, cenſentur omnes alios exclu-
dere, argumento l. cum prætor de Iudi. l. ſi
maritus C. de procura. citat ibi Bart. Corn.
Deci. Pariſi. Crauet. Ruin. Tiraq. Rolan.
& Becci.
Non obſtant in contrarium adducta: pri-
mæ rationi reſpondetur non obſcure con-
trahentes legem dixiſſe, vbi certa conditio-
ne vel qualitate tantum expreſſa contraxe-
runt cum eo in caſu alios omnes caſus ex-
cluſiſſe videantur vt modo dixi: Atque ideo
13 † conditio ſi ſine liberis, eis exiſtẽtibus ma-
nifeſta paciſcentium mente defeciſſe cenſe-
tur d. l. inter ſocerum §. cum inter cum cæ-
teris ſuperius citatis.
14 Non obſtat † ſecunda ratio, quoniam etſi
argumentum à ſenſu cõtrario extenſiue eli-
ciatur, tamen in pactis & conuentionibus
non tam interdicta eſt extentio, quin ſæpius,
vel quia eadem ratio militet, vel quia con-
iecturata mens contrahentium aliud aperte
vellit, licita ſit de vno caſu ad alium, vt mul-
torum authoritate dixi, hoc libro quæſt. 31.
15 verſi. Non † obſtant quatuor rationes. Præ-
terea id quod à contrario ſenſu elicitur, ſiue
in legibus, ſtatutis aut pactis, dicitur mens
propria diſponentium glo. in d. l. qui teſta-
mento §. mulier ff. de teſtam. Et quod ex
hoc elicitur argumento, dicitur venire ex
intentione propria vt latè ornat Euerard.
dict. loco. 4. in princip. & cæteri omnes
ſup. relati in dict. l. 1. §. huius rei ff. de offi.
eius.
Tertium non obſtat, videri negatiue con-
ceptam conuentionem illis verbis, ſi ſine li-
beris: quoniam non ſic imo affirmatiue con-
cepta oratio eſt, & ad hunc caſum relicta
quo ſine liberis vxor decederet, quemadmo
dum & in tex. d. l. inter ſocerũ §. cum inter,
16 vbi eadem verba expreſſa fuerũt. His † ac-
cedat quod & in diſpoſitione negatiue con-
cepta habet etiam locum argumentũ à con-
trario ſenſu, vt latè poſt Alex. & Iaſſ. defen-
dit Euerar. d. loco. 4.
Non oberit quarta ratio, quia etſi lucrum
hoc conſequatur maritus ex cauſa oneroſa;
& eadem ratio militet ſiue extent filij vel
non extent, quia tamen pactum extantibus
liberis valere noluerunt, verbis contractus
inhærendum eſt, tum etiam paciſcentium
intentioni, à qua recedere contrahentes ne-
queant d. §. cum inter.
Non oberit quinta ratio, quoniam diſpar
ratio eſt vbi vxor cum liberis decedit vel ſi-
ne liberis, cum his magis, quam marito ma-
tris hęreditas debeatur ex naturali parentũ
voto l. ſcripto cum ſimilibus ff. vnd. libe. vn-
de in caſu contrario pacti, adſtantibus libe-
ris receſſum ab eo cenſetur.
17 Neq; prætermittẽdum † putauerim quod
Hiero. Gabri. vir alioquin eruditiſſimus, &
olim dum Romæ agerem amiciſsimus conſi.
58. num. 22. 23. communem hanc opinio-
nem labefactare videtur, negans in con-
tractibus argumentum ſumi poſſe à contra-
rio ſenſu ex tex. in l. ſi cum dotem ff. ſolu.
matrimo. Vbi caſus omiſſus remanet in
diſpoſitione iuris communis; cæterum fa-
uore dotis, & ſimul paternæ coniunctio-
nis huiuſmodi argumentatio ſuſtineri po-
18 teſt. Verum a cõmuni † opinione receden-
dum non eſt nam vt dicam infra quæſ. 43.
in d. l. ſi cum dotem euenit caſus non con-
trarius expreſſo ſed diuerſus, ideo remanet
in diſpoſitione iuris; ſecus vbi contigiſſet
expreſſus, vt in d. §. cum inter; Nam tunc
ſumeretur argumentum in ſenſu contrario
cum is quodammodo expreſſus etiam dica-
tur, ſic in l. Bebius ff. de pact. dotal. docet
19 † Barto. in d. l. ſi cum dotem num. 31. Vbi
& aliorum & rectè quidem ſententiam im-
probat exiſtimantium propterea in d. §. cũ
inter admitti argumentum à contrario ſen-
ſu, quia alias pactum nihil operaretur: quia
cum mortua filia dos ad patrem ſit reuerſu-
ra l. dos à patre C. ſolu. matrim. ſi pactum
ſolum in fauorem ſoceri adiectum cenſere-
tur certè operaretur nihil; vt igitur opere-
tur ſumitur argumentum à contrario in fa-
uorem generi d. §. cum inter. Quod ſenſit

Deci. in l. 1. num. 48. de oſſi. eius Cagno. ibidem num. 128. quoniam & plurimum pactũ operari potuit ibi, cum enim fuerit generaliter conceptum, continere etiam valet caſum vbi filia in matrimonio poſt patrem moreretur, quo in caſu in vim pacti dos ad hæredes patris poteſt pertinere l. ſi pactũ cum vulga. de probatio. cum eo ceſſante ad hęredes filijs pertineret propter conſolidationem l. vni. §. videamus C. de rei vxo. actio. Sed & aliter ſuſtulit obiectum Barbo. dicto loco qui circa intellectum d. §. cum inter plurimum immoratur, & circa intellectum d. l. Bebius, quæ tamen parum multa ex his, practicę conducere poſſunt, ſed latius infra quæſ. 43.

Non obſtat ſextum ab authoritate Peregri. quoniam communis ſententia eſt aduerſus eum, vt dixi hoc lib. ſectio. 2. quæſ. 21. in verſi. Quinta coniectura. de vero autẽ intellectu l. inter ſocerum §. cum inter de pact. dotali. dicam infra quæſ. 53. in verſi. Secundus caſus eſt.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu matrimonij quo mulier renunciat beneficio l. vbi adbuc C. de iur. doti. an valeat.*

2 *Mulierem non poſſe renunciare beneficio l. vbi adbuc. C. de iur. doti. opinatur Barto.*

3 *Pactum a muliere factum per quod longiori tempore dos veniret repetenda, quia in detrimentum dotis non valet.*

4 *Tex. in l. Attilicinus ff. de pact. dotal. intellectus.*

5 *Pacta per quæ mulier conditionem ſuam deteriorem facit nulla.*

6 *Pactum mulieris quo beneficio ſibi à l. inducto quod etiam alterius concernit fauorem renunciat, nullum.*

7 *Mulier beneficio l. fœminæ C. de ſecun. nup. renunciare non poteſt.*

8 *Beneficium l. vbi adbuc C. de iur. doti. nedum mulieris fauorem ſed liberorum & mariti concernit.*

9 *Mulierem renunciare poſſe beneficio l. vbi adbuc C. de iur. doti. tenuerunt multi.*

10 *Tex. in l. ob res §. 1. ff. de pact. dotali. expenditur.*

11 *Mulier pacto poteſt in ſe periculum dotis ſuſcipere.*

12 *Mulier poteſt renunciare bypothecæ, quã babet in bonis mariti.*

13 *Tex. in l. & bæredi §. filia familias ff. de pact. declaratur.*

14 *Text. in l. & bæredi §. filia familias ff. de pact. qualiter à Barto. intelligatur.*

15 *Tex. in l. ob res in §. 1. ff. de pac. dotali. à Iaſſ. declaratus.*

16 *Intellectus Iaſſo. reprobatur.*

17 *Intellectus d. l. ob res §. 1. de pact. dotal. nouus.*

18 *Tex. in l. Pomponius §. fina. de pact. dotali. interpretatur.*

19 *Pactum mulieris incertitudinẽ continẽs damni vel lucri validum.*

20 *Mulier ita demũ poteſt iuri bypothecæ renunciare, ſi ſuperſunt alia bona mariti, quibus ſibi conſultum ſit.*

21 *Pala. Rub. traditio notanda.*

22 *Mulier quæ renũciauit beneficio bypothecæ nõ extãtibus alijs bonis mariti poteſt ad ea babere regreſſum, niſi baberet correos vel fideiuſſores.*

23 *Mulier paciſci non poteſt cum marito ne res, & bona illius ſint pro dote obligata.*

24 *Mulier an tacite videatur renunciare beneficio l. vbi adbuc C. de iur. doti. cum ſcienter nubit inopi, & ei qui male vtebatur ſubſtãtia ſua.*

25 *Mulier pacto expreſſo ſibi in dote præiudicare non poteſt.*

26 *Argumentum de pacto expreſſo ad tacitum non valet.*

27 *Repudiatio filij expreſſa non præiudicat patri, ſecus tacita.*

28 *Prælatus expreſſe nocere Eccleſiæ non poteſt, tacite ſic.*

29 *Tutores & curatores expreſſim præiudicare minoribus non poſſunt, tacite maxime.*

30 *Diſpoſitio de renunciatione expreſſa loquens ad tacitam non extenditur.*

31 *Pactum mulieris in quo ſibi in dote præiudicat licet non valeat, ſi tamen per pactum dos reuertitur ad primæuam naturã, valet.*

32 *Dotis natura eſt vt non reſtituatur niſi ſoluto matrimonio.*

33 *Opinio amplectenda, quæ matrimonio faciet.*

34 *Tex. in cap. per veſtras de dona. inter vir. & vxo. declaratus.*

35 *Authoris ſolutio ad text. in d. ca. per veſtras.*

36 *Inopinatus euentus inopiæ mariti locum facit dotis repetitioni.*

37 *Mulier contrabendo cum paupere matrimoniũ ſcienter videtur illius perſonam, & mores approbare.*

38 *Mulier contrabens matrimonium cum inope ſcienter non excluditur à petenda cautione de dote conſeruanda.*

39 *Remedia vbi plura competunt ſublato vno, & cætera omnia.*

40 *Remedia quæ ex diuerſis cauſis, & principijs deſcendunt, etſi ex bis vnum tollatur non tamen cætera.*

41 *Remedia vbi incompatibilia ſunt ſublato vno tollitur aliud, ſecus ſi ſe inuicem compatiuntur.*

QVÆSTIO



## QVÆSTIO. LII.

*PACTVM IN CAPITVLIS matrimonialibus contractum inter virum & vxorem, quo mulier vbi maritus ad inopiam vergeret, dotem non repetituram promittit, an valeat nec ne quæſtio anceps.*

1 NON parum † accurata quæſtio
eſt, an poſsit mulier in contra-
ctu matrimonij renunciare be-
neficio l. vbi adhuc C. de iur.
2 doti. Nam Barto. † in l. ſi con-
ſtante num. 22. conſtanter affirmat non poſ-
ſe nec expreſſe nec tacite: tacite autem id
facere mulierẽ dicitur, quando mulier ſciens
& prudens contraxit matrimonium, & dotẽ
dedit inopi, & ei qui male vtebatur ſubſtan-
tia ſua: Contrarium tenuerunt alij multi in-
fra citandi. Quare vt huius quæſtionis veri-
tas clarius tractetur; duos caſus conſiderare
oportet, & eoſdem diſtinguere: Primus an
poſsit mulier expreſsim huius legis benefi-
cio renunciare; Secundus; an ſaltim ſi non
expreſſe, tacite, in eum quem ſuperius modũ
ſcripſi.
3 Ad primum caſum † Barto. in d. l. ſi con-
ſtante num. 22. 23. clarè tenuit, mulierẽ ex-
preſſe non poſſe huic beneficio renunciare:
motus anthoritate tex. in l. de die ff. de pact.
dotal. cum l. ſequen. & l. Attilicinus eo. ti-
tul. Quibus iuribus probatur non poſſe mu-
lierem in contractu matrimonij pactum ini-
re cum futuro marito, per quod longiori tẽ-
pore dos repeteretur, quia faceret dotis cõ-
ditionem deteriorem; Si igitur non licet il-
lud, magis multo, nec ipſi licebit huic renun-
ciare beneficio, cum non de repetenda lon-
giori die dote agatur, quod modici pręiudi-
cij eſt, ſed de amittenda in totum dote, quo
mulieri nihil deterius contingere poſſet.
4 Et adiuuatur † Barto. fundamentum, quia
in caſu d. l. Attillicinus pactum erat recipro-
cum & incertum, & ſicut mulieri nocere po-
terat, ſic & prodeſſe. Pacta autem huiuſmodi
reciproca, & incerta inter virum & vxorem
valent l. quod autem §. ſi vir ff. de donatio.
int. vir. & vxo. l. inter ſocerum §. cum inter
de pact. dotal. dixi multorũ teſtimonio hoc
lib. quæſt. 19. verſi. contraria tamen opinio.
& nihilominus contrarium in ea lege Attil-
licinus deciditur.
5 Tertio † generale eſt nõ valere pacta per
quæ mulier ſuam conditionem faceret dete-
riorem, ſicut conuerſo valent ea omnia, per
quæ dotium iura meliora reddũtur dixi hoc
lib. quæſt. 1.

Bartoli opinio communis eſt quam ſe-
quuti ſunt Alex. & Iaſſ. in d. l. ſi cõſtante nu.
8. Lancello. Deci. & Crot. in 1. lectu. num.
33. Coraſi. num. 6. Pute. deciſio. 364. num. 4.
3. par. Pala. Rub. in repeti. cap. per veſtras §.
11. num. 1. & ſequen. de donatio. int. vir. &
vxo. Barbo. in eadem l. num. 37. Bartoli au-
tem opinionem ipſe pręter alios irrefraga-
bili fundamento veram eſſe oſtendo. Nam
6 † mulier nequit paciſci nedũ vbi dotis con-
ditio deterior efficitur, ſed multo magis
quando beneficium à lege mulieris fauore
inductum, aliorum etiam cõcernit fauorem.
l. hac edictali C. de ſecun. nup. vbi nequit
mulier ſuo pacto efficere, vt plus relinqua-
tur ſecũdo marito quam vni ex liberis prio-
7 ris matrimonij: † Simile in diſpoſitione l.
fœminæ eo. titu. vt nec ei poſsit mulier per
pactum renunciare d. l. fœminæ §. illud, dixi
fuſe ſup. hoc lib. quæſt. 36. Vbi & rationem
poſt cæteros reddidi; quod beneficia illarũ
legum reſpiciant fauorem filiorũ primi ma-
trimonij, & ſic tertij, quibus ius fuit illis le-
8 gibus quæſitum; † beneficium autem d. l. vbi
adhuc, nedum fauorem mulieris concernit,
ſed & liberorum, & eiuſdem mariti, cum re-
cuperata dote teneatur mulier nedum ſeip-
ſam alere, ſed & filios & maritum. d. l. vbi
adhuc; cum igitur & fauorem liberorũ con-
cernat illius legis diſpoſitio, nequit mulier
ſuo pacto illi renunciare.
9 Contrariã † opinionem tenuerunt aduer-
ſus Barto. Ricar. de Malum. quem refert &
ſequitur Angel. in l. & hæredi. §. filia fami-
lias per illum tex. ff. de pact. vbi poteſt filia
familias paciſci ne cum ſui iuris fuerit de
dote agere poſsit: vnde cum poſsit eo pacto
ſibi pręiudicare, poterit etiam renunciare
huius legis beneficio.
10 Secundo † adfertur tex. in l. ob res §. 1. ff.
de pact. dotal. quo tex. probatur, extraneum
dotem dantem pro muliere, & ſic vbi ius iã
mulieri fuit quæſitum, poſſe tamen cum mu-
lieris conſenſu eidem doti præiudicare, ſicut
& poteſt pater l. quoties §. cæterum ff. ſolu.
matrimo.
11 Tertio citatur † ab aliquibus text. in l.
Pomponius §. fina. de pac. dotali. quo tex.
dicitur poſſe per pactum mulierem ſuſcipe-
re in ſe dotis periculum; qua conuentione
aperte dotis conditionem deteriorem facit
Quibus rationibus & iuribus vt dixi Angel
in d. §. filia familias, docuit poſſe mulierem
huius legis diſpoſitioni renunciare.
12 Quarto † & in contrarium adduci poteſt
tex. in l. etiam C. ad Velleia. S. C. & in l. iu-
bemus eo. titu. in quibus ſtatuitur poſſe mu-
lierem tam conſtante matrimonio, quã poſt
renunciare iuri hippothecæ quod habet in
bonis

boniſmariti. Vrgent admodum contraria
quæ à nemine hucvſque ſublata fuere.
His tamen non obſtantibus tenēda Bart.
13 & communis opinio. Neque † obſtat fortiſ-
ſimum contrarium de lege & hæredi. §. filia
familias; Quoniá ille text. multipliciter per
Doctores exponitur ; quidam intelligunt
illum tex. loqui cum filia pacta fuit ante cō-
tractum matrimonium de non petenda do-
te, in quo caſu exiſtimarunt tale pactum va-
lere ſecus vbi celebratur, vel poſt matrimo-
nium iam perfectum, tunc enim prohibitum
eſt. Vnde cum quæſtio ſit de muliere, quæ in
contractu matrimonij paciſcitur, nō ille tex.
obſtaret. & ſic intellexit illum tex. glo. in d.
§. filiafamilias Angel. Imol. & Aretin. in d.
l. ſi conſtante quos refert Iaſſ. ibi num. 180.
Verum hic intellectus a Barto. damnatur
& à communiter cæteris , quod ſiue pacta
præiudicialia doti fiant à muliere ante, vel
poſt contractū matrimonij nihilominus nul-
la ſunt niſi ex iuſta cauſa; vt expreſsim voluit
tex. in d. l. Attillicinus vbi Barto. glo. in l.
cum dos §. 1. glo. penul. de pact. dotali. Alex.
& Roma. in l. 2. §. quod ſi in patris ff. ſolut.
matrimo. Iaſſ. in d. l. ſi conſtante num. 180.
Campe. in tract. de dot. par. 4. quęſt. 2. poſt.
num. 1.
14 Quare † ſecundo intelligit Barto. tex. in
d. §. loqui in his caſibus in quibus mulier in
contractu matrimonij poteſt ſibi præiudica-
re, vt in his pactum à filiafamilias de nō pe-
tēda dote factum valeat , veluti ſi fiat in ca-
ſu ſoluti matrimonij per mortem mulieris
præmoriente viro, vel cum ſua culpa dotem
perdere debet l. lucius l. viro atque vxore
ff. ſolut. matrimo. & in alijs pleriſque quos
referunt Alciat. in d. l. 2. §. quod ſi in patris
num. 58. ſolut. matrimo. vbi Parpal. num. 57.
his ergo in caſibus valet tale pactum extra
ipſos minime, quia præiudicaretur dotibus:
& ſic poſt Barto. in d. §. filiafamilias tenue-
runt ibidem Pau. de Caſ. Roma. Aret. Alex.
& Iaſſ. num. 8. Campe. in tract. de dot. par. 4.
quæſt. 2. num. 2. ad finem. Sequuntur Alciat.
& Parpal. ſup. Barboſ. num. 47. Et nouiſsime
Surd. erudite multis ab eo relatis conſ. 112.
num. 35. lib. 1. vbi Bart. diſtinctionem in d.
§. filiafamilias ſequitur.
15 Neque obſtat † ſecundum argumentum
ſumptum ab authoritate text. in d. l. ob res
§. 1. Quoniam credit Iaſſ. in d. l. ſi conſtante
num. 178. in fine, quod ius ideo permittit
poſſe mulierem paciſci ſimul cum extraneo
qui dotem dedit, & doti ſuæ ſi vellit pręiudi
care, ne videatur mulierem ingratitudinem
aduerſus extraneum, qui dotem dedit com-
mittere, atque ideo in ſignum recepti bene-
ficij & veluti cuiuſdam remunerationis licet
mulieri quod alias non liceret, argumento l.
quod autem §. ſi vir. ff. de donati. inter vir.
& vxorem.
16 Quę † ſolutio diſplicet admodum, quia ſi
vera foret, non liceret patri qui filiam iure
naturæ dotare tenetur l. qui liberos de rit.
nuptia. poſt dotem datam paciſci de dote ſi-
mul cum filia, cui tamē permittitur d. l. quo-
ties in verſi. cæterum ff. ſolut. matrimo. vbi
tex. rationē reddit , *pater enim* ( inquit) *poſt
datam dotem filiæ conditionem niſi ipſa vo-
lente deteriorem facere non poteſt* . Vnde
17 † puto præter alios ſic vere reſponderi ; li-
cere extraneo paciſci cum muliere in caſi-
bus in quibus, & eidem mulieri licet id fa-
cere iure permittente, vt modo dixi in calce
prioris cōtrarij, eodem modo intelligo tex.
in d. l. quoties in verſi. cæterum dicam infra
quæſt. 55.
18 Non obſtat † tertia ratio ex tex. in d. l.
Pomponius, licet enim paciſci mulieri cum
marito vt dotis in ſe ſuſtineat periculū, quo-
niam non ob hoc deteriorem dotis condi-
tionem facere videtur, quæ rei ſuæ periculū
in ſe ſuſcipiat , dum dolus vel mariti culpa
non interueniat, alioquin ſecus. d. l. Pom-
ponius.
19 Secundo † reſpondetur licere mulieri, pa-
ciſci vbi incertum eſt, an damnum, vel com-
modum ex ſua conuentione ſequi poteſt nec
ne argu. l. de fideico. de trāſac. Co. l. ſi pater
puellæ C. de inoffi. teſta. l. ſi pater §. penul. &
fina. ff. de pact. dotal. Barto. in d. l. Attillici-
nus, Campe. tract. de dot. 4. par. quęſt. 5. nu.
1. quamquam hoc non eſt ſine dubio , & de
veritate dixi in prima quæſtione : vnde tu-
tius videtur reſpondere vt in priori ſolu-
tione.
20 Non obſtat † quartum ex text. in d. l. etiā
& l. iubemus C. ad S.C. Velleia. Quia vni-
co verbo omiſsis cæteris ſolutionibus reſ-
pondetur poſſe mulierē iuri hypothecę re-
nunciare , dum ſuperſint bona alia mariti,
quibus conſultum mulieri & illius doti eſſe
poſsit, ſic intellexere illas leges glo. ibi Bar
tol. Bal. Angel. Salice. & alij. Campe. tract.
de dot. 4. par. quæſt. 13. Pala. Rub. in cap. per
21 veſtras §. 40. num. 1. † Vbi ſubdit notabile
verbum, quod eo caſu, ſi poſt maritus vergat
ad inopiam non poterit agere hypothecaria
aduerſus bona mariti ; poterit tamen agere,
& petere dotē ſuam actione perſonali , quia
hæc ſublata non eſt, ſequitur Barboſ. in l. ſi
conſtante num. 38. ff. ſolu. matri. Et prædictā
Barto. Bald. & Angel. opinionem ſequitur
Afflict. deciſio. 311. vbi Vrcil. alios in hanc
refert ſententiam Alex. Vital. Neguſanti.
Salice. Fulgoſi. & alij quos refert & probat
Vincen. de Fran. deciſio. Neapoli. 477.
num. 11.



22 num. 11. 3. par. vbi † intelligit ſingulariter
non exiſtētibus alijs bonis, vt mulier ad ea-
dem ipſa poſsit habere regreſſum ; verum ſi
mulier haberet fideiuſſores , vel correos
prius eſſet facienda excuſsio bonorum fide-
iuſſoris vel correi. Afflic. deciſio. 312. vt ibi
per eum quod eſt ſummopere notandum ad
23 hanc materiam. † Animaduertit autē idem
Pala. Rub. alibi in d. cap. §. 11. num. 1. nō li-
cere mulieri in contractu matrimonij paciſ-
ci cum viro ne res, & bona illius obligata nō
ſint pro dote ſua, quia faceret deteriorē do-
tis conditionem, ſicut & cum renūciat in to-
tum iuri hypothecæ , quando alias maritus
non habet vnde vxori cōſultum eſſe poſsit.
Et hæc de primo caſu.
24 Secundus † caſus dubitabilior eſt an taci-
te cenſeatur mulier ſibi in dote præiudicare
ſcienter nubendo inopi, & ei qui male vte-
batur ſubſtantia ſua. Et Barto. in d. l. ſi. con-
ſtante num. 23. tenuit non poſſe Bartol. ſe-
quuti ſunt Bal. ſibi contrarius in auth. quod
locum 7. quęſt. C. de collatio. idem Barto. in
l. ſi is a quo §. fin. ff. vt in poſſ. legato. Alex.
in d. l. ſi conſtante. Panor. in cap. per veſtras
ad finem de donatio. int. vir. & vxo. Anchar.
& Imol. in cap. propter ſterilitatem de loca.
Pala. Rub. qui multis hanc opinionē defen-
dit, in d. cap. per veſtras §. 11. a num. 1. cū ſe-
quen. Bal. Nouell. in l. ſi conſtante num. 53.
qui ait ab hac opinione in iudicando & con-
ſulendo recedendum non eſſe Rip. ibid. nu.
49. in fine, & eſſe communem teſtatur Crot.
num. 36. in 1. lectura. Mouetur Bartol. tribus
fundamentis.
25 Primum † quia non licet mulieri per pa-
ctum expreſſum ſibi pręiudicare in dote vt
ſup. dixi ex d. l. Attillicinus l. de die cum l.
ſequen. de pact. dotal. ergo. multo minus
per tacitum arg. auth. multo magis de ſacro.
Eccleſ. id tunc contingit cum mulier ſciēter
nubit inopi , & qui abutebatur ſubſtantia
ſua.
26 Huic fundamento † multipliciter reſpon-
dent aduerſam opinionem tenentes; primo
non valere argumētum de pacto expreſſo ad
tacitum, quia expreſſe multa in conuentionē
deduci prohibentur, quæ tacite non ſunt in-
27 terdicta : Sic † expreſſa repudiatio filij de
hæreditate ſibi delata non præiudicat patri
l. fina. C. de bonisque libe. tacita tamen quę
per lapſum temporis inducitur nocet l. fina.
ff. Quiſ. or. in bon. poſſ. ſer. l. 1. vbi Barto. &
cæteri C. qui admitti fuſe Tiraq. in legi. cō-
nub. glo. 7. n. 74. 75. qui & alia adfert exem-
28 pla. † Prælat⁹ Eccleſiæ expreſſe in damnū il-
lius paciſcēdo nō pręiudicat illi, atqui tacite
ſic; veluti cū rem Eccleſiæ petere negligit,
& interim præſcribit alter eā ca. de Quarta
præſcrip. Bart. in l. iubemus nullam C. de
29 Sacro. Eccleſ. ſimile † in tutore & curatore,
qui negligendo deteriorem minoris condi-
tionem faciunt etſi expreſsim non poſſent
quemadmodum de prælato, & tutore ſimul,
multis relatis docet Caual. tract. de tuto.
num. 118. Tiraq. quem non refert Caual. de
legi. commu. glo. 7. num. 75. 76.
30 Aſtipulatur † quod & diſpoſitio, quę pro-
hibet renunciationem expreſſam valere, nō
extenditur ad renunciationem tacitam, quæ
venit in conſequentiā ad alium actū; quem-
admodum in ſpecie quęſtionis propoſitę , in
qua tacitum pactum venit in conſequētiam
ad matrimonium contractum cum viro ino-
pe, declarat egregie Bal. in l. 2. 4. oppo. C.
de pact. Addit Iaſſ. in d. l. ſi conſtante n. 182.
magis ad inſtitutum , quod licet mulier ex-
preſſe in dote non poſsit ſibi præiudicare,
poteſt tamen negligendo, ſi nollit vti bene-
ficio d. l. ſi conſtante, quemadmodum aperte
innuit ille tex. in verbis, ſi agere volet: vbi &
cæteri omnes docent: eſt text. etiam in l. in
rebus §. fina. C. de iur. doti. & id idem repe-
tit Iaſſ. in eadem l. num. 8. Rip. nu. 1. Coraſi.
num. 6. Barboſ. num. 37. probat etiam text.
in l. cum notiſsimi §. illud C. de præſ. 30. vel
40. anno.
31 Secundo † omiſsis cæteris, Bartoli fun-
damento reſpondetur ex Bal. ſententia quē
cæteri referunt in d. l. ſi conſtante quod etſi
non valeat pactum expreſſum per quod mu-
lier ſibi in dote præiudicat, ſi tamen pactum
tale eſt quod facit dotem reuerti ad ſuam
primęuam naturam valet, etſi aliquo modo
doti inferatur præiudicium. l. ſi vnus verſi.
32 Quod in ſpecie ff. de pac. Atqui † de natura
dotis eſt quod non reſtituatur , niſi ſoluto
matrimonio l. 2. ff. ſolu. matrim. valebit igi-
tur pactum, quo huius legis beneficio renun-
ciatur in capitulis matrimonialibus: Et hanc
ſolutionem admittunt Iaſſ. in d. l. ſi conſtan-
te num. 175. Rip. num. 49. & in caſu ſingu-
lari de hac memini traditione hoc lib. quæſt.
38. verſi. Cæterum his non obſtantibus.
33 Secundo † Barto. in ſuam opinionem ad-
ducit rationem dicens hanc opinionem te-
nendam eſſe , quoniam eſt fauorabilis nup-
tijs, videntes enim mulieres ſe beneficio d.
l. ſi conſtante, & l. vbi adhuc, deſtitutas, mul-
tos in maritos accipere recuſarent ; ſenten-
tia autem, quæ nuptijs fauet tenenda eſt l.
hoc modo de condi. & demonſt. l. adigere §.
ſi patronus de iur. patro. Huic rationi reſ-
pondetur, non ideo nuptias impediri , cum
poſsint mulieres nubendo paciſci cum viris
ſuis, quod quandocumque eis videbitur poſ-
ſint dotem repetere, quod pactū valet, quia
fauorabile matrimonio doti , & nuptijs eſt
l. 1.

l.1.§.illud C.de rei vxo.actio. d.l. Attillici-
nus & l.de die de pact. dotal.
34 Tertio & vltimo † Barto.in ſuam ſenten
tiam dicit eſſe caſum in ca. per veſtras ex. de
donatio.inter vir.& vxo.Huic tex.multipli-
citer reſpondent Iaſſo.in d.l.ſi conſtante nu.
183.Rip.num.49.ad medium : Crot.& alij.
Quibus præteritis ſolum duas adferre libet.
Prima non conſtare quod in eo tex. maritus
tempore contracti matrimonij foret inops:
in caſu noſtræ quæſtionis ſciebat mulier pau
perem. Secundo reſpondent in eo text. non
apparere an vxor ſciret maritum eſſe ſoluē-
do nec ne , & in dubio præſumitur ignoran-
tia l. verius de probatio. cap. ignorantia de
reg. iur. in 6.
35 Præterea tex. † in d.ca.per veſtras retor-
quetur omnino contra Barto. quia vult Ro-
man. Ponti. vt marito volente cautionem
præſtare vxori non poſsit retineri dos ; ſi
retineri non poteſt , ergo nec repeti l. in-
uitum §.cui damus de reg.iur.l.1.§.quod au-
tem ff. de ſuper. reſpondent & alijs modis
quæ tamen non omnino tutæ ſunt vt conſtat
ex traditis à Iaſſo.& Rip.ſupra.
Contrariam igitur opinionem aduerſus
Barto.tenuerunt multi in d.l.ſi conſtante ex
antiquiſsimis Dyn.ibi poſt Cyn.in d.l. vbi
adhuc Alberi. de Roſa.Bald. Angel. Imol.
Roma.& Aretin.Oldrad.in auth.quod locū
C.de collatio.& poſt Bal. ibi 7.quæſt.idem
Bald.in d.l.vbi adhuc Ioan. Andre.ad Spe-
cula. titu. de dona. int. vir. & vxo. §.fina.in
verſi.Quid ſi mulier.vbi refert idem tenuiſ-
ſe Mar. de Fan. Doctorē antiquum Bened.
de Plumbi.in l.ſi ſeruum dotalem.ff. de ma-
numiſsi.Anto.de But. in dict.ca.per veſtras
Iaſſ.in d.l.ſi conſtante num.172.vbi teſtatur
hanc opinionem eſſe magis communem. Et
Rip. num .49. verſi. Contrariam opinio-
nem, &c. Ruin.dixit etiam magis receptam
ibidem num.5.& 11.Claudi.num.42. Crot.
2.lectura num.67.Coraſi.in extremis verbis
Barbo.num. 25.ad medium. Mouentur au-
thores relati multis rationibus.
36 Primo † authoritate tex.in l. ſi is à quo §.
fina.ff.vt in poſſeſsio.legato. & l. fina. §. is
quoque C. de ſponſa. quibus probatur ino-
pinatum inopiæ mariti caſum ſuperuenien-
tem locum facere dotis repetitioni , ſecus
vbi fuit præuiſus & cognitus.
37 Secundo † contrahendo mulier cum ino-
pe & paupere ſcienter, videtur illius appro-
bare perſonam & mores , conſequenter non
poteſt dari locus dotis repetitioni argu.l. ſi
creditores ff.de priuil.credito.
Tertio per hoc etſi foret expreſſum pa-
ctum quanto magis tacitum , dos reuertitur
ad ſuam propriam naturam , ea eſt , vt ſup.
dixi quod nō repetitur regulariter conſtāte
matrimonio l.2.ff.ſolu.matrimo. conſequē-
ter debet tacitum pactū valere d. l. ſi vnus.
§.pactus ne peteret,verſi.Quod in ſpecie do
tis ff. de pact. quemadmodum & prælatus
qui licet iuri Eccleſiæ quæſito non poſsit re-
nunciare.cap.Fraternitatem.de donatio.ta-
men vbi per pactum vel tacitam renuncia-
tionem rediretur ad ius commune , tunc
poteſt Eccleſiæ præiudicare.ca.1. & fina. de
pact.in 6.
Quarto & huc etiam pertinent rationes
illæ quas ſuperius adduxi,aduerſus Barto.in
ſolutione primi argumenti a Barto.adducti:
quod multa tacite permittūtur quæ expreſſe
prohibentur: Alias multas noſtri referunt
rationes quas ſciens prætereo , vt extra in-
ſtitutum tractatus noſtri.
38 Sanè articulus † dubius eſt ; verū ne iura
dotiū pereant fatendū eſt,quod licet mulier
poſſet per tacitum pactū ſibi aliquod præiu-
dicium inferre iuxta magis communem de
qua ſup.tamē non ideo excluderetur quin à
viro cautionem de dote cōſeruanda petere
39 poſſet,iuxta terminos d.ca. per veſtras, † cū
enim ſint diuerſa remedia,ſublato vno,taci-
ta renunciatione de d. l. vbi adhuc remanet
aliud d.cap.per veſtras, qua cautione ceſſat
dotis præiudicium d. l. & hæredi §.filia fa-
milias ff. de pact.quemadmodū ſcribit Bal.
Nouel.tract.de dot.7.par.priuile. 32. Pala.
Rub.d.§.11.& §.ſequen.12. vbi quibuſdam
obiectis reſpondet; & ſenſit aperte Barboſ.
in d.l.ſi conſtante n.27.ad finem verſi.Infer-
tur etiam:quorū opinionē tutiſsima ratione
40 aliquādo confirmaui, † quoniā etſi vbi plura
competunt remedia ſublato vno,& alia om-
nia ſublata cenſeantur l. quod in hæredē §.
eligere de tribu.actio.Bart.in l.eum qui cer-
tarum §.fina.de verbo.obligat. Socin. iuni.
conſi.122.n.10.lib.1.Neuizā.conſ.41.n.22.
Capi.deciſio.46.n.6.Gabri.in commu. con-
cluſio.titul.de Actio.con. 2.a num. 1. Oſaſ.
deciſ.Pedemō.97.n.5.Surd.conſ.273.n.20.
41 & deciſio.92.n.13.vbi tamen † remedia ex
diuerſis cauſis,&principijs deſcēdūt,ſublato
vno non tollitur aliud Alberi. in d.§.eligere
Gabri.d.concl.2.n.17.Surd.deci. 317.n.28.
vbi idem eſſe voluerunt quādo ageretur ad
idem: vnde cum mulieri marito ad inopiam
vergēte cōpetant plura remedia promiſcue,
vel enim poteſt petere alimēta, vel dotis re
cuperationē,vel cautionē dotis conſeruādæ.
Iuxta tex.in d.ca.per veſtras & §.illud in au-
then.de æqua.dot.quemadmodū poſt Alex.
Crot.Bertachi.Cāpegi. Crauet.Soc.Panor.
Villalo. Pariſi. & alios quos refert decidit
Ioſeph.Ludo. deciſ.Lucana 22. num. 10.&
11. ſublato vno renunciatione vel pacto ta-
cito,



cito,nubēdo inopi alia ſublata nō cenſentur.
Maxime quod dentur non ex vna cauſa tan-
tum , ſcilicet propter dotis conſeruationem
(licet hæc pręcipua ſit) ſed & propter alias,
vt ex dote ſeipſam alere filios & maritū te-
neatur dict.l.vbi adhuc: Adhęc tex.in d.cap.
per veſtras fundatur in maxima æquitate vt
ex eo percipitur & ibidem notant cæteri,
vnde ſublato remedio à iure ciuili inducto,
per tacitum pactum,ęquitas canonica ſubla-
ta non cenſetur,quæ prouenit ex diſpoſitio-
42 ne iuris Canonici:Rurſus † regula illa quod
ſublato vno remedio tollitur aliud , intelli-
gitur quando remedia ſunt incompatibilia,
ſecus vbi ſe inuicem compatiuntur l.poſt diē
ff.de l.comiſſo.l.fina.C.de Codicil. l. in de-
lictis §. detracta de noxali. actio. declarat
egregie Becci.conſil.87.num.9.At in noſtra
ſpecie remedia ſunt compatibilia; quoniam
beneficium l.vbi adhuc procedit in dotis re-
ſtitutione , diſpoſitio text. in dict. cap. per
veſtras , principaliter in cautione pręſtanda
per maritum vxori fundatur : conſequenter
vnum aliud non excludit.
Vltimo facit quod & ſuperius dixi in ver-
ſic. Non obſtat quartum , quod licet mulier
quæ hypothecę renunciauit in fauorem ma-
riti in contractu matrimonij non poſsit am-
plius hypothecaria agere aduerſus bona
mariti , poterit tamen perſonali agere &
dotem petere quia ſublata non cenſetur. Et
hæc opinio vt animaduertit Bart.Pala.Rub.
Nouell. & alij, eſt tenenda, quia fauorabilis
dotibus & illarum iuribus.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum de lucrando dotem in caſum mortis collatum,an verificatur muliere religionem ingrediente.*
2 *Statuto de lucro dotis ob mortem vxoris de morte naturali intelligenda ſunt.*
3 *Religionem ingreſsi mortui mundo dicuntur.*
4 *Religionem ingreſsi proprie & vere mortui non dicuntur.*
5 *Religioſi naturales hominum actus exercent.*
6 *Mortis appellatione in quauis diſpoſitione venit mors naturalis.*
7 *Mulier ante conſumatum matrimonium copula carnali religionem ingredi poteſt.*
8 *Maritus & vxor niſi copula interueniente non dicuntur ſocij diuinæ & humanæ domus.*
9 *Matrimonij appellatione venit matrimonium carnali copula conſumatum.*
10 *Text.in l.fina.C.de Epiſ.& cleri.declaratur.*
11 *Pactum de lucrando dotem in caſu mortis verificatur in ingreſſu religionis.*
12 *Pactum de lucranda dote vindicat quando ſpes liberorum deficit.*
13 *Religionis ingreſſu matrimonium ratum non conſumatum ita ſeparatur vt nulla amplius ſit ſpes iterum redeundi.*
14 *Euentus cuius effectus nichil poteſt operari,nō attenditur.*
15 *Appellatione mortis venit etiam ciuilis mors quando eundem effectum operatur,quem naturalis.*
16 *Didaci ſolutio.*
17 *Matrimonium pro conſumato habetur in incommodum mulieris quando per eam ſtat quo minus conſumetur.*
18 *Maritus qui mulieri poſt conſumatum matrimonium facultatem dedit ingrediendi religionem tali mulieris ingreſſu maritus dotem non lucratur.*
19 *Text. in l. fina. C. de Epiſco. & cleri.declaratur.*
20 *Text. in auth. ſed hodie C.de adulte.interpretatur.*
21 *Opinio Barboſ. roprobatur.*
22 *Text.in l.fina. C.de Epiſco.& Cleri.noue declaratus.*
23 *Text.in auth.ſed hodie C.de adulte. noue perceptus.*

## QVÆSTIO. LIII.

### *PACTVM DE LVCRANDA dote in caſum mortis collatum, An verificetur vxore Religionem ingrediēte.*

1 INITIO inter virum † & vxo-
rem pacto quod prædecedente
abſque liberis vxore vir lucretur
dotem,vel certam illius portio-
nem , ſi mulier poſt contractum
matrimonium ingreſſa fuerit religionem,an
eo ipſo maritus dotis lucrum conſequi poſ-
ſit,non ſpectata morte vxoris dubitari ſolet.
2 In qua controuerſia † Ancharra.conſil.273.
& conſi.438.apertè reſpondit, ſtatutum de-
ferens lucrū dotis marito prędefuncta vxo-
re , intelligendum fore de morte vxoris na-
turali non autem de ciuili,quæ per profeſ-
ſionem inducitur & monaſterij ingreſſum.
3 Quoniam † etſi talis religionem ingreſſa di-
catur mortua mundo,& in conuerſationem
cœleſtem tranſlata,cap.placuit in 2.16.quęſ.
1.cap.non dicatis vbi fusè Azpil. 12. quæſt.
4 1. † proprie tamen & vere loquendo non
poteſt dici mortua , cum mors ſit mundanæ
lucis ſubſtractio,& animę à corpore diſcre-
tio & ſeparatio ab omni re priuans , & in
puluerem reuertio. §. deinceps in auth. de
5 nupti.coll.4.Quæ † tamen profeſsio, aut re-
ligionis ingreſſus non efficiunt, cum natura-
les hominum actus religioſi exerceant cap.
religioſus de electio.in 6.Cum igitur in caſu
ſtatuti

ſtatuti id vindicet, & in caſu pacti idem iu-
dicandum: nam verba ſicut in ſtatutis ſunt
proprie intelligenda ſic in pactis: argu. l. non
aliter de lega. 3. l. quidquid aſtringendę de
verbo. obliga. l. pactum inter hęredem ff. de
6 pac. Qui nimo † appellatione mortis in qua-
uis diſpoſitione intelligitur mors naturalis
l. ex ea parte §. inſulam. de verbo. obliga. l.
ſed ſi mors §. 1. ff. de dona. cau. mor. Medi.
tract. mors omnia ſoluit. conclu. 65. nu. 207.
Treui. deciſio. 57. libr. 2. num. 2. inde fit, vt
propter ingreſſum religionis maritus dotem
lucrari non poſsit. Eandem opinionem te-
nuit Salice. in l. Deo nobis. C. de Epiſ. & Cle-
7 ric. mouetur quod † licet vxor inuito marito
ante carnalem copulam ingrediatur religio-
nem, adhuc, inquit ille, perfectum nō eſt ma-
trimonium, quia per coniunctionem & co-
pulam conſumatur matrimonium, atq. ideo
ea non interueniente poteſt coniunx inuito
alio religionem ingredi. cap. ex publico cum
ſimilibus de conue. coniu. & qui remanet in
ſeculo iterum nubere cap. 2. eod. tit. Neque
8 † dicuntur coniuges ad plenum ſocij copula
deficiente ea cum ſocietas cap. ius inſtitutū
eſt 27. quæſ. 2. & ex prędictis poſt alios à
me relatos ſcripſi hoc lib. quæſt. 31. verſic.
Quinto extenditur; quod ſtatutum vel pactū
de lucranda dote in caſum mortis vxoris, nō
verificatur in morte mulieris violenta, cum
maritus eam occidit. Et præter ſupra rela-
tos Anchar. & Salice. idem tenuit Socin. con-
ſil. 8. num. 12. lib. 3. Felin. & Phanuſi. quos
refert Barboſ. in l. 2. in princi. num. 152. ff.
ſolu. matrimo.

Mouentur ſecundo; quia ſi pactim de lu-
cranda dote verificaretur in muliere ingre-
diente religionem, retraheretur mulier ab
ingreſſu videns ſe dotem amittere, quod ta-
men admittendum non eſt, adnotata in
auth. Niſi C. ad Trebell.

9 Tertio adducunt † & aliam rationē quod
appellatone matrimonij venit matrimoniū
carnali copula conſumatum, aſſerit commu-
nem multis citatis Rolan. tract. de luc. dot.
quæſ. 106. num. 33. Barboſ. in d. l. 2. nu. 153.

10 His non † obſtantibus contraria opinio
verior & receptior eſt; pro qua vrgēt multa,
præcipuè text. in terminis inſignis in l. fina.
C. de Epiſc. & Cleri. vbi pactum lucrandæ
dotis in caſum mortis vxoris, verificatur etiā
quando illa religionē ingreditur: licet enim
mors & ingreſſus religionis diuerſa ſint, ta-
men & ingreſſus religionis mors ciuilis di-
citur, & contineri ſub verbo mortis poteſt
quando reſultat idem effectus, vt mox di-
cam: atque ex eo text. in dict. l. fina. ex-
preſsim id deduci Bartolus & Paulus de
11 Caſtr. in principio, Qui † ſubtiliter ad-
iungit, quod pactum de lucrando dotem
cōceptum in caſum mortis locum habet per
ingreſſum religionis, quia idē operatur pro-
feſsio quod mors. Item idem operatur (in-
quit) mors ciuilis quod naturalis. Item mo-
naſterium non habetur loco filij, quia pactū
lucrandi dotem collatum, ſi deceſſerit ſine
filijs purificatur, non autem extinguitur per
ingreſſum religionis: Et ante Barto. & Paul.
idem voluit gloſ. in l. ſi cum dotem. in verbo
mulieri. poſt principium ff. ſolut. matrimon.
vbi idem Barto. Cuma. num. 8. Bald. Nouel.
tract. de dot. 7. part. ſpecial. 11. num. 8. Al-
ciat. lib. 2. de verbo. ſignif. num. 26. Barboſ.
in dict. l. ſi cum dotem. num. 45. verſic. Et ex
eo reſultat. Angel. Bal. Pau. de Caſ. Iaſſo. &
alij ibi. Boeri. deciſio. 22. num. 39. quos ci-
tat Rolan. tract. de luc. dot. quęſ. 95. num. 13.
12 14. vbi & communē teſtatur, † locus enim
pacto eſſe debet quando ad eius validitatem
non requiritur liberos extare l. 1. ff. de dot.
prælega. quia cum in muliere ingreſſa reli-
gionem ceſſet ſpes nuptiarum, ceſſat etiam
ratio l. ſi conuenerit ff. de pact. dotal. ſcilicet
ſpes prolis; & ſicut locus eſſet pacto ſi mu-
lier pręmoreretur etſi liberi non extarent l.
ſi pater ff. de pact. dotali. ita etiam debet ve-
rificari muliere ingrediente religionē: quia
ex ingreſſu, quoad nuptias attinet, reſultat
idem effectus, qui ex morte naturali, adno-
tata per omnes in l. Gallus §. & quid ſi tan-
tum. de libe. & poſth. & vt alia præterea fun-
damenta, quę ab ſcriptoribus adferuntur,
vnum hoc ab omnibus prętermiſſum addu-
cam quod ſufficeret etſi text. in dict. l. fina. de
13 ficeret. † quoniā cum per religionis ingreſ-
ſum ſeparetur taliter matrimonium ratum
non conſumatum, vt nulla ſit ſpes amplius ſe
commiſcendi, & liberos procreādi, cum vere
diſſoluatur d. cap. 2. ca. ex publico & tot. tit.
de conue. coniu. concil. Triden. de matrimo.
ſeſsio. 24. cap. 6. vbi de fide eſſe ſtatuitur: ad
lucrum igitur in vim pacti conſequendum
14 mors naturalis ſpectāda non eſt; quia † fruſ-
tra ſpectatur euentus cuius effectus nihil po-
teſt operari. l. aliquando §. fin. ff. ad Velleia.
S. C. l. cum hęres. §. 1. de acquir. hæredi. l.
apud Iulianum §. fina. l. ille à quo ad S. C.
Trebellia. l. hæc ſtipulatio §. diuus vt lega.
nomi. cauea. l. ad probationem C. de proba-
tio. Crauet. conſi. 685. num. 9. Cœphal. conſ.
370. num. 109. Riminal. conſi. 575. num. 33.
Becci. conſi. 17. num. 4.

15 Neque † obſtant in contrarium adducta,
quia vbi eundem effectum parit mors ciui-
lis quod naturalis appellatione mortis ve-
nit etiam ciuilis & vna alteri ęquiparatur, l.
adeo §. publicatione ff. pro Soci. l. 1. ad finē
ff. de bono. poſſ. con. tabu. gloſ. in Clem. 1.
verbo



verbo morte de electio. & in d. cap. placuit.
Quod multis exemplis Rolan. oſtendit dict.
quęſt. 95. nu. 14. 15. & præter citatos Molin.
de Hiſpa. primo. lib. 1. cap. 13. num. 94. Et
ſequuntur omnes ſupra citati authores in
fundamento pro hac parte adducto.

16 Neque obſtat ſecundum, † quoniam ve-
riſimile non eſt quod ea, quæ feruore chari-
tatis relicto matrimonio carnali, ſpirituale
congreditur, metu dotis amittēdæ, retraha-
tur ab ingreſſu religionis Dida. lib. 1. reſolu.
cap. 19. num. 10. ad finem Barboſ. in d. l. 2.
num. 153. Sed hæc ſolutio tuta non eſt, quo-
niam in multis monacharum religioſarum
monaſterijs imo fere in omnibus nulla reci-
pitur, quæ ſecum dotem aliquam monaſterio
non adferat pro alimentis & veſtibus: vnde
tutius eſt dicere imputandū eſſe mulieri, quæ
cum antea potuiſſet ingredi religionem tem
pus ſpectauit contracti & perfecti matrimo
nij, ex quo ius marito competere cæpit,
vnde iuri illi quęſito per ingreſſum religio-
nis præiudicari non poteſt vulgatis iuris re-
gulis.

17 Non † obſtat tertium, quia communis
traditio limitanda eſt, niſi facto vxoris fiat
quo minus matrimonium conſumetur, quia
ad incommodum mulieris pro conſumato
habetur quemadmodum in terminis do-
cent Alexand. Pau. de Caſ. Bald. & alij
quos refert Barboſ. in d. l. 2. nu. 153. faciunt
quę in ſimili caſu docui hoc libro quæſtio.
33. vbi multa ad hunc caſum ſcripſi quæ vi-
denda.

18 Communis † autem ſententia declaratur
vt procedat in caſu quo mulier religionem
ingreditur ante carnalem copulam, ſeu ſi
poſt carnalem de voluntate mariti religio-
ſa efficeretur, iuxta terminos text. in d. cap.
ex publico, id enim licet eo text. & auth.
quod hodie C. de repud. cap. cum ſis ca. ſi-
gnificauit de coniu. eo enim in caſu non
conſequeretur maritus lucrum dotis, & ceſ-
ſat diſpoſitio dict. l. fina. Imol. & Alexand.
in l. ſi cum dotem num. 12. ff. ſolut. matri.
Claudi. num. 9. Pau. de Caſt. in dict. l. fin.
nu. 2. Nouel. tract. de dot. 7. par. ſpecial.
11. num. 4. & dicit communem Barboſ. in
dict. l. ſi cum dotem num. 46. In tuitionem
huius declarationis adducunt rationē ſupra
relatam ſcilicet, quia per huiuſmodi ingreſ-
ſum religionis non ſoluitur matrimonium
quoad vinculum dict. capit. ex publico,
ſed tantum quo ad copulam, & cohabita-
tionem gloſ. Panormit. & alij in cap. cha-
riſsimus de conuerſ. coniuga. Domi. in cap.
1. num. 10. de vot. & voti. redemptio. in 6.
Roman. ſingu. 521. Barboſ. vbi ſup. num.
153. in fine. Vnde expectanda eſt mors na-
turalis ex dictis ſup. in principio; conſeqnē-
ter ex ipſo ingreſſu non reſultat idem effe-
ctus qualis ex morte naturali, atq; ideo pa-
ctum de lucro dotis quod verificatur per in-
greſſum religionis, ceſſat.

Contrariam opinionem tenuit Panormit.
in conſi. 1. col. fina. ad finem quem refert
Alexan. in dict. l. ſi cum dotem num. 11.
Roma. num. 15. Barboſ. in d. l. 2. nu. 154.
19 & in dict. l. ſi cum dotem nu. 46. In † con-
firmationē huius opinionis Barboſ. adducit
text. in d. l. fina. C. de Epiſ. & Cleri. quem
text. intellexerunt citati interpretes nunc vt
intelligatur ſecundum terminos iuris cano-
nici, vbi conſumato per copulam matrimo-
nio coniunx ingreditur religionem de con-
ſenſu alterius; Et ſecundum hunc ſenſum
probat pactum lucrandę dotis in hoc etiam
caſu verificari ac ſi mulier religionē ingreſ-
20 ſa, vere mortua foret. Secundo † idem Bar-
boſ. inducit text. in auth, ſed hodie ad finē
C. de adulte. cum in text. illo ſecundū com
munem intellectum, ſi maritus accuſat vxo-
rem criminaliter de adulterio, probato ip-
ſo, detruditur in monaſteriū, diuidendaque
illius bona ſecundum formam in eo text.
præſcriptam, & inter perſonas ibi expreſ-
ſas; adiungit tamen tex. ille quod pacta do-
talia ſunt marito obſeruanda: ex his verbis
infert Barboſ. decidere tex. quod ſi mulier
etiam inuita detrudatur in monaſterium, ma
ritus lucratur dotem ſicut ſi mortua foret:
cum tamen in ea ſpecie certum ſit non ſolui
matrimonium. Quoad vinculum, ſed quoad
thorum tantum. dict. cap. ex publico cum ſi-
21 milibus: Verum † nec his rationibus à com-
muni opinione recedendum eſt. Nam affir-
22 mare † text. in dict. l. fina. (vt primo reſ-
pondeam obiecto) loqui etiam vbi mulier
poſt cōſumatum matrimonium religionem
ingreditur de licentia mariti, diuinat admo-
dum ad illum text. Ego autem præter alios
animaduerto text. hunc non poſſe ad hunc
caſum protendi: id conijcio ex verbis illis,
poſt datas & acceptas arras voluiſſet ſe di-
uino deputare ſeruitio; de his igitur loqui-
tur, qui volunt profiteri & religionem in-
gredi: Quibus electio datur id faciendi li-
bera vt inſinuant altera verba ſequētia, ibi,
vt ſi quis ſponſus vel ſponſa deſiderauerit;
atqui liberam non habet voluntatem con-
iunx poſt conſumatum copula matrimoniū
religionem ingredi, niſi de conſenſu & vo-
luntate alterius vt ſup. Et quia vt alibi dixi,
vnus alteri & alius alio ſeipſos reſpectiue
tradiderunt, vt ſicut in cæteris contractibus
traditione dominia transferuntur ſic in ma-
trimonio, ſcripſi lib. 1. compara. 13. & li. 2.
differen. 15. ſi ita eſt pro vt eſt, text. in dict.
l. fina.

l. fina. non poteſt intelligi de coniuge ad religionem tranſeunte, qui copula matrimonium cõſumauit quoniam is libere tranſire nequit, ſicut is qui ante copulam religionem ingreditur quod poteſt inuito alio. Secundo idem ſenſus manifeſtæ conuincitur ex verbis extremis ibi à coniugio receſſerit, &c. Loquitur ergo text. de his qui à coniugio recedunt; recedere autem ab eo non dicuntur, niſi qui ante copulam ingrediuntur religionem, nam is qui copula perfecta voluntate propria cum licentia & conſenſu alterius religionem ingreditur à coniugio non recedit, quia remanet adhuc vinculum matrimonij verè & propriæ iuxta virtutem ſacramenti; neceſſario igitur text. intelligendus eſt de coniuge, qui matrimonium per carnis copulam non conſumauit, & hic verus illius legis ſenſus eſt.

23 Non † obſtat ſecundum argumentum, quoniam nihil facit tex. in d. authen. ſed hodie inductus à Barboſ. Nã agitur in eo. text. de adultera quę matrimonij contractum, & tale tantumque ſacramentum ſuo fœdauit adulterio, vnde in odium illius nedum bona publicantur & diuiduntur eo modo quo ibi, ſed & pacta dotalia etſi matrimonium non diſoluatur integra, & firma manent in fauorem mariti, & vxoris odium: vnde tex. ille ad caſum noſtrum trahi non poteſt.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu matrimonij in vno caſu conceptum quando ad omiſſum extendi poſſit.*
2 *Text. in l. ſi cum dotem ff. ſolut. matrimo. declaratur.*
3 *Actio ad dotem reſtituendam communis eſt patri & filiæ.*
4 *Generalis loqutio omnis caſus continet.*
5 *Pactum in vno caſu conceptum ad diuerſum nõ extenditur.*
6 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*
7 *Gloſæ interpretatio ad text. in dict. l. ſi cum dotem.*
8 *Pacti nomen generale eſt.*
9 *Verba legis vniuerſalia reſtringuntur de habilitate.*
10 *Caſus expreſſus in capitulis matrimonialibus quando ad non expreſſum extẽdi poſsit.*
11 *Pater vbi in vnum caſum ſibi dotem reſtitui paciſcitur in eo ſolo ſibi actio competit.*
12 *Glo. opinio communis pariſicans patrem & extraneum dotantes.*
13 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
14 *Dotis actio ad filiam in caſu omiſſo in ſolidũ pertinet.*
15 *Text. in l. vnica in §. accedit C. de rei vxor. actio. declaratur.*
16 *Pater ſimpliciter dotando filiam videtur conformare tacite voluntatem ſuam cum l. diſpoſitione.*
17 *Prouiſio hominis expreſſa facit ceſſare prouiſionem legis tacitam.*
18 *Prouiſio hominis tollit indiſtincte prouiſionẽ legis quando ambo tendunt ad eundem finem.*
19 *Conditio cuius caſus non contingit pro eo habenda eſt ac ſi appoſita non fuiſſet.*
20 *Pater ſtipulans ſibi dotem reddi in caſu quo filia ſine liberis moriatur, in caſu contrario filiæ actionem donare videtur.*
21 *Argumentum a contrario ſenſu in pactis valet.*
22 *Bartoli conſiliatio.*
23 *Authoris conſiliatio noua, & noui ſenſus legũ inter ſe pugnantium.*
24 *Pater dans dotem filiæ & ſi ſine liberis decedit ſtipulatus ſibi dotem reddi, muliere cum filijs decedente an dos donata filiæ cenſeatur an ve marito, & an ad patrem donantem reuerti debeat.*
25 *Textus in l. inter ſocerum §. cum inter ff. de pact. dotal. declaratur.*
26 *Retinere rem is propriæ dicitur, qui eam poſſidet.*
27 *Filij in conditione poſiti in contractibus an grauati cenſeantur.*
28 *Barto. opinio.*
29 *Tex. in l. ſi cum dotem ff. ſolut. matrimo. expenditur.*
30 *Parentes & aui ad filios vel nepotes nondum natos affectionem habere non videntur.*
31 *Barto. intellectus ad tex. in d. l. inter ſocerum §. cum inter de pact. dotali.*
32 *Text. d. l. ſi cum dotem ff. ſolut. matrimon. ſenſus.*
33 *Filiafamilias in dote profectitia hæredem habere nequit.*
34 *Pater dotando filiam ſimpliciter nec de reſtitutione loquens tacite conuenire videtur vt ei reſtituatur.*
35 *Pater dotando filiam nec de reſtitutione loquens conuenire cenſetur vt dos ſibi reſtituatur etiam extantibus filijs.*
36 *Martini conſuetudo vbique recepta.*
37 *Martini conſuetudo vti odioſa ſtricte interpretanda.*
38 *Diſpoſitio de dote data loquens non extenditur ad promiſſam.*
39 *Conſuetudini Martini locus non eſt vbi maritus prædecedit relictis liberis, & poſt mater.*
40 *Maritus de lucro dotis paciſcens decedente muliere ſine filijs, extantibus illis non lucratur dotem.*

*Maritus*



41 *Maritus paciſcendo de lucro dotis vbi vxor ſine filijs decedit, licet eis extantibus non debeat applicari marito, an in hoc caſu filijs debeat remanere.*
42 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur niſi ſecundum limites verborum.*
43 *Pater filios alere tenetur licet nullam dotem receperit.*
44 *Text. in l. Bebius ff. de pact. dotali. declaratur.*
45 *Lucrum quando alicui aufertur contemplatione alterius illi applicatur.*
46 *Pactum de dote in caſu mortis non extenditur ad caſum diuortij.*
47 *Pactum de lucrando dotem in caſum mortis nõ protenditur ad caſum diuortij.*
48 *Tex. in l. ſi filia ff. de diuor. & tex. in l. filiæ meæ ff. ſolut. matrimo. declarantur.*
49 *Tex. l. 3. ff. de pact. dotali. ſenſus.*
50 *Datio dotis ab extraneo facta in caſum ſequuti matrimonij eo non ſequuto locus eſt repetitioni.*
51 *Datum ob cauſam ea non ſequuta repetitur.*
52 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris.*
53 *Extraneus dotans in dubio animum donandi habere videtur.*
54 *Dotis fauor non attenditur niſi ſequuto matrimonio.*
55 *Barto. traditio refellitur.*
56 *Promiſsio dotis tacitam habet conditionem ſi nuptiæ ſequantur.*
57 *Pater dotans filiam non ſequuto matrimonio an poſsit ſolus experiri.*
58 *Extraneus dotans matrimonio non ſequuto condicere donata poteſt.*
59 *Maritus de dote paciſcens pro liberis ſuis facit vt ad eos dos pertineat etſi hæredes matris non ſint.*
60 *Bald. traditio ſubuertitur.*
61 *Maritus quando conuentione ſua dotem lucratur remanet filijs ſalua dotis inoficioſæ querella.*
62 *Dote data ab extraneo & ſibi reddi in certum caſum ſtipulante in caſu omiſſo id ipſum tacite conueniſſe videtur.*
63 *Tex. in l. vnica §. accedit C. de rei vxo. actio. declaratur.*
64 *Barboſ. declaratio.*
65 *Dotis datio conditionem tacitam habet ſi nuptiæ ſequantur.*

## QVÆSTIO. LIIII.

*PACTVM DOTALE IN VNO caſu conceptum quando ad alium extendi poſsit: Et an caſus omiſſus pro omiſſo habendus ſit.*

1 VLPIANVS † ad edictum lib. 33. ſic ſcribit: *ſi cum dotem daret pater vel extraneus pro muliere, in vnum caſum pepigit, vel in diuortium vel in mortem: dicendum eſt in eum caſum in quem non pepigit eſſe mulieri actionem l. ſi cum dotem*
2 *† ff. ſolut. matrimo.* Ex his legis verbis non minima oritur difficultas. Prior cur Vlpianus patrem cum extraneo coniunxerit, inter quos tamen non minima ſit differentia in his quæ ad ſtipulationem reddendæ dotis pertinent; nam valet pactum reſpectu extranei dotem dantis l. vni. §. accedit C. de rei. vxo. actio. reſpectu tamen patris dotantis filiam non valet; vt enim is in ſe transferat dotis reſtitutionem ſolum pactum non ſufficit niſi ſit ſtipulatione vallatum l. auia C. de iur. doti. l. quoties ff. ſolut. matrimo. vt enim hoc obiter dixe-
3 rim, vbi † pater dat dotem filiæ in poteſtate conſtitutæ, eo ipſo ius ſtatuit vt actio competens ad illius reſtitutionem communis ſit inter patrem & filiam l. 2. §. quod ſi in patris ff. ſolut. matrimo. vbi vero dotat filiam emancipatam dotis actio in filiam ſolam conſolidatur l. vni. §. videamus C. de rei vxo. actio. niſi illico pater pacto, vel ſtipulatione ſibi dotem reſtitui caueret dict. l. vni. §. accedit in fin. C. de rei vxo. actio.
4 l. ex morte C. de pact. conuen. Planè † licet pactum vel ſtipulatio generaliter & indiffinite concepta ex vi generalis loqutionis contineat omnes caſus dotis reſtituendæ l. cum quærebatur ff. de verbo. ſignifi. l. qui ſic, vbi omnes ff. ſolut. matrimo.
5 Quando † tamen pactum limitate concipitur in vno caſu, vbi per alium diuerſum diſſoluitur matrimonium, pacto locus non eſt. Exemplum illius l. ſi cum dotem eſt, vbi pater ſtipulatus fuit dotem ſibi reddi in caſum mortis, contingit per diuortium
6 ſeparari: caſus † hic extremus veluti omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, ita vt caſus expreſſus ad omiſſum trahi non poſsit: d. l. ſi cum dotem l. ſi extraneus ff. de condic. ab cau. l. commodiſsime de libe. & poſthu.

Non parua ex ſuperioribus oritur difficultas vt antea dixi, cur Vlpianus extraneum cum patre pariſicauerit in dotis reſtituendæ promiſsione, cum longa inter
7 vtroſque ſit differentia. Huius † contrarij grauitate interpretes in varias procedunt opiniones, inter eas omnes oleum & operam perdere video, qui aliam meliorem quam gloſ. in prima ſolutione in dict. l. ſi cum dotem ſolutionem tradidit,

 quærat,

quærat; Quam communiter receptam do-
cet Alexand. inibi numer. 7. ad finem Clau-
di. num. 2. Campe. de dot. part. 3. quæſtio.
124. num. 1. & dixit etiam receptam Bar-
boſ. in dict. l. ſi cum dotem num. 1. ad me-
dium licet fragili ratione adductus gloſam
improbet: & tandem illius opinionem ſe-
quitur numer. 10. ad finem. docuit igitur
gloſ. verbum pepigit ad extraneum rela-
tum in propria ſtare ſignificatione, cæte-
rum quoad patrem addendum, ſtipulatus
ſit: non enim nouum eſt vnum & idem ver-
bum ad diuerſa relatum diuerſo modo ex-
plicandum eſſe l. 2. ff. de offic. proconſul.
8 Bartol. in dict. l. ſi cum dotem. Addo † ip-
ſe quod cum pactum nomen ſit generale ſti-
pulationem etiam continet l. 1. §. conuen-
tionis ff. de pact. ita vt non incongrue di-
xerit gloſ. verbum pepigit diuerſum circa
diuerſas perſonas poſſe effectum operari:
9 nam † & verba legis vniuerſalia ad habi-
litatem ſunt reſtringenda Iacob. de Aretin.
vbi Bald. poſt num. 21. in l. 1. §. nunciacio
de no ope. nunci. Iaſſon. in l. 2. §. prætor ait
num. 3. ff. qui ſatis. cogan. & in §. in perſo-
nam num. 26. de actio. Tiraquel. qui mul-
tos tractat. de retract. conſan. §. 1. gloſ. 7.
num. 26. Natt. conſil. 359. num. 5. Cæphal.
conſil. 23. numer. 124. lib. 1. Surd. deciſio.
122. numer. 21. vnde cum verbum pepigit
ad patrem accomodari non poſsit quia in-
habilis ſit niſi præcedente ſtipulatione, ap-
ta interpretatio eſt, pactum ad extraneum,
ſtipulationem ad patrem referre. Nec nunc
alias adferam ſolutiones quoniam extra in-
ſtitutum tractatus; ſed inquirendum prin-
cipaliter quando caſus expreſſus in pactis
dotalibus ad non expreſſum extendi poſ-
ſit, vel pro omiſſo habeatur. vt autem ma-
teriam hanc confuſè ab interpretibus tra-
ditam patefaciam tres conſtituo inſpectio-
nes.

10 Prima vbi pater † in certum caſum pa-
ciſcitur dotando filiam. Secunda cum ma-
ritus dotem ſibi ſtipulatur. Tertia quando
11 extraneus. Prior † inſpectio multos caſus
continet: Primus in patre dotante filiam
vbi in certum caſum ſibi dotem reſtitui pa-
ciſcitur, in alium tunc caſum non expreſ-
ſum dotis actio ad mulierem pertinet, quo-
niam præſumitur patrem in caſu omiſſo do-
tis actionem donare filiæ voluiſſe, cum va-
leat donatio inter patrem & filium vel fi-
liam dotis fauore l. Pomponius Phinadel-
phus ff. fami. herciſcun. vt multis ſcripſi
hoc libro quæſtio. 3. ad finem. hanc ſenten-
tiam docuit prius gloſ. in dict. l. ſi cum do-
tem in verbo mulieri in fine vbi Barto. nu.
3. & 6. eandem ſequitur Angel. Roma. Cu-
ma. Imol. & alij quam etiam dixit commu-
nem Alexan. num. 14. Claud. num. 11. Ri-
pa. in l. 2. §. 1. num. 3. ff. ſolut. matrimo. Bap-
tiſt. de S. Blas. de priui. dotal. centu. 2. num.
94. Anton. Gomez & Zaſi. quos refert Bar-
boſ. in dict. l. ſi cum dotem num. 17. in fine:
12 Hanc † gloſæ opinionem communem de-
fendunt citati interpretes ex dict. l. ſi cum
dotem vbi text. parificat patrem & extra-
neum dotantes, at in extraneo dotante cer-
tum eſt, quod paciſcendo in vnum caſum
cenſetur in alio donare l. vni. §. accedit C. de
rei. vxo. actio. idem igitur, in patre dicen-
dum ex regula æquiparatorum in quibus in
vno diſpoſitum in alio etiam ſtatutum cen-
ſetur l. iam hoc iure de vulga. etiam ſi ma-
teria ſit exorbitans Iaſſon. in l. ſi conſtan-
te numer. 32. ff. ſolut. matrimo. Corn. con-
ſil. 256. numer. 23. lib. 1. Surd. deciſio. 251.
num. 3.

13 Secundo † eam adducunt rationem quod
contrariorum eadem eſt diſciplina l. 3. §.
final. delega. 3. in princi. inſtitu. de his, qui
ſunt ſui vel alie. iur. comprobat Surd. con-
ſil. 1. numer. 92. lib. 1. atqui vbi pater in ca-
ſu expreſſo paciſcitur actionem ſibi in ſoli-
dum quæri igitur in caſu omiſſo, contrarium
dicendum eſt, vt ſcilicet actio in totum fi-
liæ ſit.

14 Tertio † adducunt text. in l. inter ſoce-
rum §. fina. de pact. dotali. quo text. vide-
tur probari, actionem dotis in caſu omiſſo
ad filiam in ſolidum pertinere: Cæterum
contrariam opinionem tenuerunt alij plu-
res quod ſcilicet in caſu omiſſo actio inſoli-
dum non ſit filiæ, ſed communis patri & fi-
liæ iuxta terminos text. in l. 2. §. quod ſi in
patris ff. ſolut. matrimo. & fuit ſententia
antiquorum, quos refert gloſ. in dict. verbo
mulieri, & eos ſequitur Bald. in l. ſi extra-
neus ff. de condic. ob cau. Duaren. in com-
men. dict. l. ſi cum dotem in fine: Cagno.
in l. 1. num. 130. ff. de offic. eius Fulgoſi. in
dict. l. ſi extraneus num. 9. Ruin. in dict. l.
ſi cum dotem numer. 27. Barboſ. numer. 20.
verſicul. Ego vero ſecundam opinionem.
15 Mouentur † citati authores authoritate tex.
in dict. l. vni. §. accedit C. de rei. vxo. ac-
tio. quo in text. probatur, quod vbi pater
dotat filiam in poteſtate ſimpliciter, non
videtur ei actionem inſolidum donare, ſed
eſt communis inter patrem & filiam: à ma-
iori ducto argumento, idem videtur in hac
ſpecie, quando pater in vno caſu ſibi ex-
preſſe prouidit vt in omiſſo, actio com-
munis ſit; quia inducta ad argumentum
diminutionem non operantur l. legata in-
vtiliter cum vulga. de adimen. vel tranſ.
legat.





Huic argumento reſpondetur diuerſam
eſſe vtriuſque caſus rationem, quoniam vbi
pater ſimpliciter dotat filiam in poteſtate
propterea dotis actionem donare non cen-
16 ſetur, quia ſimpliciter dotando, videtur †
conformare tacitè voluntatem ſuam cum
legis diſpoſitione, quod ſemper præſumi-
tur in tali caſu l. quæro. §. inter locatorem
ff. loca. l. quidam cum filium de verbo. obli-
ga. doctores in l. hæredes mei §. cum ita ad
S. C. Trebellia. vbi Zanchi. part. 9. num. 5.
Alciat. tractat. de præſum. regu. 3. præſum. 32.
à num. 1. Surd. deciſio. 272. num. 25. at vbi
in certo caſu paciſcitur iam eo tunc recedit
à diſpoſitione iuris communis, vnde in omiſ-
ſo aliud tacitè cenſiſſe videtur, ideſt do-
naſſe.

17 Secundo † adducitur ratio, quod licet re-
medium extraordinarium legis faciat ceſ-
ſare prouiſio hominis expreſſa l. fina. cum
vulga. C. de pact. conuen. non tamen facit
ceſſare remedium legis ordinarium, quini-
mo quilibet cenſetur illud tacitè ſibi reſer-
uare gloſ. in l. 2. verbo repellere C. de iur.
Emphiteo. Conuentio igitur patris nō adeo
potens erit vt faciat ceſſare remedium legis
ordinarium d. l. 2. §. quod ſi in patris ff. ſolut.
matrimo.

18 Huic † rationi facile reſpondetur quod
prouiſio hominis tollit prouiſionem legis
indiſtinctè, & remedium quodlibet ordi-
narium, quando ambo tendunt ad eundem
finem, ſic loquitur text. in dict. l. fina. C.
de pact. conuen. & text. in l. cum ex filio §.
filio impuberi de vulga. Caſtren. conſil. 15.
colum. 2. lib. 1. Iaſſon. in l. ſi ex legati cauſa
ad finem de verb. obliga. vterque Soci. quos
refert & ſequitur Menoch. lib. 4. præſumpt.
præſumpt. 191. num. 39. 40. ſic in caſu noſ-
tro; ſecus ſi ad diuerſa l. cauſam §. puellam
ff. de manumiſsio. Atqui in propoſita ſpecie
prouiſio patris tendit directo contra legis
prouiſionem, ergo eam tollere debet. Se-
cundo reſpondetur quod per ſpecialem par-
tium conuentionem non cenſetur receſſum
à remedio legis, vel ſtatuti generaliter in-
ducti; tamen beneficij particularis ſic Bald.
Roma. Claud. & alij relati per Menochi.
præſumptio. 109. numer. 44. 45. lib. 4. At
text. in dict. l. 2. §. quod ſi in patris, ſpe-
cialiter prouidet in patre, igitur prouiſio
eiuſdem illius legis beneficium ſuſtuliſſe cē-
ſetur.

19 Tertio † adducunt rationem alteram,
quoniam pater ſtipulatus fuit in caſu ex-
preſſo ſub conditione, quæ defecit quia non
contingit caſus dict. l. inter ſocerum §. fin.
de pact. dotal. igitur ſtipulatio pro eo ac ſi
non fuiſſet haberi debet l. 1. de regu. Cato.
l. ſi pecuniam ff. ſi cert. peta. & videtur in-
nuere text. in l. 3. ff. de pact. dota. per ac-
tum igitur nullum non videtur in dubio pa-
trem iuri ſuo præiudicaſſe argu. l. certi con-
dictio §. quoniam de reb. credi. cap. non
præſtat de regu. iur. in 6. Huic rationi reſ-
pondetur retorquendo argumentum pater
ſtipulatus fuit in certo caſu expreſſo ergo.
in non expreſſo donaſſe cenſetur ſic text.
in dict. l. vni. §. accedit C. de rei vxo. ac-
tio. qui text. in fortioribus terminis loqui-
tur ſcilicet in extraneo dotante; quanto
magis id recipiendum erit in patre; cuius
affectio & naturalis etiam dotandi filias
obligatio id ſuadent, cum inter eos ex cau-
ſa prædicta donatio conſiſtat dict. l. Pom-
ponius Phinadelphus ff. fami. herciſ. gloſ.
in l. 2. C. de inoffici. donatio. Bartol. in l.
quæ dotis num. 5. ff. ſolut. matrimo. Paul.
de Caſtr. in dict. l. ſi cum dotem num. 4. Ale-
xand. num. 14. Claud. num. 11. Gabri. con-
ſil. 58. num. 22. lib. 1. Barboſ. in dict. l. ſi
cum dotem num. 18. fusè Menochi. lib. præ-
ſumpt. 3. præſumpt. 29. num. 74. & ego ipſe
quæſt. 3. hoc lib. Quare à communi ſententia
recedendum non eſt.

20 Secundus † caſus eſt quando pater ſtipu-
latur dotem ſibi reddi in certum caſum pu-
ta ſi ſine liberis filia moreretur, videtur eo
tunc in caſum contrarium non expreſſum
filiæ actionem dediſſe l. inter ſocerum §.
cum inter de pact. dotali. l. Bebius eod. ti-
21 tul. valet † enim argumentum à contrario
ſenſu, in huiuſmodi conuentionibus, con-
ſequenter de contrario ſecus iudicandum
eſt quod de expreſſo; non enim caſus omiſ-
ſus dici poteſt is, qui à contrario ſenſu eli-
citur l. apud antiquos C. de fur. & multo-
rum docui authoritate hoc lib. quæſtio. 40.
à num. 1. Cæterum huic caſui ſupra modum
aduerſatur regula l. ſi cum dotem in princi-
pio ff. ſolut. matrimo. ſupra citata; nam ſi
in huiuſmodi pactis valet argumentum à
contrario ſenſu prout valet. dict. l. ſi cum do-
tem diſpoſitio in totum corruit; quia cum
in text. pater vel extraneus pepigiſſent vt
in certum caſum dos filiæ redderetur, cum
hic caſus non contigiſſet reſpondit text. ca-
ſum omiſſum in diſpoſitione iuris remane-
re, & ideo filiæ donatam actionem non vi-
deri: Contrarium hoc maxime procedit te-
nendo intellectum, quem multi ſuſtinent ad-
uerſus communem ſupra à me defenſum,
quod ſcilicet in caſu omiſſo actio filiæ do-
nata non cenſetur ſed remanet apud pa-
trem: fortiſsimum contrarium eſt, cui vix
22 recta ſolutio dari poteſt; Bartol. † in dict.
l. ſi cum dotem numer. 9. reſpondit, iu-
ra hæc rectè intellecta ſecum non pugna-

re, cum in ſpecie dict. l. ſi cum dotem cen-
ſeri donatam filiæ actionem in caſu omiſ-
ſo, atqui ibidem in dict. §. cum inter: Neque
rurſus ait repugnare verba dict. §. cum inter
cum dicit, exiſtentibus liberis dotem per
generum retineri; quoniam interpretatur
Bartol. retineri quidem per generum non
proprio nomine tamquam in caſu omiſſo,
ſiue contrario expreſſo, ei donata, ſed nomi-
ne filiorum, quaſi matri largita, pertinereq.
ad filios tamquam matris hæredes cui ta-
cite donata cenſentur: eadem diſtinctione
vſus eſt idem Barto. in conſil. 130. num. 1. &
eam ab impugnationibus tuetur Alexan. in
dict. l. ſi cum dotem num. 15. & in l. poſt do-
tem num. 17. ſolut. matrimo. Paul. de Caſtr.
Guid. Pap. Curti. iuni. Gabri. & Phanu. quos
citat Barboſ. in dict. l. ſi cum dotem num.
25. quam etiam diſtinctionem dixit inibi
communem num. 24. ad finem Bartol. opi-
nionem nouiſsimè ſequutus fuit Peregrin.
tracta. de fideicom. articul. 28. num. 29. 30.
Bartol. traditio multis modis ab interpreti-
bus noſtris impugnatur, quam etiam poſt
alios impugnat Barboſ. vbi ſupra ad quem
lectorem reijcio: Alexan. in dict. l. ſi cum do-
tem quaſdam adfert ad contraria ſolutio-
nes, & alias Claudi. num. 12. Zaſi. in ſingu.
intel. lib. 2. cap. 2. num. 8. Alciat. in l. Lucius
2. num. 57. de hæredi. inſtituendis Coſtan.
tracta. de dot. cap. 6. num. 8. Barboſ. in d. l. ſi
cum dotem num. 28.

23 Mihi † autem poſt alios verius videtur
duo hæc reſponſa ſecum non aduerſari ſi re-
ctè intelligantur; quoniam in dict. l. ſi cum
dotem, pactum à patre vel extraneo factum
de dote reddenda non contingit in caſu ta-
cito contrario expreſſo, ſed in caſu diuerſo;
in dict. §. cum inter contingit in caſu tacito
contrario expreſſo, in conditione illa ſi ſi-
ne liberis; mortua enim cum liberis mulie-
re à contrario ſenſu in vim tacitæ pactionis
dos remanet apud maritum: Ita ſit vt argu-
mento ſumpto à contrario ſenſu dos apud
maritum remaneat: longa autem ratio di-
uerſitatis eſt inter vtrunq. caſum ex eo quod
modo dixi; ſic in dict. l. ſi cum dotem argu-
mentatio illa deduci non poteſt, ſed caſus
omiſſus remanet in diſpoſitione iuris com-
munis. Ratio ea eſt quia vbi non euenit ca-
ſus contrarius, tacita illa contrahentium
mens quæ ex pacto expreſſo elicitur ceſſat,
cum perinde ſit ac ſi nihil conuentum fuiſſet
l. ſi pecuniam ff. de reb. credi. l. 3. ff. de pact.
dotali. & hæc mihi vera harum legum con-
ciliatio videtur: Cæterum ad ſupradicta vi-
denda ſunt ea quæ ſcripſi quæſt. 40. vbi de
argumento à contrario ſenſu multa dixi in
ſpecie pacti de quo agimus.

24 Tertius † caſus eſt cum pater dat dotem
filiæ, & ſi ſine liberis decedat ſtipulatur ſi-
bi dotem reddi, muliere enim cum filijs de-
cedente grauis quæſtio oritur an dos dona-
ta filiæ cenſeatur, an ve marito, an vero de-
beat ad patrem donantem reuerti: Et gra-
uem & difficilem dixit Phanu. tracta. de lucr.
dot. gloſ. 11. num. 9.

Caſus hic dupliciter intelligi poteſt, vel
enim pater ſtipulatur ſibi dotem reddi in ca-
ſu exiſtentium liberorum, & nulla tunc du-
bitatio eſt dotem ad eum reuerti debere.
Bald. conſil. 349. lib. 2. Aut vero ſtipulatur
dotem reddi ſub conditione ſi filia ſine libe-
ris decedat vt in propoſito caſu, & quidem
aliqui in hac controuerſia exiſtimarunt, mo-
riente abſque liberis muliere dotem cede-
25 re lucro mariti: ducti † authoritate text. in
dict. l. inter ſocerum in §. cum inter quo tex.
deciditur quod ſi maritus ſocero promittat
dotem reſtituere ſi mulier prædeceſſerit ſi-
ne liberis, dos eius extantibus retinetur: Et
licet text. non declaret per quem dos reti-
neatur, tamen proculdubio intelligendum
retineri debere per eum cum quo pactum
initum eſt, & qui dotem habet, & ſic per
maritum, qui illius dominus eſt. l. doce an-
26 cillam cum ſimili C. de rei vindica. cum †
retinere nemo dici rem aliquam dicatur ni-
ſi qui eam poſsidet gloſ. in l. poſt emanci-
pationem in gloſ. fina. delega. 3. Zaſi. lib. 2.
ſing. reſponſo. cap. 2. num. 5. id ipſum aper-
te innuit dict. §. cum inter, nam cum dixe-
rit dotem retineri, neceſſario de marito
intelligendus eſt; quoniam per filiam ne-
quit quia nulla inita pactio cum ea fuit: Rur-
ſus idem de filijs dicendum, quoniam fue-
runt tantum illa conuentione in conditio-
ne poſiti ad excluſionem ſoceri paciſcentis,
ob id vocati non cenſentur ad dotem præ-
fatam, ſed ſola ſpe eis prouiſum ſi patri ex
teſtamento vel abinteſtato ſuccedant, iux-
ta gloſ. receptam in l. Lucius 2. de hæredi.
27 inſti. quæ † & in contractibus locum habet
iuxta Bald. traditionem in l. quod ſcitis nu.
7. C. de bon. quæ liberi. vbi in terminis reſ-
pondet ad text. hunc de quo toties men-
tionem facimus. dict. §. cum inter Alexand.
& Bald. in l. pro hęreditarijs. C. de hære.
actio. Alciat. in dict. l. Lucius, Purpura. in l.
1. num. 684. de offi. eius, Socin. iuni. conſil.
108. num. 34. lib. 2. Barboſ. in dict. l. ſi cum
dotem num. 34. Et alios recenſet Ioſeph. de
Ruſt. trac. an. & quan. filij poſi. in condi. li. 1.
ca. 4. num. 6. vbi tamen & alios multos con-
trariũ affirmãtes adfert pręcipuè Alciat. ſibi
contrarium reſponſ. 2. nu. 6. lib. 8. Menochi.
conſ. 325. num. 9. lib. 4. tandem reſoluit cum
priore opinione dum ex cõiecturis vocatus
appareat:



appareat: Ex his ſequitur quod per conuen-
tionem prædictam non cenſetur in fauorem
alicuius prouiſum niſi ſolius generi cum quo
pactio inita fuit. Et hanc opinionem tenue-
runt Dyn. Cyn. Bald. Angel. & Imol. quos
refert Alexand. in dict. l. ſi cum dotem num.
16. Bald. & Chriſto. Caſtellio. quos ſequi-
tur Barboſ. in d. l. ſi cum dotem num. 34. ad
medium.

28 Contrariam † opinionem quod imo in
prædicto caſu pater dotando, non cenſeatur
ſub conditione filiorum excluſiſſe filiam ſed
eidem in caſu contrario donare dotem non
autem marito voluiſſe, tenuit Bartol. in dict.
l. ſi cum dotem vbi & Alexan. num. 15. Bald.
conſil. 477. num. 6. lib. 4. conſil. 273. num. 1.
cum ſequent. lib. 1. & in l. pro hæreditarijs
num. 10. C. de hæredi. actio. Ruin. conſi. 132.
num. 11. lib. 2. qui pariter de communi teſ-
tatur. Phanu. de luc. dot. gloſ. 11. num. 9. Pau.
de Caſtr. conſil. 108. num. 2. lib. 2. Alexand.
in l. poſt dotem num. 17. ſolut. matrimo. &
conſil. 24. colum. penulti. lib. 1. Alciat. lib. 3.
de verbo. ſignifi. num. 12. Cardina. Zaba.
conſil. 152. num. 3. Guid. Pap. deciſio. 147.
num. 2. verſicul. Præterea quando filia, vbi
Ranchin. Curti. iuni. in l. 1. num. 59. ff. de
offi. eius. Hieronym. Gabri. conſil. 58. nu. 20.
lib. 1. vbi num. 28. addit quod mater in prę-
iudicium filiorum vt infra dicam diſponere
non poterit l. perfecta C. de donatio. quæ
29 ſub mo. Mouentur † citati interpretes ex
text. in dict. l. ſi cum dotem, in quo vt altero
dixi caſu pater in vnum caſum ſi ſine liberis
dotem reddi ſtipulatus in caſum contrarium
donaſſe mulieri videtur; ſic in extraneo l.
vni. §. accedit C. de rei. vxo. actio. l. ſeruo. §.
ſi teſtator delega. 3. Neque filijs donaſſe vi-
30 detur ideſt nepotibus ſuis pater † ad quos
veluti non natos nec conceptos, conſequen-
ter incognitos affectionem nullam habere
videtur l. qui filiabus delega. 1. argu. l. ſi quis
in ſuo C. de inofi. teſtam. Barto. Fortuni. An-
gel. Alexand. Iaſſon. Deci. Socin. Ruin. Cæ-
phal. & Meno. quos refert & ſequitur Surd.
deciſio. 322. num. 48. 49. 50. Affirmant ergo
præfati interpretes quod licet filijs non ad-
quiratur, tamen pater eorum nomine dotem
retinet, non quod eam lucretur, cum diuer-
ſa ſint vt in his terminis reſpondet Bald.
dict. conſil. 273. ponderans ad hoc dictum §.
cum inter, qui de retentione verba facit tan-
tum: vnde cum ad filios pertinere in vim pa-
cti non poſsit, cum ſint in conditione tan-
tum poſiti, & ideo non vocati vt ſuperius
animaduerti, ad matrem dos pertinebit; ſic
enim & in filijs in conditione poſitis contin-
git, quoniam vbi teſtator grauat hæredem
ſine liberis morientem, alteri reſtituere, ex-
tantibus filijs, ij fideicommiſſo grauati non
cẽſentur, ſed remanet in poteſtate patris gra
uati an filijs relinquere vellit vel non, ad ea
quę omnes in dict. l. Lucius. 2. & paſsim cæ-
31 teri ſupra relati. Reſpondet † autem Barto.
& qui illum ſequuntur dupliciter ad text. in
dict. §. cum inter in eo tex. ſtipulatum fuiſſe
expreſsim maritum, aut retinere in eo caſu
maritum dotem pro filijs: quæ tamen ſolu-
tiones multipliciter ſubuerti poſſunt, pro vt
ęas impugnant contrariam tenentes: prior
diuinatiua eſt: ſecunda infringitur quoniam
cum pactum cum marito fuerit celebratum
non cum filia vel filijs, qui adhuc concepti
non erant, neceſſario in caſum exiſtentium
liberorum dos, quæ eis non exiſtentibus ad
patrem reuerſura erat, extantibus mariti lu-
cro cedet, vt & antea animaduerti. Alijs etiã
modis Barboſ. impugnat poſt antiquiores
32 quos omitto: Sed & ad tex. † in dict. l. ſi cum
dotem reſpondent reiecto Barto. intellectu,
in ſpecie illius tex. non contigiſſe caſum cõ-
trarium expreſſo ſed diuerſum, ideo rema-
net in diſpoſitione iuris communis vt dixi
ſupra ſecundo caſu: in dict. §. cum inter, om-
33 nino contrarium. Rurſus † inuertitur Barto.
traditio quia ſupponit filiamfamilias in do-
te profectitia poſſe hæredem habere, cuius
contrarium aperte decidit text. in l. 2. ff. de
Caſ. pecul. Bald. Angel. & Zaſi. quos refert
Barboſ. in dict. l. ſi cum dotem num. 27. ad
finem & in dict. l. poſt dotem eod. titu. licet
in hoc articulo multi teneant contrariam vt
poſt Barto. Caſtr. & Alexan. docet Iaſſon. in
l. poſt dotem num. 92. ff. ſolu. matrimo. & di-
cit communem Viui. inter commu. opinio.
302. num. 18. Exiſtimo opinionem minus
communem aduerſus Bartol. in puncto iuris
veriorem; cæterum in iudicando & conſulen-
do ab opinione Barto. recedendum non vi-
detur, quia æqua & benignior & magis con-
ſona his ad quæ iure naturali impellimur,
donare ſcilicet filię & noſtris potius quã ex-
traneis argu. l. cum acutiſsimi cum ſimilibus
C. de fideico. Bald. in l. pro hæreditarijs nu.
10. C. de hæredi. actio.

34 Quartus † caſus eſt vbi pater ſimpliciter
dotat filiã, nec de dotis reſtitutione verbũ fa
cit, in hoc caſu cẽſent fere omnes dotẽ ei re-
ſtituendã à quo egreſſa eſt: l. dos à patre pro-
fecta C. ſolu. matri. vbi glo. Bart. Bal. Cyn.
Odofre. Ange. Sali. & cęteri omnes in l. poſt
dotẽ vbi Bart. nu. 27. ff. ſolu. matri. Alex. cõſ.
115. lib. 1. col. 2. & conſ. 77. lib. 7. Abb. conſ.
115. lib. 2. Afflict. deciſio. 236. vbi Vrcill. ad
eum Phanu. in cõmen. de luc. dot. glo. 11. nu.
3. Alciat. qui alios reſponſ. 299. num. 1. &
eſſe communem teſtatur Alexan. d. conſ. 115.
in princi. & conſ. 67. n. 1. li. 7. Bologne. in d. l.

35 num. 221. Barboſ. & ſcribunt † citati in-
terpretes veram eſſe opinionem etiam vbi
cum filijs decedit filia, ea ratione ne pater
qui filiam amiſit rei quoq. familiaris ſuorum-
que bonorũ iacturam patiatur l. iure ſuccur-
ſum ff. de iur. doti. Menoch. conſ. 238. nu. 15.
16. lib. 3. fusè Ioſeph. Ludo. in commu. con-
cluſio. quæſt. 11. á nu. 1. Rimi. iuni. conſ. 379.
nu. 38. li. 4. Ray. de Mon. inter conſ. vlti. vo-
lun. conſ. 8. vol. 1. & aſſerit communem Iaſſ.
num. 99. in d. l. poſt dotem Crauet. & Rolan.
quos citat Viui. inter ſuas opinio. commu.
opini. 302. num. 15.

36 Cæterum † ex conſuetudine Martini com-
muniter vbiq. locorum recepta extantibus
filijs ex matre dos non reuertitur ad patrem
dotantem; ſed remanet filijs; ſic & Accurti. in
d. l. dos á patre Barto. & alij nunc á me rela-
ti, & præter eos Capi. deciſ. 176. nu. 22. No-
ni. conſ. 48. num. 12. Menoch. d. conſ. 238.
num. 18. Caualca. deciſ. 44. num. 131. 1. par.
Alban. in dict. l. dos á patre Viui. d. opinio.
302. num. 16. Ioſeph. Ludo. d. q. 11. Rimin. d.
conſ. 379. Quod ſi alicubi ea conſtitutio non
vigere tius commune obſeruandum foret: vt
allegati authores ſcribunt, præcipuè Meno.
d. conſ. num. 18.

37 Admittunt † autem omnes, communem
hanc conſuetudinem ſtrictè vti odioſam & á
iure exorbitantem interpretandam eſſe ſic
Barto. in dict. l. poſt dotem num. 30. vbi
Alexan. & alij. Noni. dict. conſil. 48. num. 9.
Menoch. dict. conſil. 238. num. 31. Viui. dict.
38 opinio. nu. 17. Ex † quo infert egregie Me-
noch. dict. conſil. quod conſuetudo in dote
data loquens nó haberet locum in dote pro-
miſſa quæ verè data dici non poteſt Nouell.
Anton. ab Alexan. Herculan. Capi. Socin.
iuni. & Thobi. Noni. quos citat, & ſequitur
Menoch. dict. conſil. num. 30. & Phanu. dict.
gloſ. 11. num. 6. ad finem. Cæterum opinio
hæc non caret maxima difficultate cum ſta-
tutum de lucro dotis quod itidem eſt, ad-
uerſus iuris diſpoſitionem, habet locum in
dote promiſſa ſicut in data, vt reſolui ex
magis communi hoc lib. quæſtio. 19. vbi de
veritate.

39 Secundo intulit † Phanu. dict. gloſ. non eſ-
ſe locum conſuetudini vbi maritus prædece-
deret relictis liberis & poſt mater, cum in
hac ſpecie dos ad patrem reuerteretur, &
conſuetudo ad hunc caſum non extendere-
tur Barto. in dict. l. poſt dotem num. 33. Ale-
xan. & Iaſſon. num. 102. vbi communem di-
xit, & eandem communem repetit Viui. d.
opinio. num. 17.

40 Quintus † caſus eſt cum maritus paciſci-
tur cum ſocero de lucrando dotem morien-
te muliere ſine filijs, á contrario enim ſenſu
filijs extantibus non lucratur dotem: Qui
caſus nullam apud doctores continet con-
tradictionem: vt teſtatur Curti. iuni. conſil.
93. num. 6. lib. 1. verſicul. Ex præmiſsis: Eo
maximè (inquit) quod nulla in hac ſpecie re-
ſultat correctio iuris communis, quia mari-
tus dotem regulariter lucrari nó debet, cùm
de iure communi ad dotantem redire de-
beat dict. l. dos á patre & tot. titu. C. ſolut.
41 matrimo. & alij ſuperius citati: Dubitatio †
maior circa hunc caſum incidit, an filijs de-
beat dos applicari nec ne: nam etſi argumen-
to á contrario ſenſu inferatur, quod maritus
vxore cum liberis decedente dotem non lu-
cretur tamen non inde ſequitur, quod filijs
dari debeat; quoniam argumentum á con-
trario ſenſu neceſſario non hoc infert, ideo
ſumi non debet, iuxta tradita per alios in d.
l. 1. §. huius rei ff. de offi. eius. ideo niſi mater
filijs dotem relinquerit filij dotem habere
non poſſunt: ſic Paul. de Caſtr. in d. l. ſi cum
42 dotem in princi. & conſil. 356. Quoniam †
argumentum á contrario ſenſu non ſumitur
niſi iuxta limites verborum Deci. conſ. 386.
& conſil. 402. Phanu. dict. gloſ. 11. num. 10.
verſic. Quartus caſus. Vnde reſpondit mul-
tis Socin. iuni. conſ. 27. lib. 1. num. 11. quod
in caſu prædicto, nec vir, nec etiam filij lu-
crantur dotem, niſi mulier eis ipſam relin-
querit; Quamquam contrarium conſuluerit
Ruin. conſil. 8. num. 5. lib. 2. motus quod
extantibus liberis maiora ſunt onera matri-
monij, quam vbi deſunt; at lucrum dotis de-
fertur propter onera matrimonij l. pro one-
ribus C. de iur. doti. & multis citatis docui
hoc lib. Barboſ. in dict. l. ſi cum dotem num.
43 41. Nam † & præter ſolutionem Socin. di-
cto con. reſpondetur quod vtrunque ſit ſiue
lucretur maritus dotem vel non lucretur, te-
netur alere filios; quinimo licet nullam re-
cipiat dotem l. ſi quis á liberis §. ſi quis ex
his ff. de libe. agnoſ. vt eos necare dicatur
ſi alimenta denegauerit l. necare. illo titul.
cum alijs multis ſimilibus, ad hanc ſpeciem
congeſtis per Surd. in tractat. de alimen. ti-
tu. 1. quæſtio. 1. in principio: Neque quid-
quam facit ponderatio Barboſ. contrarium
aduerſus Paul. de Caſtr. & ſupra relatos ſen-
44 tientis, qua † adducit text. in dict. l. Bebius
ff. de pact. dotali. non enim meretur lex illa
citari contra præſcriptam traditionem cum
in caſu illius text. argumentum á contrario
ſenſu neceſſario inferret ad caſum propoſi-
tum quo in caſu valida eſt prædicta argu-
mentatio; in noſtra ſpecie non infert neceſ-
ſario, vt Paul. de Caſtr. Curti. iuni. & Socin.
animaduertunt.

Veruntamen Curti. iuni. in d. conſi. opi-
natur quod licet in ſuo caſu nequeant filij in
vim



vim argumenti á contrario ſenſu dote gau-
45 dere, tamen † ex alio iuuari dicit, quoniam
cum lucrum alicui aufertur contemplatione
alterius id illi applicatur cuius contempla-
tione aufertur; citat Barto. communiter vt
dixit approbatum in l. 2. §. videndum ff. ad
Tertulia. tex. in l. poſt legatum §. amittere
ff. de his qui vt indig. l. cum duo emancipati
§. ſi duo emancipati ff. de colla. bono. l. ſeruo
legato §. ſi teſtator vbi Iaſſon. 2. notabi. de
lega. 1. innumeros Tiraquel. in l. ſi vmquam
verbo ſuſceperit liberos num. 106. C. de re-
uo. donatio. Ruin. conſil. 107. num. 10. lib. 3.
Surd. deciſio. 8. num. 10. vnde cum lucrum
hoc propter filios á marito adimatur, ſequi-
tur filijs applicandum fore. reſpondit enim
Phanu. dict. gloſ. verum non eſſe in hoc caſu
lucrum auferri á marito propter filios, quo-
niam cum ipſi nuſquã acquiratur in vim pa-
cti auferri ab eo non dici poteſt, quia condi-
tio defecit vnde á Pauli Caſt. opinione non
facilè recedendum eſt.

46 Sextus † caſus ſtipulatio de reddenda do-
te in caſu quo morte mulieris ſolueretur ma-
trimonium non extenditur in caſum in quo
diuortio ſolueretur l. 3. ff. de pact. dotali. l.
Bebius eo. titu. ſunt enim caſus diuerſi, &
ideo de vno ad alium non rectè infertur ar-
gu. l. Papinianus exuli ff. de mino. remanet
igitur caſus diuortij in diſpoſitione iuris có-
47 munis; atque † ideo pactum de lucrando do-
tẽ in caſum mortis ad caſum diuortij exten-
di non poteſt, non ſolum in caſu expreſſo ſed
neque in tacito qui argumento á contrario
ſenſu elicitur: habetur enim conditio illa ſub
qua pactum fuit celebratum, veluti ſi nuſ-
quam adiecta fuiſſet. ſic Bald. eruditè in d. l.
Bebius idem Bald. in auth. ſed etſi quis vbi
Salice. & Fulgoſi. C. de ſecun. nup. Caſtellio.
& Roma. in d. l. ſi cum dotem quos refert &
ſequitur Barboſ. in d. l. num. 41. Contrariam
tamen ſententiam tenuit Barto. in eadem l.
ſecundum communem intellectum ſuperius
in tertio caſu relatum; & cum Barto. com-
munis vt teſtatur Alexan. ibi & cæteri poſt
quod imo pater ſtipulando dotem ſibi reddi
in vnum caſum ſi filia ſine liberis moreretur,
in caſum diuortij eidem donare videtur ex
48 d. l. ſi cum dotem: & probat tex. apertus † in
l. ſi filia ff. de diuor. & in l. filiæ meę ff. ſolut.
matrimo. pater etenim ſtipulando dotem
reddi in caſum mortis prædictum, cum vi-
deatur donaſſe in caſu diuortij dict. l. ſi cum
dotem, quæſitum in illis iuribus fuit, an cum
filia grauiter ęgrotaſſet, & maritus filiæ re-
pudium miſiſſet, reſpondit vterque text.
quod cum fraude miſſum repudium fuerit,
vt dos mortua filia ad patrem non reuerte-
retur, ſed apud hæredes filiæ remaneret vel
filios, aut ipſum eundem maritũ, repudium
patri nocere non debuit, nec mulieri, vel il-
lius prodeſſe hæredibus: quibus iuribus a-
perte Barto. & communis opinio ſuſtinetur:
quam etiam nouiſsimè ex his iuribus ſequu-
tus fuit Menoch. conſil. 334. num. 25. lib. 4.
49 Neque obſtat † text. in l. 3. de pact. do-
tali. quoniam pactum ibi non fuit concep-
tum niſi in vnum diuortij caſum vnde niſi
in contrario locum non vindicant: præterea
non loquitur in patre ſtipulante, quemad-
modum noſtra quæſtio habet.

Neque etiam facit text. in dict. l. Bebius,
quoniam præter ſolutiones communiter ab
interpretibus traditas reſpondet Alexand.
text. loqui in patre qui non ſibi ſed alteri
dotem reſtitui ſtipulatus fuit quo in caſu in
caſum diuortij dos filiæ data non cenſetur,
ne ſicut in expreſſo, ſic in tacito caſu videa-
tur ſibi præiudicare ſic Alexand. in dict. l. ſi
cum dotem poſt Paul. de Caſtr. ibi Claud. de
Seyſel. ibidem nu. 17. quidquid dixerit Bar-
boſ. nu. 43. ad finem.

50 Septimus † caſus eſt, quoties extraneus
dat dotẽ in caſum ſequuti matrimonij quo-
niam in caſu contrario omiſſo locus eſt re-
petitioni illius dotis, tamquã ob cauſam da-
tam ea non ſequuta l. ſi extraneus ff. de con-
51 dic. cau. dat. cau. nó ſequut. quoniam † qui ob
cauſam certam donat ea non ſequuta donatũ
conſequitur condictione ſine cauſa, l. qui ſe
52 debere §. final. de con. cau. dat. Et remanet †
caſus omiſſus in diſpoſitione iuris cómunis.
Bart. Angel. Roma. Cuma. Alex. & cæteri in
d. l. ſi cum dotem Tiraq. qui alias tracta. de
retract. lib. 1. §. 20. glo. vni. nu. 11. idẽ Tiraq.
tract. de primo. quęſt. 40. á num. 194. Craue.
conſ. 416. nu. 15. lib. 3. Tiber. Decia. reſpon.
1. á nu. 145. lib. 1. Caſſane. in conſue. Burgun.
rubr. 6. †. 5. num. 12. verbo. Et ſe pares Bar-
boſ. qui alios in d. l. ſi cum dotem num. 50. &
præter eos Menoch. qui alios citat lib. 4.
præſump. præſump. 26. num. 11. 12. 13. Re-
manet ergo in prædicta ſpecie caſus omiſ-
ſus in diſpoſitione iuris communis, ſicut ex-
traneus dotans in certo caſu, in omiſſo idem
velle cenſeatur quod ius commune ſtatuit;
argum. l. ſi duo de acquir. hæredi. l. quæro §.
inter locatorem ff. loca. vbi promiſsio á lo-
catore facta, de non expellendo intelligitur,
dum rectè colat & debitam ſoluat penſio-
nem; ſic & in ſtatutis ſtatuentes id facere vo-
luiſſe præſumitur, & contrahentes nedum in
id quod ius commune ſtatuit ſed & quod ſta-
tuta vel locorum conſuetudines, vt multis
oſtendit egregie Menoch. lib. præſumpt. 3.
præſump. 38. á nu. 1. cum ſequent. vbi innu-
meros in hoc citat authores.
53 Cæterum † huic caſui repugnat admodum

tex.in l.vni.§.acceditC.de rei.vxo.actio.quo
tex.colligitur, extraneum dotanté in dubio
animũ donandi habere voluiſſe:Hinc ſequi-
tur quod ſi donata dos fuit magis mulieri
quam extraneo cõdictio cõpetere debuit,ꝙ
tex.in d.l.ſi extrane⁹ negat. Bart. in d.l.ſi cũ
54 doté nu.7.reſpõdet, † leges non fauere do-
tib⁹ niſi poſt contractũ ſemel matrimoniũ,ſi
non ſequatur matrimonium fauor ceſſat, &
conſequenter donationis prę́ſumptio ſtatuta
in d.§.accedit. Bart.opinionem ſequuti ſunt
Caſtellio.ibi nu.16.Roge.nu.33.Deci.conſ.
55 35.nu.5.ad finẽ.Verũ † traditioni huic Bart.
quã & tenuerunt alij multi oberit quod imo
lex dotibus fauet etſi matrimonium nõ con-
trahatur vt facilius nubeãt mulieres.l.2.§.fi-
na.de priui.credito.l.lege Iulia.ff. de fun.do
tal.Boeri.deciſ.331.nu.2.& alij quos recen-
ſui hoc lib.quęſt.3.declara.2.vbi tñ alios ad-
uerſantes adduxi:Rectius itaq.dici poteſt vt
animaduertit Claud.de Seyſel.in d.l.ſi cum
doté n.8.poſt Roma.& antiquiores quos ſe-
56 quitur Barboſ.ibidem nu.50.ad finẽ:quod †
in omni promiſsione vel datione dotis ſub-
intelligitur tacita conditio ſi nuptiæ ſequan-
tur l.item quia §.1.ff.dę pact.quare deficiẽ-
te tacita illa cõditione omnia inde ſequuta
præ defectu voluntatis deficiunt.argumento
l.cum principalis de reg.iur.

57 Ex his † ſequitur reſolutio quæſtionis
quam tractaui hoc lib.quæſt. 3. declara.2. &
quæſt.9.An pater dotans filiam vbi non fuit
ſequutum matrimonium poſſet ſolus expe-
riri,an vero actio communis ſit vtriuſq. ac ſi
matrimonium fuiſſet ſubſequutum iuxta diſ-
poſitionem text. in d. l. vni.§.accedit.vide-
tur enim quod cum caſus matrimonij non
fuerit ſubſequutus, nullatenus actio filię cõ-
petere poſsit:ceſſat enim dotis nomen vbi
matrimoniũ ceſſat l.3.ff.de iur.doti. Et ſolus
pater vindicabit cum ceſſante cauſa ceſſare
etiam dotis conſtitutio debeat,quemadmo-
dum clarè text.in d. l. ſi extraneus ad finem
decidit de patre loquens,& alia iura adduxi
d.quæſt.3.& quęſt.9.Et in patre dotante ea-
dem ratio militat quæ in extraneo l.ſtipula-
tionem ff. de iur. doti. Bae. tractat. de non
melio.filia.cap.21.num.14. & ſequen. Bar-
boſ.in d.l.ſi cum dotem num. 51. in fine ff.
ſolut. matrimo. quos citaui cum alijs multis
d. quæſt. 3. Et licet alij contrariam opinio-
nem tueantur quod imo ſola actio erit filiæ
licet non ſequatur matrimonium, & quod
donatio eo ipſo irreuocabilis ſit ex text. in
d.l.ſi extraneus. quos in citatis locis retuli.
Et licet Roma.Alexan.Iaſſon.& Baeça.quos
refert & ſequitur Barboſ. in d. l. ſi cum do-
tem num.52. ad medium concordent, vt ſi
conſtet patrem donare voluiſſe etſi matri-
monium non ſequatur valeat in hoc caſu do-
natio & irreuocabilis ſit, ſin minus non va-
leat ita intelligentes text.in dict. l. ſi extra-
neus:tamen concordia hęc ſuſtineri non po-
teſt ex multis præcipuè quoniam ratio illa,
quod in dotis promiſsione tacita ſubintelli-
gatur conditio ſi nuptiæ ſequantur generalis
eſt etiam quoad patré in caſu dubio vt Bae.
Barboſ.& alij fatentur;vnde ſi non ſequatur
matrimonium pater fundatam quoad dotis
repetitionem intentionem habet: præterea
in d. l. ſi extraneus non conſtabat de patris
voluntate donare volentis licet non ſeque-
retur matrimonium: quare recurrendum eſt
ad diſtinctionem noſtram & aliorum quos
d.quęſt.3.& 9.adduxi.Et ad traditionem il-
lam an conſtitutio dotis paternę ad dotan-
dum filios procedat ex cauſa finali vel im-
pulſiua;quoniam ſi ex cauſa finali donatio ir-
reuocabilis erit,ſi ex impulſiua reuocari po-
terit non ſequutis nuptijs ad ibi dicta lecto-
rem reijcio.

58 In † extraneo autem nulla dubitatio eſt,
non ſequuto matrimonio condicere donata
poſſe d.l.ſi extraneus,conditione ſine cauſa,
quaſi ſub tacita conditione ſi matrimonium
ſequatur donauerit.d.l.ſtipulationem de iur.
doti.l.item quia §.1.de pact.Roman.Panor.
Iaſſon.& Alciat.quos citat Barboſ. in d. l. ſi
cum dotem num. 51. quinimo quod magis
eſt etſi ſequuta forent ſponſalia;cum & taci-
ta illa conditio ſi matrimonium ſequatur
etiam contractis ſponſalibus militet l. quod
ſeruius ff.de cond.ob cau.d.l. ſtipulationem
l.1.ff.de vſuca.pro dot.

Secunda nunc inſpectio ſequitur quando
maritus dotem lucrari in vnum caſum ſtipu-
latur; Bald. conſil. 273. quatuor conſiderat
caſus, quos & refert ſimpliciter Phanu. in
commen.de luc.dot.gloſ.11.num.9. ad me-
59 dium. Primus † eſt quando maritus expreſ-
ſim paciſcitur pro liberis ſuis, tunc inquit
dos iure pacti pertinebit ad filios etiã quod
non ſint hæredes matris dict. l. inter ſoce-
60 rum §. 1. de pact. dotali. Verum † & hæc
Bald. & Phanu. traditio vera non eſt quo-
niam in dubio pater ſtipulando pro filijs
cenſetur ſtipulari pro filijs vt hæredibus, &
non vti filijs vt multorum teſtimonio do-
cui hoc lib. quæſtio. 12. vbi magis commu-
nem & veram dixi, ad eum locum lectorem
reijcio.Neque tex.in d.§.1.Bal. ſententiam
61 probat vt ex eo conſtat. Secundum † tradit
caſum quando maritus pro ſe ſtipulatur tunc
lucrabitur ſalua filijs quærella inoficioſę do-
tis l.1. C. de inofi. dot. Cæterum Bald.non
declarat an in caſu omiſſo vel contrario lu-
crari debeat nec ne, quare ad ſuperiores ca-
ſus primæ inſpectionis recurrendum erit.

Tertius



Tertius Bal.caſus, quando nihil ſtipulatur
ſed ſimpliciter promittit dotem reddere fi-
lijs non extantibus, in hoc caſu adeunda eſt
communis traditio quam ex alijs docui ſup.
in tertio caſu primæ inſpectionis. Quartum
caſum adiungit Bald. quando in promiſsio-
ne dotis reſtituendæ per maritum facta non
fuit mentio filiorum habita, tunc ait recur-
rendum eſt ad text.in dict. l. dos à patre C.
ſolut.matrimo. dixi in priori inſpectione in
4.caſu.

62 Tertia & † extrema inſpectio ſequitur in
extraneo dotante mulierem & dotem ſibi
in certum caſum reddi ſtipulante, is enim in
caſu omiſſo reddi tacite conueniſſe videtur;
atque ideo tunc condictio ſibi competit ve-
luti cum daret aliquis mulieri in caſum nup-
tiarum, his enim non ſequutis illi reddenda
dos eſt tacita quædam conuentione ex pacto
expreſſo reſultante vt ſup. dixi ex dict. l. ſi
extraneus ff.de condi.ob cauſ.ideo glo.in d.
l.ſi extraneus verbo in hunc ad finem, egre-
gie docuit caſum omiſſum in illo text. diſ-
poſitioni iuris communis relinqui, iuxta diſ-
poſitionem etiam text.in dict.l.ſi cum doté;
ideo efficitur vt ſicut is qui ob certã cauſam
donat ea non ſequuta habet condictionem
ob cauſam l.1.& tot.titu.ff.de con. cau. dat.
cau. non ſequ.ſic extraneus ibi non ſequutis
nuptijs dotem repetet condictione prædi-
cta.Fulgo.Roma. Iaſſ. & alij in dict. l. ſi ex-
traneus Caſtellio.& Barbo. in dict. l. ſi cum
dotem num.50.& cæteri inibi. Veruntamen
63 † ſuperiori traditioni non mediocriter ad-
uerſatur tex.in l.vni.§ accedit C.de rei vxo.
actio.quo text.probatur, extraneum dotan-
tem in dubio videri dotare animo donandi:
hinc ſequitur neceſſario quod condictio ma-
gis mulieri quam extraneo competere de-
buit Bartol. in dict. l. ſi cum dotem ſuſtulit
contrarium dicens,quod lex non fauet doti-
bus niſi poſtquam contractum eſt matrimo-
nium,ideo ſi non ſequatur ceſſat fauorabilis
præſumptio donationis dotis ſequũtur Bart.
ibidem Caſtelli.Roge.& Deci.conſi. 35.nu.
64 5.quod improbat † Barboſ.ibi num. 50. ad
finem,cum lex faueat dotibus etiam non cõ-
tracto matrimonio vt facilius nubant l. 2. §.
fina.de priui.credito. l. lege Iulia ff. de fun.
dota.Roma.in dict.l. ſi extraneus Seyſel. in
dict.l.ſi cum dotem Boeri.deciſio.331.num.
2.& latius ipſe hanc improbaui,hoc li.quæſ.
65 3. declara. 2. vnde alij † ſentiunt condictio-
nem mulieri non competere quia in ea do-
tis promiſsione vel datione ſubintelligitur
tacita conditio ſi nuptiæ ſequantur dict. l.
ſtipulationem ff.de iur.doti.dict.l.item quia
§.1. de pact. ſi igitur matrimonium non ſe-
quatur condictione locus eſt.

## SVMMARIVM.

1 *Pater vel extraneus ad ſtipulandum dotem à muliere adbibiti in contractu matrimonij, an eis donandi animo adbibiti videantur.*
2 *Mulier ad ſtipulandum dotem aliquem adbibens,videtur vt procurator adbibitus.*
3 *Text. in l. quæ dotis ff. ſolut. matrim. declaratur.*
4 *Barto.intellectus ad text.in dict.l.quæ dotis.*
5 *Nomina ſua in inſtrumentis deſcribere boneſtiores perſonæ non ſolent.*
6 *Donandi animus numquam præſumitur.*
7 *Menochij traditio noua.*
8 *Mulier adbibens perſonam coniunctam ad ſtipulandum dotem non cenſetur animo donãdi illam adbibuiſſe.*
9 *Pactum de donando præcedens ſubſequuta poſt adbibitione coniunctæ perſonæ per mulierẽ facta ad ſtipulandum dotem donationem præcedentem non immutat.*
10 *Mulier abbibens coniunctam perſonam ad ſtipulandum dotem animo donandi,donare videtur.*
11 *Bartoli traditio & conciliatio.*
12 *Mulier qui fratrem adbibuit ad ſtipulandum dotem in certum caſum donaſſe præſumitur.*
13 *Stipulatio de dote reddenda in omnem caſum verificari non poteſt niſi cum morte mulieris ſoluitur matrimonium.*
14 *Mulier adbibens extraneum ad ſtipulandum dotem non videtur animum donandi babuiſſe.*
15 *Mulieres ſuapte natura auaræ.*
16 *Mulier nequit ſibi in dote præiudicare.*
17 *Mulier non poteſt facto ſuo iura ſuarum dotium lædere.*
18 *Pactum à patre factum circa dotis reſtitutionem præiudicat filiæ effectæ,ſui iuris.*
19 *Mulier adbibens extraneum ad certam partem dotis ſtipulandum,donare videtur.*
20 *Donatio facilius præſumitur inter coniunctas perſonas quam inter extraneas.*
21 *Stipulator extraneus adbibitus per mulierem in certo caſu, donandi animo adiectus cenſetur.*
22 *Menochij traditio reprobatur.*
23 *Menochij ſolutiones confutantur.*
24 *Pactum patris filiæ præiudicans dum nuptui traditur nullum.*

## QVÆSTIO. LV.

*PATRE VEL EXTRANEO ad ſtipulandum dotem à muliere adbibitis in contractu matrimonij; An donandi animo adbibiti cenſeantur.*

NEMINI

1 NEMINI † dubium eſſe poteſt
poſſe mulierem in cõtractu ma-
trimonij ſtipulatores adhibere
qui dotis reſtitutionem ſtipulen-
tur à marito : ij igitur a marito
per mulierem hærede inſtituto dotem exi-
gere veluti donatarij poterunt l.quę dotis ff.
2 ſolut. matrimo. Id autem mirum † videtur
prima facie quinimo impoſsibile, quoniam
vbi quiſquam per mulierem ad ſtipulandum
dotem adhibetur adhibitus in dubio videtur
magis vt procurator illius, atque ideo quod
is exigit mulieri reſtituere mandati actione
cogitur l. cum quis decedens §. nuptura de
lega.3.l. idemque §. ſi cui in fine ff. manda.
eadem denique muliere mortua tenetur is
hæredibus mulieris eandem facere reſtitutio
nem ad regul. l. vni. C. vt actio. ab hęredi.
conſequenter marito : vnde videtur ſtipula-
tori huic obijcere poſſe maritum regulam,
dolo facis qui petis quod reſtituturus es , l.
3 dolo facit de dol. exceptio. † gloſ. in dict.l.
quæ dotis 1.diſſoluit dicens text. in dict. l.
quæ dotis intelligendum fore quando con-
ſtat ſtipulatorem adhibitum fuiſſe à muliere
animo donandi illi, vnde nec mulieri nec hę-
redibus vel alteri perſonæ reſtituere cogen-
tur ex regul.l.2.C.de iur.doti. §.perficiuntur
inſtit. de donatio. Hanc ſolutionem aſſerit
communem Alexan.in dict. l. quę dotis nu.
3.Iaſſ.num.11.Alexan.& Nouell. quos citat
Barboſ.in d.l.num.9.Bartol.vero illic nu.1.
reprobat ſolutionem & rectè veluti ſup.mo-
4 dum diuinatiuam ; demum reſpondet , † in
caſu dict.l.quę dotis ob id donatam dotem
ſtipulatori pręſumi, quoniam adhibitus tan-
tum fuit ad certam dotis portionem non ad
totam dotem,ideo præſumi in ea lege ſtipu-
latorem adhibitum fuiſſe animo donandi.
ſimilis eſt text.in d.l.2.C.de iur.doti. Neq.
enim veriſimile voluiſſe mulierẽ ſibi in tota
dote præiudicare argum. l. cum de indebito
de probatio.l.ſi filius familias ff.de donatio.
Rationem differentiæ inter vtrumq. caſum
eam reddit , quod vbi ad dotem totam ſti-
pulatorem mulier adhibet id facere videtur
5 vt illius nomine poſsit repetere , † quia ſo-
leant honeſtiores in inſtrumẽtis nomina ſua
non deſcribere l.pupillus §. fina. verſi. Sanè
ff. de auth. tuto. præcipue in mulieribus in
quibus maior honeſtas requiritur cap. 2. de
Iud.in 6. l. optimam C. de con. & cont. ſti-
pul.fusè Tiraquel.in ll.connubial. a nu. 39.
cum ſequent. multis , Atqui hæc ratio ceſſat
vbi certa dotis pars de voluntate mulieris
ſtipulatur, cum tunc pro alia parte mulieris
nomen ſcribi in inſtrumento debeat & per
ipſam exigi l. vni. §. accedit C. de rei vxo.
actio. ſubiungit ille , quod ſi & alij pro alia
parte forſitan adhibiti ad ſtipulandum fuiſ-
ſent , ita quod pars nulla apud vxorem exi-
genda remaneret,quia & ſuperior ratio mi-
litat,donandi animus non præſumeretur.ſe-
quuntur Bartol. Angel. Salicet.in l.2.num.2.
6 C. de iur. doti. Improbant † autem cæteri
Bart. reſponſionem vel ex eo maxime quod
neque in toto nec in parte animus donandi
pręſumi debet dict. l. cum de indebito de
probatio.argu.l.quæ de tota de rei vindica.
§.nihil intereſt de fideico.liberta.Sic Iaſſ. in
dict.l.quæ dotis num.11.Claud.num.1.Bar-
7 boſ.num.10.Verum † Menochi.lib.præſ.3.
præſ. 10. num. 10. ad medium præter alios
omnes nouam reddit differentiæ rationem,
quia inquit vbi mulier totam dotem ad ſti-
pulandum adhibuit,videtur ſtipulator adhi-
bitus ob id quod ſit magis idoneus & dili-
gens exactor,& quia in iudicio facilius & ho-
neſtius eſſe poteſt quam mulier , cuius non
patitur honeſtas vt antea dixi,quod iudicum
tribunalia frequẽtet cæterum hæc ratio ceſ-
ſat quando ſtipulator fuit adhibitus ad dotis
partem tantum ſtipulandam,quãdo quidem
vbi cauſa partis dotis voluit eſſe in iudicio
& ſe idoneam exactricem exiſtimauit, idem
in alia parte dicendum:vnde cum ceſſet cau-
ſa,nec alia quam donationis excogitari poſ-
ſit,donatio præſumenda erit.Quæ ratio Me-
nochij non diſplicet.qui & ibi Bartoli ſupe-
riorem amplectitur traditionem & eandem
ab obiectis Cuma.& aliorum defendit is vi-
dendus.Scio aliter conciliaſſe Cuma.in dict.
l.quę dotis , aliter alios ſed à Barto. tradi-
tione diſcedẽdum non eſt. In hac autem ma-
teria an ſtipulator adhibitus videatur donã-
di animo nec ne multos caſus ordinate poſt
doctores in dict.l. quæ dotis Menochi. con-
ſiderat in dict.pręſ.10.a num.1. Ego autem
quoniam articulus hic copioſè tum ab inter-
pretibus in dict. l. quæ dotis tum & ab ipſo
Menoch.dict.pręſump.tractatur, breuiter vt
magis inſtituto tractatus ſatisfaciam quam
vt aliqua addam , duos tantum caſus conſi-
dero:primus eſt vbi mulier adhibuit ſtipula-
torem coniunctam perſonam , ſecundus vbi
8 extraneam:Primi † caſus regula ſit in dubio
etiam adhibita coniuncta perſona ad ſtipu-
landum non cenſeri adhibitam animo do-
nãdi ſed potius procuratorio nomine l. idẽ-
que §.ſi cui ff.manda. l. mulier de ſuo ff. de
iur. doti. l.cum quis decedens §. nuptura de
lega.3.ſup.citatis in dict.l. quæ dotis & in l.
Seya.de dot.prę.& in l.cum maritus §.fina.
de pact.dotali.Barto.in dict.l.quæ dotis nu.
2.Cyn. Salicet. Bald.Iaſſo. Campe. Nouel.
quos ſequitur Menochi. dicens communem
lib.præſump.3.præſ.10. num.5. Et hanc re-
gulam aſſerit etiã receptiſsimam Bologne.
in dict.



in dict.l.quæ dotis num.53.Barboſ.num.15.
Nam ſola coniunctio ſanguinis,niſi aliud ac-
cedat , non inducit præſumptam donationẽ
dictis iuribus Aymo.conſi. 86.num. 2. fusè
Menoc.de arbi.iudi.quæſ.caſu.88.nu.10.
9 Declaratur † primo regula niſi pręceſſiſſet
pactum in fauorem coniunctę perſonę & po-
ſtea eadem ad ſtipulandum fuiſſet adhibita
nam ſequens actus interpoſitionis ſtipula-
tionis non efficit, vt animus donandi pręce-
dens mutetur,l.cum maritus §.fin.ff.de pact.
dotali.ſecundum intellectum Roma.in dict.
l.quæ dotis num.5. Cuma.num.7. Iaſſon nu.
11.Barboſ.num.14.ad medium.addit igitur
ſtipulatio ſubſequens,& robur præſtat pacto
præcedenti,non autem tollit l. cum patrem
C.de iur. doti.l. penul.ff.de donatio.Rurſus
& cõiunctio ſanguinis præſumptionem etiã
adiungit cæteris concurrentibus l.fina. §.fin.
ff.de donatio.cum ex coniecturis inter con-
iunctas perſonas facile præſumatur latè Me-
noch.lib.præſ.3.pręſ.23.cum ſequen.multis.
hunc ſenſum improbant multi & michi non
placet, quia fruſtra ageremus de ſtipulatio-
ne ſi ratione pacti donata ea dos fratri fuiſ-
ſet in eo text.quæſtio noſtra eſt an ex eo ſo-
lo quod frater adhibitus fuit videatur ſibi
donatum à ſorore.
10 Secundo † limitatur quando coniuncta
perſona adhibita fuit animo donandi tunc
certè donatio reſultabit in fauorem illius
qui ad ſtipulandum adhibitus fuit. ſic gloſſ.
penul.in dict.l.cum maritus §.fin.& eſt com-
munis traditio vt affirmat Alexan. in dict.l.
quæ dotis num. 4. & 7.Iaſ. num. 11. Bolog.
num.46.& 59.poſt Roma.num.5. Angul.in
l.3.de meliora.gloſ.4.num.62.atque in hunc
ſecundum intellectum intellexere prædicti
dict.§.fina.l.cum maritus,in hunc etiam ſen-
ſum intellexere dict.§. Areti.conſil.74.num.
3.Socin.ſeni. conſi. 53.col. 3. Menoch. ſibi
contrarius conſi.286.num. 30.lib. 3.at in d.
l. quæ dotis non conſtabat de animo do-
nandi.
11 Quæ ſecunda † conciliatio eſt cum tex. in
dict.l.quę dotis. Barto. tamen hunc intelle-
ctum & conſequenter conciliationẽ impug-
nat dicens ſenſum dict. §. fina. eſſe omnino
diuinatiuum , cum non conſtet ex aliquibus
illius §.verbis fratrem adhibitũ fuiſſe animo
donandi.vel vti procuratorem mulieris;pri-
mo enim caſu reuocare donationem ſtipula-
tione quęſitam nequit, dict.l.perfecta C. de
donatio.Secũdo cum ſtipulatio nomine mu-
lieris & ad ipſius vtilitatem interpoſita cen-
ſeatur,libere eam poterit reuocare l. idem-
que §.ſi cui ff.manda.l. Seya.de dot. præleg.
d.l.cum quis decedens §.nuptura de lega.3.
verum ſuperior intellectus cõmunis videtur.
12 Tertio limitatur † eſtque tertia concilia-
tio & alter d.§.fina.intellectus, quando fra-
ter , & ſic coniuncta perſona fuit ſtipulatus
dotem reſtitui in certum caſum : ſcilicet ſi
morte mulieris ſolueretur matrimonium,
13 ideo animus donandi præſumitur ; † cæte-
rum ſi in omnem euentum dotis reſtituendæ
non præſumeretur niſi de eo conſtaret iuxta
gloſ.1.in dict.l.quæ dotis & ibi cæteri.Bart.
in d.l. quę dotis quem alij ſequuti ſunt quos
etiam refert & probat Menochi. dict. prę-
ſump.num.17. cum ſequent. Improbant cæ-
teri hunc intellectum & conciliationem ex
l.2. C. de iur. dot. vbi ſtipulata filia reſtitu-
tionem certæ partis dotis ſi morte matris
ſolueretur matrimonium, innuit donãdi ani-
mum non pręſumi niſi de eo conſtet.
Accedat ſecundo quod ſtipulatio interpo-
ſita in omnem caſum reddendæ dotis verifi-
cari non poteſt , niſi quando morte mulieris
ſoluitur matrimonium l.2.ff.de pact. dotali.
Hinc ſequitur quod cum in eo caſu tantum
verificari poſsit , caſus pro expreſſo haben-
dus eſt l.2.cũ ſimili.de libe. & poſthu. Ter-
tio infringitur ſenſus hic ex l. poſt dotem
ff.ſolut.matrimo.vbi pater adhibitus fuit ad
ſtipulandum dotem filię datam in certum
caſum diuortij,& tamẽ non præſumitur ani-
mus donandi.
Vera igitur reſolutio eſt ſtipulatorem ad-
hibitum licet coniunctam perſonam ad do-
tem ſtipulandam non cenſeri donandi ani-
mo adhibitum, niſi animus aliquibus conie-
cturis præter coniunctionem ſanguinis ad-
iuuetur, quod aperte docet text. in dict. l.2.
C.de iur.doti. vbi ſine coniunctione ſangui-
nis Iuſtinianus,& animum deſiderat.
14 Secundus † caſus eſt in extraneo ; in quo
regula ſuperiori ſimilis ſtatuitur extraneum
ad ſtipulandum adhibitum animo donandi
adhibitum non cenſeri ſed veluti procura-
torem & mandatarium, quod in dubio præ-
ſumitur; cum donationis coniectura capien-
da non ſit dict. l. cum de indebito l. ſi cum
aurum de ſolutio.cum vulgat.quoniam ſi in-
ter coniunctas perſonas adiunctio hęc ſtipu-
lantis dotem non facit præſumi donationẽ
vt priori regula, minus quidem in extraneo:
15 præcipue in muliere † quę ſua natura rapax
& auara eſt l. ſed ſi ego ad fin. ff. ad. S. C.
Velleya. fusè Menochi. libr. 3. præſump. 3.
pręſ.a num. 1. Rurſus cum alia quam dona-
tionis coniectura capi poteſt,hęc amplexan-
da eſt non donationis l. eleganter §. qui re-
probos de pigno.actio. dict. l. ſi cum aurum
Menochi.dict.pręſ.10.num.3.idem de arbi-
tra.iudi.caſu.88.lib.2.à num. 1.& præſ. 12.
num.11.lib.3.pręſ.71.num. 2.eo.libr. egre-
gie Surd.tract. de alimen.titul.6.quęſ.1.nu.
4.5.6.7.

4.5.6.7. At hic poteſt alia ſumi coniectura,
quod ſcilicet mulier ſtipulatorem adhibue-
rit vti procuratorem & magis idoneum, hæc
ergo capienda erit.
16 Accedat † quarta ratio quoniam mulier
nec volente ipſa poteſt libere de dote etſi
patrimonium proprium illius eſſe dicatur l.
3. §. ſed vtrum de mino. ſibi præiudicare ne
ſibi ipſi nubendi facultatē prædefectu dotis
præſcindat, dixi hoc li. q. 1. impedirētur enim
nuptię ſecundæ quod iure vetitū fuit. l. 1. &
tit. C. de indic. vidui. tollen. vnde nec quidē
expreſſe donare dotem poteſt Caſtren. &
Iaſ. in dict. l. quæ dotis Nouel. tract. de dot.
part. 6. priui. 69. num. 2. Menochi. dict. præſ.
17 10. num. 4. † vnde dixit egregie Pala. Rub.
in cap. per veſtras §. 11. num. 1. de dona. int.
vir. & vxor. quod mulier non poteſt aliquid
facere in præiudicium dotis vbi ex facto ſuo
dotium iura lęderentur l. de die cum tribus
ſequen. ff. de pact. dotali. quod multis ibi oſ-
tendit exemplis; Addit. §. ſequenti 12. num.
1. quod mulier in dote non habeat liberam
diſponendi facultatem. His ſimile eſt, quod
ſingulariter tradit Alex. in l. 2. §. quod ſi in
18 patris ff. ſolut. matrimo. num. 3. † quod licet
pactum à patre factum circa dotis reſtitutio-
nem præiudicet filiæ poſtquam effecta eſt ſui
iuris vt dixit text. in l. 2. §. quod ſi in patris
ff. ſolut. matrimo. intelligendum erit in cer-
tis caſibus, his ſcilicet in quibus poteſt ſibi
præiudicare vbi nec doti illius iuribus & fa-
cultati iterum nubendi prę̨iudicatur, quos &
his ſimiles caſus coaceruarunt Alciat. in dict.
§. quod ſi in patris num. 38. & Parpa. nu. 57.
& Alex. ſequitur & probat Barboſ. in dict. §.
num. 47. vnde in extraneo adhibito ad ſti-
pulandum donatio præſumi non debet. Et
procedit regula in caſu dubio vbi ſtipulator
adhibitus totam dotem ſibi reſtitui ſtipula-
tus eſt, quoniā ſuperiores adductę rationes
in hac ſpecie militant vt multorum authori-
tate docet Menoch. d. prę̨ſ. 10. a nu. 5.
19 Declaratur † nunc regula vt procedat vbi
ſtipulator totam dotem ſtipulatus fuit, ſecus
ſi aliquam illius partem, quoniam in eo caſu
ad donandum adhibitus cenſetur l. quę do-
tis ff. ſolut. matrimo. l. 2. C. de iur. doti. Bar-
tol. in dict. l. quæ dotis nu. 2. Salicet. Angel.
& Bologne. quos ſequitur idem Menochi.
dict. præſ. num. 7. & 8. verum hęc Barto. &
aliorum opinio ab omnibus fere commu-
niter improbatur vt dixi ſuperius in princi-
pio: quæ maxime confunditur ex text. in d.
l. cum maritus §. fin. de pact. dotali. cui non
oberunt ſolutiones duæ per Menochi. aſsig-
natæ dict. præſ. num. 14. Non prima quod in
eo §. fina. fuit ſtipulator adhibitus ad totam
dotem, ſecus ſi ad partem dotis: quoniam
ſicut donatio in toto non præſumitur, ſic nec
in parte vt ex alijs ſupra dixi, idque maxime
in extraneo de quo agimus, cui res noſtræ
20 nullo iure debentur. † Secundo tex. in §. fin.
loquitur in fratre & ſic coniuncta perſona, in
qua facilius donationis coniectura capi po-
teſt vt & ſuperius animaduerti, maxime in re
modici valoris, tunc enim coniunctam per-
ſonam ad ſtipulandum adhibitam ad donā-
dum præſumi poteſt adiectam fuiſſe l. ſi ſer-
nus ſecundum veriorem intellectum ff. de
donatio. int. vir. & vxor. Bald. conſil. 19. libr.
1. Barba. Purpura. Ruin. Fulgo. Seyſel. Bo-
logne. quos ſequitur & refert Barboſ. in dict.
l. quæ dotis num. 20. ad medium: Neque ob-
ſtat ſecunda ſolutio eiuſdem Menoch. ibidē
quoniam inuertit omnino nedū ſenſum ſed
& verba illius §. vnde idem ipſe Menochi.
ſibi parum conſtans conſi. 286. num. 30. li. 3.
agnoſcit verum §. illius intellectum quem cū
Socin. & Aretin. retuli ſuperius in verſic. Se-
cundo limitatur ibi videndus.
21 Secundo † declaratur vt non procedat
quoties in vnum caſum ſtipulator fuit adhi-
bitus, veluti ſoluti matrimonij morte mulie-
ris, tunc donandi animo adhibitus videtur,
ex dict. l. cum maritus §. fina. ſecundum Bar-
to. intellectum quem ſequuti ſunt Salice. &
Iaſ. in dict. l. quæ dotis. & eos refert & pro-
bat Menochi. dict. præſ. num. 17. etſi impro-
bet ſenſum Barto. ad dict. §. fina. Verum is
ibi ex alio tuetur Bartol. traditionem, quia
ſtipulatio (inquit) in vno tantum caſu facta
non habet aliam coniecturam quam dona-
tionis, quia nulla alia ratio reddi poteſt,
quare voluerit ſtipulatorem illum ſtipulari
ſibi reddi dotem in eo caſu, non in cæteris:
22 Quæ † Menochij conſideratio diſplicet, nā
cum fuerit adhibitus ad ſtipulādum in certo
caſu alia etiam coniectura quam donationis
capi poteſt, quia veriſimiliter crederet mu-
lier in eum caſum & non alios diſſoluturum
fore matrimonium, & eundem ideo in eo
caſu adhibuit quod de illius opera & faci-
liori exactione conſideret, ad ea quę in prin-
23 cipio dixi quæſtionis. Præterea † & Menoch.
traditio inuertitur quia in dubio diſponens
prę̨ſumitur motus non ex vna cauſa tantum
ſed ex pluribus, etſi ignotæ ſint nobis. Salice.
in l. 2. C. de Noxa. actio. Iaſ. Rip. Curti. &
Gozadi. quos citat Surd. deciſio. 322. nu. 64.
igitur non donationis coniectura capienda
eſt. Rurſus à Bartoli traditione recedunt
communiter alij quos refert Iaſ. in dict. l.
quæ dotis num. 11. Bolog. num. 42. Claud.
num. 1. Vincen. num. 5. Barboſ. nu. 10. moti
tribus prę̨cipuè quę retuli in prima regula
limita. 3. Neque obeſt Iaſo. ſolutio ad dict.
l. quæ dotis, loqui eum text. in patre, cui ſine
ſtipu-



ſtipulatione competit ius dotem repetendi,
quam conſeruare debet filiæ vt iterum nu-
bere poſsit auth. quamuis C. de rei vxo. ac-
tio. quam vt rectè Bologne. replicauit in d.
l. quæ dotis num. 42. ſi in patre adhibito ad
ſtipulandum non præſumitur donatio, mul-
to minus in extraneo prę̨ſumi debet, qui an-
te ſtipulationem ius nullum habet. Neque
officit triplicatio Menochij reſpondentis,
differentiam maximam eſſe inter extraneū
& patrem, quia inquit in extraneo nulla alia
coniectura quam donationis ſumi poteſt, in
patre vero ea ſumitur, quod ſua ſtipulatione
voluerit ius ſibi competens in dotis exa-
ctione confirmare, vt eam magis conſeruet
filiæ, ne alias ex proprio patrimonio ipſam
dotare cogatur: quoniam & in extraneo alia
quam donationis coniectura ſumi poteſt,
quando non vna ſed multis ex cauſis motam
fuiſſe mulierem credendum ſit. vt ſupra. Ex-
tremo non obſtat conſideratio illa Meno-
chij, qua aduerſus Bologneti rationem Bar-
tolum improbantis vtitur ait Bolog. ad-
uerſus Bartol. & rectè: quod adhiberi nul-
lus poteſt ad ſtipulandum in omnem euen-
tum & caſum, ſed dumtaxat in caſu ſoluti
matrimonij morte mulieris, & tunc vbi ſui
ipſius iterum nubendi libertatem non adi-
meret l. de die cum ſequen. tribus de pact.
dotali. l. quamuis C. de pact. dotali. ſicque
tacitè vel expreſſe in caſum mortis mulie-
ris: At ſi vera foret Barto. traditio ſemper
ad ſtipulandum adhibitus, animo donandi
adhibitus videretur, & numquam procura-
torio nomine, hoc vero falſum eſſe idem
Barto. fatetur, cum in multis caſibus veluti
mandatarius & procurator adiectus cenſea-
tur. Reſpondet Menochi. quod adhiberi
quis poteſt per mulierem ad ſtipulandum
dotem ſibi reddi etiam in alio caſu ſoluti
matrimonij, quam per mortem mulieris, vt
in caſum diuortij, vel etiam mortis mariti:
poteſt enim ait ille, mulier ſibi præiudica-
re in dote ſua, quæ illius proprium patrimo-
nium eſt l. 3. §. ſed vtrum de mino. & ideo
inquit videmus filiam poſſe conſentire patri
vt ſibi appropiet dotis actionem l. quoties
l. poſt dotem. l. penul. §. ſi veſtræ ff. ſolut. ma-
trimo.
Neque addit idem Menochi. obſtat text.
in dict. l. 2. de pact. dotali. nec dicta. l. quam-
uis; quoniam procedunt illæ ne marito dam-
num inferatur Iaſſon. in dict. l. quæ dotis nu.
2. Claud. num. 2. Et ideo ratio dict. l. 2. ne
mulier remaneat indotata generalis non eſt
ſed particularis in eo caſu tantum: hæc ille,
quæ tamen vera non ſunt, & receptiſsimis
omnium aduerſantur traditionibus. Impri-
mis mulier inquit pacto ſuo niſi vbi illius
ſolueretur matrimonium morte quidquam
de dote deponere etſi illius ſit patrimonium
ratione ſupra à me adducta in hoc caſu vbi
Caſtren. Palat. Rube. & alios citaui plures
quibus addo eruditiſsimos Theſau. Caſſan.
Surd. & alios quos retuli hoc lib. quæſt. 1. lo-
24 quentes † in terminis dict. l. 2. de pact. do-
tal. concorditer cum communi affimantes
pacta mulierum quibus dotis conditio & ſui
ipſius deterior efficeretur non valere; cum
interſit Reipublicæ dotes mulieribus con-
ſeruari vt nubere poſsint & liberis homini-
bus ciuitates replere: ſic enim idem Bartol.
docuit in l. conſtante ff. ſolut. matrimo. non
poſſe mulierem nec tacitè nec expreſſe re-
nunciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. do-
ti. vt dixi fusè hoc lib. quæſt. 41. vnde nec
ſcribi Menochij animaduertio, nec dici de-
buit. idem nouiſsimè cenſit cum communi
Barboſ. in dict. l. quæ dotis num. 12. in fin.
cum ait quod admiſſo communi intellectu
dict. l. quæ dotis, quod ſtipulatores fuerunt
admiſsi ad ſtipulandum dotis reſtitutionem
donandi animo, intelligendum eſt, non ſic
valere pactum generaliter, ſed tantum quā-
do morte mulieris ſolueretur matrimonium
citat dict. l. 2. de pact. dotali. Paul. de Caſtr.
Alex. Claudi. Bologne.
Neque altera ratio Menochij facit, qua
conſiderat, poſſe filiam conſentire patri vt
ſibi appropiet dotis actionem; quoniam
nullum in hoc pacto filiæ vertitur præiudi-
cium; cum intelligatur conſenſus præſtitus,
dum patris pactum conferatur in mortem
mulieris, nam aliàs pactum patris etiam in
continenti appoſitum dum filia nuptui tra-
ditur ipſi non præiudicaret dict. l. 2. de pact.
dotali. ita efficitur vt dū filia viuit actio re-
manet in ſuo eſſe; tantū id operatur vt mor-
tæ filiæ alteretur quoad reſtitutionis effe-
ctum l. quamuis C. de pact. conuen. Bar-
boſ. in l. ſi cum dotem in principio num. 4.
in fine ff. ſolut. matrimo. Secundo reſpon-
detur non ſibi præiudicare filiam ſic conſen-
tientem patris ſui voluntati quoniam ei cō-
ſentit qui eandem dotare tenetur auth. ſed
quamuis C. de rei. vxo. actio. quæ ratio ceſſat
in extraneo, ideo illi conſentire non poſſet
ne dotis conditionem deteriorem faciat
dict. l. 2. & ſupra citatis; hinc argumentatio
Menochij inutilis omnino eſt. rurſus ſi valet
conſenſus filiæ quoad patrem intelligitur in
his caſibus in quibus poteſt ſibi præiudicare
non in alijs Barboſ. in dict. l. 2. §. quod ſi in
patris num. 47. ſolut. matrimo. Cætera quæ
ad hanc pertinent materiam ab inter-
pretibus in d. l. quę dotis & a Me-
noch. dicta præſ. peten-
da ſunt.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *An pater poſsit dotando filiam, fideicommiſſo eius dotem ſubijcere.*
2 *Pater regulariter nequit filiæ in dote præiudicare.*
3 *Filiabus ſolita dari legitima non admittit grauamen.*
4 *Dos patris à matre egreſſa redire nequit in illius poteſtatem.*
5 *Semel conſtitutæ dotis conditionem deteriorare nequit Pater.*
6 *De voluntate filiæ grauamen admittit eiuſdem dos.*
7 *In quantitate dotis excedente legitimam grauari poteſt filia à Patre.*
8 *Si filia acquiſiuerit iam ius ad quantitatem excedentem legitimam grauari etiam in ea nequit à Patre.*
9 *Si maritus ſtatuto, vel pacto certam dotis portionem lucretur in præiudicium mariti nequit Pater fideicommiſſum in dote excedente legitimam apponere.*
10 *Si ſtipulatio in perſonam Patris concipiatur incluſa filia non poſſet Pater filiæ grauamine præiudicare.*
11 *Stipulatione modo dicto concepta quæſita eſt actio Patri, & filiæ.*
12 *Sufficit mulierem eſſe præſentem tempore ſtipulationis vt ſibi actio quæratur.*
13 *Stante pacto in capitulis matrimonialibus inito quod filia ſine liberis defuncta vir certam lucretur portionem fideicommiſſum inſtituiſſet Pater poteſt in quātitate excedente legitimam.*
14 *Bartoli traditio adducitur.*
15 *Subſtitutio induci à Patre poteſt intra pubertatem pupillaris directa, & extra pubertatem vt fideicommiſſaria in quantitate excedente legitimam.*
16 *Idipſum dicendum quando Pater in teſtamento filium vniuerſalem hæredem inſtituit.*
17 *Cyni, & Dyni exceptio adducitur.*
18 *Pater nequit grauamen adijcere quantitati dotis excedenti legitimam quando illa competeret actione ex ſtipulatu.*
19 *Bartholi intellectus, adducitur.*
20 *A communi declaratione non recedit author.*
21 *Pater licite grauat filiam in dotem fidei commiſſum iniungens quando tantundem reliquiſſet filiæ.*
22 *Pater nequit præiudicare filiæ in dote data niſi tantundem denuo det.*

## QVÆSTIO. LVI.

PATER IN CONTRACTV *nuptiali an poſsit in dote data filiæ, fidei commiſſum inſtituere, nec ne, & quibus in caſibus liceat.*

QVANDO præcedenti quæſtione de Patre egimus à filia
ad ſtipulandum adhibito, quando dotem donare videatur &
obiter dixi, non poſſe patrē filię
in dote præiudicare, imo nec ſe ipſam. vidē-
1 dum nunc, † an pater poſsit dotando filiam
fideicommiſſo dotem filię ſubijcere, ſcilicet
in caſum deficientium liberorū, aliter enim
non liceret: Quę ſanè quæſtio & vtilis & pul-
chra eſt. Bartoli igitur ordinē non ſequendo.
Qui in l. fina. §. filiæ ff. de lega. 2. regulā conſ-
tituit negatiuam, eandem ſequendo, regulā
2 conſtituo, † patrem regulariter non poſſe
filiæ in dote præiudicare, nec illius liberam
filiæ circa dotem ſuam diſpoſitionē reſtrin-
gere: probat aperte regulam tex. in d. §. filię,
idem Bart. in l. Lucius §. maritus ff. ad Tre-
bel. Pau. de Caſ. in d. §. maritus vbi regulam
communē dixit. Quamquā Alex. poſt Silmā.
& Io. Andr. & antiquiores tam dubiam exi-
ſtimet quæſtionē vt dixerit, poſſe iudicem in
quamuis partem inclinare. Verum interpre-
tes cęteri eam traditionis Bart. rationē red-
diderūt, quod dos proprium ſit mulieris pa-
3 trimoniū, & † quę fere ſemper ſolet filiabus
cōſulere; cæterū legitima nullū admittit gra-
uamen, quæ nō ex diſpoſitione vel facto Pa-
tris debeatur, ſed legis naturali ratione id
4 diſponentis: Neq. dos † patris manus egreſ-
ſa, in patris poteſtatem redire non poteſt, l.
deniq. §. ſed iuſtum ff. de mino. l. 2. C. de his
5 quæ in fraudem credito. Deteriorē autem †
conditionē dotis ſemel conſtitutę aduerſus
voluntatem filię pater facere nequit. l. cum à
ſocero C. de iu. doti. l. pater filiū ff. ad. l. fal-
cid. dixi relatis innumeris exemplis in præ-
fatione, li. 3. huius tractatus. Sequitur regulā
Bartol. Imol. in d. §. filię, & in d. §. maritus.
Bal. Qui ſic multis argumentis adductis reſ-
pondit. conſ. 301. li. 4. Rodri. Xuar. in l. quo-
niam in prioribus nu. 2. amplia. 6. C. de ino.
teſt. vt autem clarè & familiariter quæſtio
hæc explicetur duos caſus diſtinguendos eſſe
putauerim.

Primus quid in contractu matrimonij, ſe-
cundus quid in teſtamento.

Circa primum de quo quęſtio propoſita
eſt, regula ſupraſcripta Bart. obſeruanda eſt.

6 Declaratur primo † regula niſi de volun-
tate filiæ id fiat, tunc ſcilicet cū pater tantū-
dem filię dedit. non aliter, & eum pater ſibi
ſoli dotē reddi ſtipulatus eſt. Reſpōdit Ale-
xan. conſi. 20. 3. li. idem cenſuerunt Meno.
Surd. & alij citandi poſt in declaratione ſe-
cundi caſus.

7 Declaratur. Secūdo, † vt poſsit pater gra-
uare filiam in contractu matrimonij in dote
ſua, quatenus dos excedit legitimam, nō ali-
ter



ter docuit Bartol. in lucis ſup. citatis poſt Dy.
Cyn. Fabr. & alios antiquiores in l. 2. §. vi-
deamus, C. de rer. vxo. actio. Roma. conſil.
134. nu. 3. Pau. de Caſ. conſil. 59. nu. 1. & conſ.
16. li. 3. nu. 2. Guid. Pap. conſi. 98. nu. 2. idem
deciſ. 913. Iuan. Philip. reſpon. 47. n. 34. Viui.
qui ſic deciſum. deciſ. 238. lib. 2. ſic & in legi-
tima filij receptū, l. ſcimus §. cum autē C. de
inof. teſta. Bart. Bald. & cæteri cum Ludo. de
Molin. qui alios de Hiſpa. 1. li. 2. ca. 1. n. 29.
8 Subdeclarat idem Bartol. † traditionem
& rectè, niſi iam in totum actio filiæ fuiſſet
quæſita, vt quia poſt dotis donationem & ſti-
pulationem in ſolius filię perſonam concep-
tum, pater vellet fideicōmiſſum conſtituere,
perperam enim pater ageret neq. filia vel il-
lius hæredes, etſi ſine liberis moreretur fidei-
commiſſarijs dotales res reſtituere teneren-
tur, etiam in eo quod legitimam excederet,
eſt tex. eleganti. in l. Titia. §. qui in vita ff. de
9 lega. 2. Hinc primo infertur, † quod vbi pa-
cto, ſeu ſtatuto maritus certam dotis portio-
nē lucraretur, in pręiudicium mariti nequi-
ret pater fideicommiſſum inſtituere ad illius
præiudicum, donatione ſemel perfecta ſicut
poſt Bart. Alex. & antiquiores conſuluit De-
ci. conſ. 35. Bere. conſi. 139. nu. 23. & ſequen.
Natta. conſ. 609. nu. 42. alios Caualca. deciſ.
42. num. 43. part. 1.
10 Quinimo etſi ſtipulatio † concepta fuiſſet
in perſonam patris, dum & filia incluſa etiam
fuiſſet, non poteſt pater ad præiudicium filię
grauamen imponere ſicuti poſt Bal. conſi. 58.
li. 2. ſcripſit Vincen. Paleot. tract. de dote. n.
7. 8. rationem reddiderunt quoniam ex ſti-
11 pulatione hoc modo † concepta fuit ius quę-
ſitum filię dotatæ, cum tam patri quam filiæ
actio ſit quęſita Gabri. conſi. 129. nu. 8. vbi ci-
tat Alex. & Guid. Pap. & Gabriel. citat. Surd.
deciſio. 129. num. 16.
12 Quinimo cenſuit Ripa † in l. 1. n. 33. ff. ſo.
mat. ſufficere mulierem eſſe pręſentem tem-
pore ſtipulationis ad hoc vt ſibi etiam actio
quæratur, & licet de Ripæ traditione dubita-
uerit Gabr. ſupra, probauit tamen Ripę tra-
ditionem Cæphal. conſ. 156. n. 41. li. 2. & hæc
de primo caſu. Secundo infertur ad deciſio-
nem illius quæſtionis (*quam poſt ſcripta ſupe-
riora dum in manus incidiſſent quæſtiones fo-
renſes, Gaſpa. Theſau. filij Antonij, ſimilis in
omnibus patri,*) adfert li. 1. q. 63. nu. 29. & in
illo Pedemon. Senatu deciſum. Num ſtante
13 † pacto in capitulis matrimonialibus inito
per patrē, quod filia ſine liberis defuncta, vir
certā lucretur portionem, poſsit poſt pater
in teſtamēto, de reſiduo dotis in pręiudicium
filiæ diſponere, vel ſaltim grauare filiā fidei-
commiſſo, præſupoſito quod nulla aderat ſti-
pulatio expreſſa circa dotis reſtitutionem: ex
ſuperiori enim Bar. & aliorum traditione cō-
muniter recepta conſtat, poſſe patrē in dote
filiæ conſtituta in eo quod excidit legitimā,
eandē grauare onere fideicōmiſsi, & conſe-
quenter iudicatum rectè in illo Senatu, filiam
hæredem à patre inſtitutā, quæ mortuo patre
hęreditate repudiata, virum ſuum hæredem
inſtituerat, id iure non potuiſſe in præiuditiū
fideicōmiſsi per patrem filię iniūcti. Duabus
potiſsimum rationibus quas inibi recenſuit:
& licet ille in ſuo caſu aliter ſentiret. tandē
confirmatam ab illo Senatu ſententiam re-
fertis videndus.

Circa ſecundū caſum, quid in vltimis volū-
tatibus vbi teſtator in teſtamento poſt dotē
filiæ datā & nuptā fideicōmiſſo eam ſuppo-
nit. in qua quaſtione Theſau. Tres conſtituit
caſus. Ego poſt Ioan. Philip. conſ. 47. nu. 29.
caſum hunc ſecundū in duos ſubdiuido. Pri-
mus in enupta filia virgine, quę tēpore mor-
tis patris nec dotē recepit, nec nupſit, alter,
cum nupſit ante mortem patris, & grauat in
dote filiæ ſuæ maritatæ, eandem filiam.
14 Ad primū. Regula poſſe patrem † titulo
inſtitutionis dotē filię relinquere. Bart. cōmu
niter receptus in l. Titi. §. Titio genero ff. de
condi. & demonſ. Bal. in l. ſi pater C. de ino.
teſta. ſequātur cæteri ibi & poſt alios Vaſq.
15 quę cū ſit pro legitima † intra pubertatē vt
pupillaris directa, extra pubertatem vero in
eo quod legitimā excidit vt fideicōmiſſaria
ſuſtinebitur ſic interpretes omnes in l. ex tri-
bus C. illo. eo. tit. & cōueniunt cęteri, Io. Phi-
lip. d. conſ. 47. n. 29. Gaſ. Theſau. d. q. 63. nu.
12. vbi idem fore ſcribit: quando filia ab ſta-
tuto foret excluſa is ibi latius. Id ipſum dicē-
16 dum quando † pater in teſtamento filiū vni-
uerſalem hęredē inſtitueret, & fideicōmiſſo
grauaret, poſt vero patris mortem nuberet, &
bona hæc in dotē conſtitueret viro ſuo, quar-
tam non obſtante fideicōmiſſo poterit pro
portione legitimę & trebellianicæ ſibi com-
petēti in dictis bonis, dotē conſtituere viro,
& pactū ſimul adijcere de lucrādo certa por-
tione per maritū in caſum præmoriētiæ vxo-
ris & lucraretur maritus non obſtante fidei-
cōmiſſo. celebris tex. & famigeratus in l. mu-
lier §. cum proponeretur ff. ad S. C. Trebel.
reſoluit poſt multos à ſe relatos Pereg. tract.
de fidei. art. 42. nu. 22. alios Theſau. d. q. nu.
14. vbi multum commendat.

Ad ſecundū caſum qui maiores in ſe con-
tinet difficultates, ex contrarietate text. in l.
fina. §. filiæ de lega. 2. & text. in l. à filia ff. ad
Trebel. S. C. regula cōſtituitur, in eo quod ex
cedit legitimam poſſe patrem fideicommiſſo
grauare filiam nuptam in dotibus datis, ſic
17 intellexerūt. Cyn. & Dyn. † tex. in d. l. à filia,
& licet pleriq. circa intellectū huius legis re-
pugnent,

pugnent,probatur tamen communiter tradi-
tio, ſicut ex nouiſsimis oſtendit Theſau.ſup.
d.q.nu.12.& 13.vbi plures in hanc citat opi-
nionẽ Ioan.Phil. d.conſ. 47.nu. 33. vbi citat
Dy.Cy.Bar.Bal.Caſtren.Alex.& Iaſ.& alios
plures recenſuit Caual.non citatus ab his de-
ciſ.28.nu.29.part.3.

Cuius traditionis ratio eſt, quoniam quod
vltra legitimam donatum fuit , grauamen &
onus recipere poteſt,ſicuti dixi.ſup.nu.7.

Regula hæc multis modis declarari ſolet
ab interpretibus iuxta varios ſenſus & intel-
lectus d.§.filię,& d.l.a filia.

18 Primo declaratur † niſi actio dotis ſemel
conſtitutæ filiæ nuptę repetendę,ſoli filiæ cõ-
peteret ex ſtipulatu actione,excluſo patre eo
in caſu,non poſſet pater in pręiudicium iuris
filiæ & marito quiſitæ, grauamẽ etiam in eo
quod excedit adijcere.l.cum dos ff. de pact.
dotali.l.quoties ff.ſo.matr.l.Titia cũ teſtam.
§.qui inuita,de leg.2.Bart.expreſsim in d.§.
filię.Bal.in l.quoniã nouella C.de ino. teſta.
Io.Phil.d.reſ.47.n.32.in his igitur caſibus,in
quibus actio dotis repetendæ ſoli filiæ cõpe-
tit.de quibus in l.2.§.1.l.poſt dotẽ ff.ſol.ma.
l.2.§. videamus C. de rei. vxor. actio, in his
multũ onus,grauamen nullum imponere pa-
ter poterit. Secus vbi pater ſibi vel hæredi-
bus ſuis dotem reddi fuiſſet ſtipulatus, & hęc
opinio ſatis æqua,& cũ iure coniũcta videtur,
in qua reſidet Theſau. d.quæſ.num.18.ex ra-
tione per eum tradita ibi.

19 Secundo declaratur † vt procedat in fidei-
cõmiſſo particulari iniũcto filię in dote, poſt
nuptias conſtruendas á filia,ſic enim fideicõ-
mittendo poteſt pater in teſtamento filię do-
tẽ grauare d.l. fina.§. filiæ ſecundum intelle-
ctũ Bart.& cõmunẽ,ſecus in vniuerſali in quo
dos non continetur.d.§.a filia ad Trebel. d.
l.mulier §.cum proponeretur ff.ad Trebel.S.
20 C.dum tamẽ † particulare fideicõmiſſum in-
iũctũ filię in dote, aliquid habeat vltra legi-
timam,quia infra eam minimè valeret ex his
quæ ſup.& hunc intellectũ Bart.dixit cõmu-
nem Theſau. d.q.63.nu.16.poſt principium,
vt veriorem ſequitur Io.Phili.d.conſ. 47.nu.
32.& ſeq. Bal.& Natt. quos refert idẽ The-
ſau.d.q.nu.9.quãmis ipſe aliter & noue opi-
netur,confutando Io.Phil.traditionẽ,ſimul &
aliorum , á qua tamẽ vti magis communi &
21 vera recedendũ non eſt. Nam † & affirmare
vt ille affirmat intelligendũ d.§.filiæ. vbi pa-
ter ſibi & ſuis hæredibus dotẽ reddi ſtipula-
tus fuiſſet , etſi in ſe vera traditio ſit , ex his
quæ ſuperius ſcripſi,tamẽ quoad d.§. intelle-
ctum eſt omnino diuinatiuus nec enim ex ali-
quo illius §.verbo colligi poteſt,patrem ſibi
antea & ſuis dotẽ ſtipulatum fuiſſe,nec colli-
gitur ex d.l.a filia, ſolã filiam in caſu illo ſti-
pulatam ſibi reddi dotem fuiſſe , atque ideo
non potuiſſe grauari fideicommiſſo, quia ius
quæſitum filiæ media ſtipulatione facta pa-
tris tolli non potuit.

22 Tertio declaratur † vbi pater,qui in dotẽ
fideicõmiſsũ iniuncxit,filiæ reliquiſſet tantũ-
dem filię quantum dos ipſa aſcenderet,eo in
caſu licet grauare filię dotẽ & fideicommiſſo
ſubmittere.d.§.filiæ. ſecundũ intellectũ Bal.
in l.cum virũ C.de fideico.at ſi non tantundẽ
relinqueret, non poſſet, d. l.a filia. traditio-
nem Bal.& illius intellectũ qui fuit ante Al-
beri.in d.§.filię ſequuti ſunt Iaco. de Bello.
viſ.Imol. Paleot. Hippo. Rimin.Rod. Xuar.
Sali.Bertra.Floria.& Milan.deciſ.20.nu.47.
Quos refert Theſau.d. q. n.10.& 11.& licet
vera ſit in ſe traditio & intellectus, cũ pater
23 † nequeat pręiudicare filię in dote data , niſi
tantũdem denuo det filię Bart. in l.vt iu.iur.
§.ſi liberi. ff. de oper. liberto.cum alijs á me
ſæpius traditis in hoc tractatu , tamen quoad
d.§.filię & d.l.a filia, diuinat ſenſus omnino,
ſic non immerito dixit Alexan. in d. l.a filia.
non increpandum iudicẽ vel aduocatum,qui
in alterutram partem inclinaret.

## SVMMARIVM.

1 *AEſtimatio venditionem facit.*
2 *AEſtimatio efficit vt contractus præſumatur emptionis & venditionis.*
3 *AEſtimatæ res marito traditæ venditionem operantur.*
4 *AEſtimatæ res vbi ex conuentione dantur marito,breui manu in venditionem reſoluũtur.*
5 *AEſtimatione facta in contractu matrimonij prætium vxori vel hæredibus non autem res æſtimatæ reddi debent.*
6 *Prætij nomen emptionem deſignat.*
7 *Prætium & res eodem iure iudicatur.*
8 *AEſtimatio vbi ſit in rebus dotalibus duo contractus celebrantur , quorum vnus exprimitur & alter occultatur.*
9 *Prætium ſuccedit loco rei.*
10 *AEſtimatio rerum dotalium certa eſſe debet vt venditionem operetur.*
11 *Pactum,quo res dotales dicitur æſtimatas tradi , alio non declarato non inducit venditionem.*
12 *Pretium de ſolemnitate materiali eſt contractus emptionis.*
13 *Pretia rerum indies variantur.*
14 *Solemnitates formales , efficientes , & finales nunquam mutantur.*
15 *Pactum de antiquo celebratum,quo dicitur res dotales fuiſſe traditas marito æſtimatas probationem facit.*
16 *Prætium in venditione in arbitrium tertij conferri poteſt.*

*Socini*



17 *Socini opinio.*
18 *Voluntatem contrahẽtium lex amplectitur eo modo quo poteſt in his,quæ per rerum naturam ſibi poſſunt.*
19 *Venditionis pretium in arbitriũ tertij collatũ tertio non arbitrante irritatur contractus.*
20 *Dotis fauore tertio non arbitrante pretiũ æſtimationis, non irritatur conuentio.*
21 *Opinio Barboſ. reprobatur.*
22 *Æſtimatio,quæ non ſit per tertiũ in rebus dotalibus poteſt fieri per virum bonum authoritate legis.*
23 *Tex.in l.cũ poſt §.gener a ſocero ff.de iur.dot. declaratur.*
24 *Mulierũ intereſt æſtimatas res maritis tradi propter periculum.*
25 *Res dotales æſtimatæ etiam ſi veſtes ſint,quæ vſu deteriorantur propter æſtimationem deterioratio ad maritum pertinet.*
26 *Æſtimatione facta eo animo vt non inducat venditionem ſoluto matrimonio maritus res dotales reſtituit.*
27 *Æſtimatio rerum dotalium iuſta & cõdigna emptionem operatur,iniuſta minime.*
28 *Remediũ legis ſecũdæ C.de reſcindẽda venditione locũ habet in reb⁹ æſtimatis dotalibus.*
29 *Cõmunis reſolutio qualis,an beneficiũ d. l. 2. locum habeat in rebus dotalibus æſtimatis.*
30 *Remediũ l.2.C.de reſcin. vendi. incognitum erat de iure digeſtorum.*
31 *Dotalibus rebus æſtimatis in dotẽ datis nõ extãtib⁹ æſtimatio qualiſcũq; ſit præſtãda eſt.*
32 *Mulier reſtitutionem petere poteſt aduerſus dotẽ marito datã ſi iſtãta dote dign⁹ nõ erat.*
33 *Æſtimatio rerũ dotaliũ facta poſt cõtractum matrimonium æſtimationem non facit.*
34 *Maritus non ſoluendo effectus poſt æſtimationem factam bona æſtimata reddere tenetur.*
35 *Mulier nedũ à marito,ſed & ab illi⁹ hæredibus atq; etiã tertio poteſt vindicare res dotales æſtimatas vbi mariti bona nõ reperiũtur.*
36 *Riminaldi ratio à Didaco improbata.*
37 *Mulier quæ ſciẽter nubit inopi,videtur tacite renunciare beneficio l.vbi adhuc. C. de iur. doti.*
38 *Mulier minor bona immobilia in dotem dare nõ poteſt abſq; ſolẽnitatib⁹ a iure requiſitis.*
39 *Æſtimatio rerũ dotaliũ immobiliũ à minore in dotẽ marito datarũ emptionem non facit.*
40 *Mulier poteſt agere contra tertios poſſeſſores pro rebus dotalibus æſtimatis , dum prius fiat executio in bonis mariti.*
41 *Æſtimatio à muliere facta licet venditionem faciat;duplã tamen promittere non tenetur in caſu euictionis,etiam ſi res pretioſa ſit.*
42 *Mulier vbi res dotales euictæ ſunt de euictione tenetur,aut illius pater ſi ipſas dederit.*
43 *Nomen debitoris in dotem datum cedit periculo mariti.*
44 *Nomẽ debitoris inæſtimatũ tradi dicitur marito quando ſimpliciter in dotẽ datum fuit.*
45 *Barboſ. opinio aduerſus communem.*
46 *Opinio cõmunis defẽditur ab obiectis Barboſæ.*
47 *Æſtimatio rerũ dotalium in dubio non præſumitur.*
48 *Finis diſpoſitionis principio debet conuenire.*
49 *Nomen debitoris quibus coniecturis æſtimatũ vel inæſtimatum tradi dicatur.*
50 *Nomẽ debitoris æſtimatũ datũ dicitur,quãdo pri⁹ certa quãtitas fuit promiſſa marito,& poſt in ſolutionem datur nomen debitoris.*
51 *Maritus acceptans nomen debitoris quem ſcit non eſſe ſoluendo ſibi præiudicat.*
52 *Bartoli opinio qualis.*
53 *Imolæ & Romani conſiliatio.*
54 *Donatio inter virum & vxorem cauſa remunerationis valet.*
55 *Maritus accipiens nomen debitoris,qui nõ eſt ſoluendo etiam ignoranter ſibi præiudicat.*
56 *Æſtimatione facta rerum dotalium,ſicut periculum ad maritum pertinet,ſic augmentũ & commodum.*
57 *Fructus pendẽtes ſolut.matrimo.pro rata annì ad vxorem pertinent.*
58 *Æſtimatione facta fructus pendentes indiſtincte ad maritum pertinent.*
59 *Partus ancillæ ad maritum non pertinent non facta æſtimatione.*
60 *Maritus ſoluto matrimonio ſi in mora fuerit dotem reſtituendi,ad intereſſe tenetur.*
61 *Pactum mariti & vxoris vt res dotales etſi æſtimatæ ſoluto matrimonio extantes reſtituantur, validum.*
62 *Pactum inter virum & vxorem,vt res æſtimatæ extantes ſoluto matrimonio reſtituãtur quadrifariam concipi ſolet.*
63 *Pactum inter virum, & vxorem rebus dotalibus iam æſtimatis quod ſcilicet dos reſtituatur,his verbis cenſetur facta venditio.*
64 *Conſilium Rolandi 92. inſigne.*
65 *Pactum inter virum & vxorẽ æſtimatione facta,quod dos reſtituatur eo modo,quo data eſt,venditionem operatur.*
66 *Barboſ.opinio aduerſus communem.*
67 *Opinio communis defenſa.*
68 *Contrahẽtes veriſimile non eſt voluiſſe ſe corrigere incontinenti.*
69 *Mulierum fauore ſtatutum vt æſtimatio rerũ dotalium emptionem faciat.*
70 *Tex.in l.cum poſt §.cum res ff.de iur. doti. cũ concordantibus, declaratur.*
71 *Pactum inter coniuges poſt æſtimationem vbi vxor ſtipulatur a viro ſibi reſtitui debere res dotales extantes, operatur vt de non extantibus æſtimatio ſolui debeat.*
72 *Æſtimatione facta, quo in caſu periculum ad maritum non pertinet.*
73 *Res dotales extantes, quarum nulla æſtimatio*



*facta*

*factæ eſt alienari non poſſunt etiam conſentiente vxore.*
74 *Tex. in l. in rebus C. de iur. doti. declaratur.*
75 *Intellectus Barboſ. ad tex. in l. ſi æſtimatis ſolut. matrimo.*
76 *Maritus res mobiles dotales alienare poteſt.*
77 *Intellectus Barbo. reprobatur.*
78 *Pactum inter coniuges facta iam æſtimatione quod res reſtituantur eiſdem pretijs quibus æſtimatæ fuerunt nullã inducit venditionẽ.*
79 *Maritus in quibus caſibus de dolo & culpa rerum dotalium teneatur vel ipſarum deteriorationem, remiſsiue.*
80 *Pactum inter coniuges facta iam æſtimatione quod ſoluto matrimonio res dotales reſtituantur habita ratione augmenti vel diminutionis nullam operatur venditionem.*
81 *Formulæ æſtimationum rerum dotalium variæ, & quæ illæ ſint remiſsiue.*

## QVÆSTIO. LVII.

*AESTIMATAE RES ET IN dotem datæ marito, ſoluto matrimonio niſi aliud pacto fuerit conuentũ in contractu matrimonij, vxori nec illius hæredibus reddi; pacto vero inito quid: Et an æſtimatio in omni caſu emptionem faciat.*

1 GLO. inſignis † in l. quoties
ff. de iur. doti. ſcribit, quod
ſicut æſtimatio deſignat venditionem,
ſic & numeratio
dominij trãſlationem: Similis
eſt glo. in l. ſi inter C. de
iur. doti. ſubſiſtente enim cauſa legitima dominium
transferri dicitur l. ſi ita diſtrahatur
ff. de con. emp. l. 1. §. & eſt quæſtio ff. pro dot.
2 Hinc † illud quod æſtimatio efficit vt contractus
præſumatur emptionis & venditionis
l. res æſtimatæ l. quoties ff. de iur. doti.
Bartol. Angel. Roma. Imo. Cuma. Caſtellio.
Alex. & alij poſteriores in l. ſi æſtimatis ff.
ſolu. matri. Aretin. Barba. Socin. Deci. Rub.
& Dida. quos refert Menoch. præſ. 83. lib. 3.
nu. 2. alios plures excepto Menochio refert
Maſcard. tract. de probat. to. 2. conclu. 609. à
3 n. 1. Ioan. Philip. reſpon. 45. n. 23. Vbi † igitur
res mulieris in dotem æſtimatæ marito
traduntur, cenſetur quędam veluti venditio
celebrata inter coniuges, ab vxore, ſcilicet
marito; isque veluti emptor ſe ipſum obligat
ad earum ſoluendam æſtimationem ſolut.
matri. l. ex conuentione C. de pact. l. quo-
4 ties C. de iur. doti. ita † vt ſub colore cõtractus
dotalis, venditionis & emptionis celebretur,
& veluti breui manu dotalis illa cõuentio
in venditionem transferatur l. 3. §.
fina. ff. de dona. int. vir. & vxo. ita Bal. in l. cũ
dotem n. 3. C. de iur. doti. Ruin. Soci. Natt.
& alij quos citat Maſcar. tract. de probatio.
2. par. conclu. 619. Barboſ. in d. l. ſi æſtimatis
n. 1. ff. ſol. matri. Neuizan. in ſyl. nuptia. li. 2.
n. 69. Anchar. rigien. quæſt. 36. n. 1. Ioã. Philip.
d. reſpon. 45. n. 23. & reſpon. 18. n. 36. Ex
5 † his ſequitur æſtimationẽ hanc emptionem
facere neque vt dixi antea reddendas res
vxori fore, ſed pretium tantum. d. l. quoties
C. de iur. doti. l. cum dotẽ illo eo. titu. l. res
datæ l. plerumque §. ſi ante de iur. doti. glo.
in l. ſi inter C. de iur. doti. vbi Cyn. Bal. Sali.
Angel. & poſteriores & dixit glo. illam communiter
receptam Socin. conſ. 57. col. 2.
lib. 1. eandem dixit communem Natt. conſ.
650. num. 2. lib. 4. Ruin. conſil. 137. lib. 1.
num. 13. Rolan. conſil. 64. num. 4. lib. 4.
latius idẽ Rolan. conſ. 92. n. 2. vbi & eã gloſam
communem dixit lib. 2. Ioſeph. Ludo.
deciſ. Peruſi. 89. num. 8. Becci. conſ. 42. num.
2. qui alios refert Surd. deciſio. 257. num. 1.
& deciſio. 287. num. 22. Rube. Bero. Socin.
Pariſi. Natt. Pau. de Caſt. & alij quos
refert & ſequitur Caualca. deciſio. 16. nu. 3.
6 4. par. 1. Ratio † ea eſt quia pretiũ emptionem
deſignat, vt in primis huius quæſtionis
verbis ſcripſi; quibus addo text. in l. fina.
vbi glo. de pręd. decurio. l. 1. §. æſtimatorũ
& §. æſtimatas C. de rei vxo. actio. Surd.
d. deciſ. num. 1. ad finem. idem deciſ. 35. nu.
7 11. latius conſ. 1. n. 102. li. 1. † pretium autem
vnum & idem cũ re ipſa iudicatur. Bart.
in l. 1. nu. 6. ff. de actio. empti. & in l. ſtipulationes
nõ diuidũtur de verbo. oblig. Barba.
Butri. Curti. & Deci. quos refert & ſequitur
8 Surd. d. deciſ. 35. nu. 10. † qui eleganter ibidem
ſubiungit, quod vbi æſtimatio fit duo
videntur contractus celebrari quorum vnus
exprimitur, alter occultatur, vt & ſuperius
9 ſcripſi. Sic † & pretium loco rei ſuccedit &
ipſam repreſentat Barto. in dict. l. ſtipulationes
non diuiduntur num. 40. de verbor.
obliga. Alexan. Deci. & cæteri in l. vinum
de reb. credi. Cagno. in l. vni. num. 60. C. de
ſen. quæ pro eo. quod. int. prof. Aretin. Iaſſ.
Alexand. Deci. & alij quos ſequitur Surd.
deciſ. 81. num. 5.
Non igitur cuiquam mirum videri debet
ſi liceat æſtimatas res marito in dotẽ tradere
quando pretiũ rei loco ſit, neq; etiã ob id
deterior imo melior dotis conditio fiat. d. l.
plerumq; ff. de iur. doti. Cæterũ nõ ſemper
æſtimatio in rebus dotalibus emptionem facit,
ſed in quibuſdam tãtum quorum potio-
10 res referam. Primus † eſt, quod ſicut in
emptionis & venditionis contractu certum
requiritur pretium ſine quo conſiſtere non
poteſt



poteſt §. pretium §. item pretium inſtit. de
emptio. & vendi. ſic requiritur in æſtimatione
dotalium vt certa loco pretij quãtitas
exprimatur alioquin æſtimatio emptionẽ nõ
faceret: Sic in ſpecie docuit Bar. in l. ſi vt cer-
11 to §. nũc. vidẽdũ n. 5. ff. commo. ſolo † enim
pacto dotali, quo diceretur dari res dotales
marito ęſtimatas valore nõ declarato, nõ induceretur
vẽditio tacita, ſed eſſent res mere
dotales; ſequũtur Bart. Curti. iun. in l. ex cõuẽtione
n. 8. C. de pact. Riminal. in princi. inſtit.
qui. alie. licet n. 56. qui alios refert Dida.
d. ca. 28. n. 7. Barboſ. in d. l. æſtimatæ num. 2.
verſi. Ex hac prima concluſione.
12 Rationẽ hui⁹ traditionis nemo reddit: hęc
autẽ mihi videtur; nã † cum pretiũ ſit ſolẽnitas
quædam materialis cõtractus emptionis
& vẽditionis, ea nõ præſumitur niſi probetur
Cyn. in l. 1. C. de contra. & comitten.
13 ſtipula. † Rationis ratio eſt, quia pretia non
ſemper vniformia ſunt, ſed in dies variãtur
l. pretia rerum ad l. falcid. ita fit vt neceſſaria
14 ſit eorũ probatio: † ſolẽnitates enim formales,
efficiẽtes & finales ſemper vnę ſunt, neq;
vmquã mutãtur, ideo interueniſſe præſumũtur;
at materiales cũ nõ ſint ſemper vniformes
& variẽtur, minime niſi probẽtur, pręſumi
poſſunt; ſic poſt aliquos ab eo relatos
reſoluit egregie Gomes. li. 2. varia. reſolut.
cap. 11. n. 17. & ante ipſum antiquiores vſq;
ad Iaſſ. in l. ſciendũ de verbo. obliga. Felin.
in ca. ſicut n. 40. de re. iudi. Bonacoſt. de pręſump.
verbo ſolẽnitas Brun. trac. de form. &
ſolem. tit. de probatio. & præſump. verſ. Pręd.
icta regula Ruin. conſ. 162. nu. 17. lib. 3.
15 Superiorem † autẽ Bart. & aliorum traditionem
præter alios limitarẽ niſi eſſemus in
antiquis, & in inſtrumẽto dotali reperirietur
res fuiſſe marito traditas æſtimatas; & maritus
vel ſui hæredes eſſent in poſſeſsione illarum
rerũ ſciente vxore, vel illius hæredibus:
præſumitur enim in hoc caſu emptio & vẽditio,
ſic Bar. Bal. Angel. Sali. & cæteri in l. ſi
maior C. com. diuid. vbi Caſt. n. 3. Alexan. &
alij quos ſequitur Maſcar. tract. de probatio.
lib. 2. conclu. 618. num. 7.
16 Sanè † ſicut in emptione & vẽditione pretium
in tertij arbitrium cõferri poteſt, & ex
tunc valet venditio, ſic in dotaliũ rerũ æſtimatione
d. §. pretium l. fina. C. de contract.
emptio. Purpura. poſt alios ab eo relatos in
d. l. ex cõuẽtione n. 33. C. de pact. Socin. cõſ.
56. n. 7. li. 1. Barboſ. in d. l. ſi æſtimatis n. 2. ff.
ſolu. matri. redditurque nulla venditio, non
ſequuta æſtimatione d. l. fina. ad finem C. de
cont. emptio. idem in rerũ dotaliũ æſtimatione,
& maiori quidem ratione dotis fauore,
ſic citati nunc interpretes docent.
17 Contrariã † tamẽ opinionẽ tenuit Socin.
d. conſ. 56. n. 8. lib. 1. dum reſpõdit datis rebus
dotalibus in dotẽ æſtimatis pro ea eſtimatione,
quæ per duos amicos cõmunes declaranda
erit, quod licet numquam fuerint a
partibus electi, ſoluto matrimonio non res,
ſed earum iuſta ęſtimatio erit vxori reddenda:
rationem ſubiungit, quoniã etſi per æſtimationẽ
ab electis faciẽdam nõ conſtet de
vera æſtimatione, cõſtat tamẽ de mente cõ-
18 trahentiũ, cui ſtãdum eſt ſemper; † maxime
quod lex in hunc modum voluntatẽ ipſorũ
ſuſcipit in his, quæ per rerũ naturã ſciri poſſunt.
Socin. ſequuti ſunt Purpura. in d. l. ex
conuentione nu. 46. Roge. in l. traditionibus
n. 37. C. de pac. Riminal. in princi. inſtit. qui.
aliena. licet n. 59. Nouell. trac. de dot. quem
idẽ Soci. refert conſ. 60. li. 3. Dida. in pract.
19 quæſt. d. ca. 28. † Subiunxit Riminal. loco citato
in comprobationẽ rationẽ alterã, quod
licet tertio non arbitrante corruat venditio
20 d. l. fina. C. de con. emptio. † Speciale tamẽ
inquit eſt fauore dotis vt tertio nõ arbitrante
minime infringatur, ſed tunc ad boni viri
arbitrium recurrendũ eſt l. 3. C. de dot. promiſsio.
l. cũ poſt §. gener a ſocero ff. de iur.
doti. quemadmodũ docuit idẽ Socin. in l. ſi
quis arbitratu n. 27. Iaſſ. n. 10. de verb. oblig.
egregie Meno. de arbitra. iud. quęſ. 68. quęſ.
n. 39. quam rationẽ ex Soci. & Nouell. prius
ſcripſerat Dida. in d. ca. 28. n. 1. verſi. Primũ
21 etenim cõſtat. † Vnde minus rectè Barboſ.
aduerſus ſuperius citatos & cõmunem opinionem
tenuit in d. l. ſi æſtimatis n. 2. rationibus
prædictis reſpondens. Primæ quod ſi
argumentationem Socin. ſequeremur numquam
locus eſſet diſpoſitioni d. l. fina. C. de
con. emptio. Neque inquit nũquam lectũ vt
lex ſe intromittat circa rerum æſtimationẽ;
eo maxime quod partes intellexerũt de ęſtimatione
facienda per hominem non autem
de facienda per legem; quoniã ingenue fal-
22 litur, non † enim æſtimatio fit per legem ſed
per hominem, ideſt tertiũ, vel virum bonũ,
qui legis authoritate æſtimabit, vt declarant
Purpu. Rimina. & Dida. & aperte innuit tex.
in d. l. 3. & tex. in d. §. gener à ſocero. id autẽ
quod per alium fit lege permittente, vulgo
per legem fieri dicitur ad l. iuſte poſsidet ff.
de acquir. poſſeſsio. l. grachus C. ad l. Iuli. de
Adulte. cęterũ ꝙ dicit nũquã diſpoſitionẽ d.
l. fin. locũ habiturã, ſi Soci. & aliorũ vera opinio
foret, animaduertere debuit d. l. fina. nõ
loqui in ęſtimatione rerũ dotalium, quæſtio
noſtra ſic, vnde fauore dotis ne actus pereat
ſed valeat ad boni viri arbitriũ circa ęſtimationẽ
prædictã faciendã recurrendum erit.
Minus obſtat altera eiuſdem conſideratio
dicẽtis nullam ſpecialitatem cõſiderari niſi
quod vbi ad viri boni arbitriũ nõ recurritur

dotis cõſtitutio nõ valeret,& cogeretur ma-
ritꝰ vxorẽ indotatã habere,ad ea quæ inter-
pretes in d.§.gener. in hac quæſtione agitur
de inducẽda vẽditione rerũ dotaliũ propter
quã dotis cõſtitutio nõ extinguitur.Reſpon-
detur enim ꝙ & in noſtra ſpecie de infrin-
gẽda dotis cõſtitutione propter non factam
æſtimationem agitur,quæ proculdubio nulla
eſſet niſi dotis fauore cõſeruaretur recurrẽ-
do ad arbitriũ boni viri, in quo dotalis hic
cõtractus ob illius priuilegium à cęteris dif-
fert,& ſic intelligẽdus text.in d.l.fina. C. de
cont.emptio.& id ipſum non obſcure innuit
23 † tex.in d. §. gener quatenus inter dotẽ &
alios cõtractꝰ diſcrimẽ apertiſsimũ oſtẽdit:
24 Intereſt enim † maxime mulieris ꝙ res ęſti-
matæ marito dẽtur,quia periculũ ęſtimatio-
ne nõ facta ad mulierẽ pertinet l. æſtimatæ
25 ff. ſolu.ma.l.plerũq; ff.de iur.doti. † Quod-
cumque illud ſit periculũ,etiã deterioratio-
nis veſtiũ,quæ vtendo minoris pretij fiunt:
vnde & ipſę æſtimatæ in dotem datę,quibus
de mariti conſenſu mulier vtitur vbi dete-
riorãtur ad maritũ detrimentum pertinet l.
mortis ſuæ §.1.ff.de donatio.int. vir.& vxo.
Bal.Imol.& cæteri in l.ęſtimatæ ff.ſolu.ma-
tri.Purpu.in d.l.ex cõuẽtione n.30. Dida.d.
ca.28.n.5.& alios pleroſq; in hãc ſententiã
citat Rolã.conſ.92.n.11.li.2. Soci. & Anto.
Gom. quos ſequitur idẽ Barboſ. in d.l. æſti-
matis n.5.ſolu.matrim.Neuizan.ex Socin.&
Pala. Rub.in ſil.nuptia.lib.2.nu.71. Vnde à
communi recedendum non eſt.
26 Secũdus eſt † quando ęſtimatio facta fuit
nõ animo inducẽdi vẽditionẽ,ſed vt ſciretur
valor rerũ datarũ in dotẽ, vt dignoſci poſtea
poſsit an prædia dotalia vel aliæ res culpa
mariti deteriores factæ ſint; eo enim caſu
ſoluto matrimonio maritus eaſdem res non
æſtimationẽ reſtituere teneretur Areti.Soci.
Barbat.quos citat & ſequitur Neuizã.ſup.n.
72.Iaſſ.in d.l.ex cõuentione vbi Purpura. &
Curti.iuni.n.12.cæteri omnes in d.l.æſtima-
tis ſolu.matri.Maſcard.d.conclu.619.n.5. &
hanc eſſe potiſsimã cõiecturã ad dignoſcen-
dũ an æſtimatio faciat emptionẽ, nec ne re-
ferunt interpretes,cũ poſt factã ęſtimationẽ
cõuenit ꝙ maritus ſolu.matri. res æſtimatas
reſtituere teneatur l.cũ poſt. §.cum res ff. de
iur.doti.Purpu. Pariſ. Aretin.& Socin. iuni.
quos refert Barboſ. in d.l.æſtimatis nu.29.
ſed de veritate infra dicemus.
27 Tertius caſus † eſt vbi æſtimatio fuit iuſta
& cõdigna tũc emptionẽ facit & venditionẽ
in rebus dotalibus;ſecꝰ vbi iniuſta & imper-
tinens l.quoties, in verbis, & iure æſtimatę
ſunt C.de iur.doti.glo.cõmuniter recepta in
l.1.§.1.verbo agẽdo ff.de ſuperficie ita Bal.
egregie in d.l.ex cõuẽtione verſ.Tertio ca-
ſu vbi Sali.Iaſſ.Deci.& Curt.n.12.Soc.iuni.
conſ.141.n.21.li.1.Maſcar.d.conclu.619.n.
2.Ioſeph.Ludo.d.deciſ.89.n.7.Riminal. in
princi.inſtit.qui.alie.licet.n.51.Barbo.in d.
l.ęſtimatis n.20.in fine & alios multos recẽ-
ſet Rolã.cõſ.92.n.4.li.2.Dida.d.ca.28.n.9.
Soci.iun.cõſ.141.n.21.li.2.Natt.cõſ.650.n.
8.li.4.Anchar.rigien.quæſt.36. num.5.
28 Verũ † huic cõmuni omniũ traditioni, cõ-
munis altera opinio valide aduerſatur nam
glo.docuit in l.iure ſuccurſum §.fina.per illũ
tex.ff.de iur.doti.& glo.in l.ſi ex cauſa §. 1.
verbo vltra ff.de mino.remediũ ſcilicet l. 2.
C.de reſcind.vendi.locũ etiã habere inæſti-
matione rerũ dotaliũ;cõſequẽs eſt ꝙ etſi cõ-
digna aut iuſta non fuerit æſtimatio vicẽ vẽ-
ditionis habet,quia valet & tenet, etſi illius
legis beneficio reſcindi poſsit ſi vltra dimi-
diã ſit iuſti pretij : idẽ ex antiquioribus poſt
gloſas nũc relatas tenuit Alberi.in d.l. 2.C.
de reſcin.vendi.Salice.in l. ſi res §.1.de iur.
doti.Fulgoſi.in d.l.2.n.2.3.4. Cagnol.n.64.
Roma.in l.ſi quis cũ aliter nu.20. de verbo.
obligat.vbi Iaſſ.nu.18.Salic.& Angel.in l.ſi
circumſcripta C.ſolu.matri.Nouell.in tract.
de dot.6.par. priui.43.n.4. vbi cõmunẽ di-
xit;eandẽ cõmunẽ repetit Crem. in d.l.2.n.
37.in nona ampliatione Pinel. ibidẽ 1. par.
ca.1.nu.12.13.Anto.de Padill.nu. 20. Pala.
Rub.in l.16.tit.11.de doti.par.4. idẽ in ca.
per veſtras §.21.nu.2. 3. 4. Gomez in l.50.
Taur.n.44.& ſequent.& his nõ relatis Bar-
boſ.in d.l.æſtimatis n.21.Dida. d.cap.28.
29 Cõtrarium † hoc quidam vno, alij altero
cõciliant modo; cõmunis autẽ reſolutio eſt;
ꝙ etſi in vẽditione & emptione vera locum
habeat remediũ d.l.2.vbi læſio dimidiã iuſti
excedit pretij, in æſtimatione tamẽ rerũ do-
taliũ nõ illius legis beneficio opus eſt, quo-
niam quomodocumque lęſio contingat etiã
intra dimidiã fauore dotis ex bono & æquo
vel maritus refundere iuſtam æſtimationem
cogetur, vel res reſtituere dotales illius arbi-
trio l.ſi res §.1.ff.de iur.doti.d.l.iure ſuccur-
ſum ad finẽ l.ſi circumſcripta C.ſolut.matri.
30 † Sanè id fauore dotis fieri conſtat,quoniam
tempore digeſtorũ cognitũ nõ erat remediũ
d.l.2.ꝙ ab Imperatoribus Diocle.& Maxi-
mi. inſtitutum fuit vt probat Pinell. in d. l.
2. par.1.ca.1.& latius qui alios refert Anto.
de Padil.ibid.n.20.vnde ad illiꝰ legis reme-
dium ad eundum non eſt,quando illud nouo
iure inſtitutum ſit, cæterum veteri in æſti-
matione rerum dotalium læſio queuis ſuf-
ficit etſi minima vt ex citatis iuribus con-
ſtat. Atque hæc receptior opinio eſt Alberi.
in dict.l. ſi circumſcripta C. ſolut. matrimo.
Imol. in cap. cum dilecta num. 16. ex. de
emptio.& vẽdi.Anto. de Burg.in ca.cũ cau-





ſa n.48.ex.eo.tit.Bal.Nouel.trac.de dot.7.
par.priui.35.Baptiſ.de San. Blaſi. priui.18.
aſſerit cõmunem Gom.in d.l. 50.Tau.n.44.
Math.de Affli.vbi Vrcill ad eũ deciſ.270.n.
3.Crem.in d.l.1.n.166.Pinel.1.par.ca.1.nu.
12.13.Pala. Rub.in d.l.16.tit.11. de doti.
par.4.Garci.trac.de Meliorã.& expẽ.ca.10.
n.22.Barboſ.in d.l.æſtimatis n.22. Cuia.li.
17.obſer.ca.1.Matiẽ.in l.1. glo.8. tit.11.li.
5.n.21.licet autẽ traditio hæc tolerari poſ-
ſit,tñ ratio altera præter alios reddi quoque
põt,quã verã eſſe exiſtimo,ſcilicet lęſionem
etſi modicã in dotis æſtimatione conſiderari
quia matrimoniũ eſt ſocietas quædã mutua
ca.ſocietas 27.q.2.ca.2.de donat. int. vir.&
vxo.l.1.de rit.nupt.l.1.ff.rer.amota. ꝙ ſi lę-
ſio admitteretur fieret ſocietas leonina alter
alterius dãno locupletaretur, ꝙ in ſocietatis
cõtractu non admittitur.argu.l. ſi nõ fuerint
ff.pro ſoci.& probat expreſsim text. in d.l.
iure ſuccurſum §.fina. de iur.doti.
31 Animaduertit † autẽ & rectè Crem. in d.l.
2.n.37.ad fin.quẽ ſeq. Barboſ. in d.l.æſtima-
tis n.22.ad finẽ ꝙ vbi res æſtimatæ nõ extãt,
eo tũc ęſtimatio pręſtãda erit qualiſcũq; illa
fuerit etſi nõ cõdigna,ꝙ ſatis innuit text.in
d.l.ſi res §.1.ff.de iur.doti.d. l.ſi circũſcripta
in fine vbi idẽ ſcripſerũt Angel.& Salic.Ra-
tionẽ adiungunt, quoniã aiunt ſatis mulieri
cautũ videtur hoc modo quia nõ facta æſti-
matione etſi aliqualiter lęſiua,periculũ inte-
ritus rerũ vel deteriorationis ad ipſam mu-
lierẽ pertineret, ꝙ tamen maius illius incom
modũ eſſet quã dictæ ęſtimationis l.plerũq;
ff.de iur.doti.d.l.ſi res §.1.Cuia. vbi ſup.re-
iecta opinione Dida.d.ca.28.n.9. aliter ad-
uerſus receptiſsimã opinionem ſcribentis,
prout eũ improbat Matien. ſuperius n. 22.
32 Sanè † & quę de lęſione ineſtimatione do-
taliũ rerũ dixi,eadẽ ad lęſionẽ dotis datę per
mulierẽ trahẽda ſunt, vt mulier etſi maior lę-
ſa in dotis cõſtitutione,quæ ampliorẽ quam
maritꝰ mereretur dotẽ marito cõſtituit,poſ-
ſit remedio in integrũ reſtitutionis ſibi ſub-
uenire: id ipſum vir, vbi minor fuit ſibi dos
conſtituta:quoniã cũ correlatiua ſint,ſtatutũ
in vno & in altero cẽſetur l.1. de cupreſ.li.
11.C.quemadmodũ in vxore lęſa in cõſtitu-
tione dotis,docuit glo.in l.ſi ex cauſa §.do-
tis ff.de mino.& probat tex.in d.l. iure ſuc-
curſum §.fin.de iur.doti. & nec eſt cõmunis
traditio interpretũ quidquid dixerit Pin. in
d.l.2.par.1.cap.4.n.31.& ſeq.vbi hãc impu-
gnauit traditionẽ,quã & ipſe idẽ n.33.& 34.
cõmunẽ dixit: quã opinionẽ poſt antiquio-
res à ſe relatos tenuit Bald.Nouel. tract. de
dot.6.par. priui.42.& 43. Cagnol.in d.l. 2.
n.63.C.de reſcin.vendi.Grego.Lop.in l.56.
tit.15.par.5.in verbo,menos,Matien.in l.1.
tit.11.glo.8.n.23.li.5.Iaſſ.in l.ſi quis cũ ali-
ter n.19.de verbo.obliga.Ruin.conſ.26.nu.
20.lib.3.Sfor.Odd. tract. de reſti.in inte.1.
par.q.14.n.61.& 2.par.q.59.n.18.& ab hac
opinione cõmuni nõ eſſe recedendũ ſcripſit
Barboſ.in d.l.æſtimatis n.24.ad finẽ, vbi &
obiectis quibuſdam reſpondet. dixi aliqua
hoc li.q.19. quamquã vt rectè animaduertit
Pinel.in d.l.2. 1.par.ca.4.n.33. vix cõmunis
hæc opinio in practica recepi poſsit in mu-
lieribus maioribus lęſis in dotis cõſtitutio-
ne, cum bona omnia in dotem dare poſsint
l. 4. C. de iur. doti.
33 Quartus † caſus eſt,quãdo æſtimatio facta
fuit poſt contractũ matrimoniũ,eo enim in
caſu æſtimatio emptionẽ nõ faceret, ſed ma
gis pręſumeretur facta vt ſciretur rerũ valor,
quoniã nouatio non præſumitur niſi expreſ-
ſim dicatur l. fina. C.de nouatio.ſic expreſ-
ſim docuit Salice.in d.l.ex conuentione n.4.
poſt Bal. n. 1.Purpura.n.44. Iaſſ. ibidẽ. Ri-
minal. in princi.inſtitu. qui. alie.li.vel non.
nu.48.Areti.conſ.84. n.2.Neuiz.in ſil. nup.
lib.2.n.72. Curti.iuni.in d.l. ex conuentio-
ne nu.12.Maſcar.d.conclu.619. n.3.Ioſeph.
Ludo.d.deciſio.Peruſi.89.num.4.Barboſ.in
d.l.ęſtimatis num.25.Dida.Couar.d.ca.28.
num.10.Socin.iuni.conſ.141.n.16.lib.1.
34 Quintus caſus † eſt quãdo maritus poſt fa-
ctam æſtimationẽ efficeretur non ſoluendo,
quoniã in eo caſu tenebitur maritus reddere
bona æſtimata,quãdoquidẽ prætextu inopię
nequit æſtimationẽ præſtare, idque ſingulari
35 dotis prerogatiua ſtatutũ eſt; † quinimo poſ
ſet vxor nedũ à marito,ſed & ab illius hęre-
dibus,& nedũ ab hæredibus, ſed a quocũque
tertio poſſeſſore vindicare glo.celebris in l.
in rebꝰ verbo æſtimatæ C.de iur.doti.ex eo-
dem tex.& tex.in l.vxor marito ff. de dona.
inter vir.& vxo.ſic docuit Bal. conſ.24.li.1.
Bal.Nouel.trac.de dot.7.par.priui.23. Ne-
uizã.in ſil.nuptia.li.2.n.72.verſ.limita quar-
to.Salice.in d.l.in rebus Purpura.in d. l. ex
cõuentione n.48.Curti.iuni.n.13.Baptiſ.de
priuil.dota.centu.2.n.13.Pinel.in l.1.3.par.
n.15.C.de bon.mater.Maſcar.tract.de pro-
bat.2.par.concl.619.n.6. vbi cõmunẽ dixit,
Barbo.in d.l.ęſtimatis n.26.Cremẽ.ſing.19.
incipiẽti habebis milies:quę opinio procul-
dubio cõmunis eſt: cõſiderãtur enim in hoc
caſu res æſtimatę veluti proprię dotales ac ſi
nũquã ęſtimatæ fuiſſent, cõſequenter irrita-
bitur alienatio d.l.in rebꝰ,& vindicabit locũ
regula l.vni.§.& cum lex C.de rei vxo.actio.
Nouel.vbi ſup.& 8.par.priui.7. Dida. d. ca.
28.n.8.Purpu.in d.l. ex cõuentione nu. 50.
Barboſ.in d.l.æſtimatis nu. 28. Caual.in re-
perto.deciſio.1. par. verbo maritus & eius
heres qui alios recẽſet. Rationẽ prędicti ca-

ſus poſt cæteros ſcripſit Rimi.in princi. inſt.
quib.alie.licet vel non n.53. quia inquit lex
non poteſt fingere maritũ tradidiſſe pretium
pro re æſtimata cũ illud in bonis nõ habeat.
Ita fiet vt ſi tẽpore cõtracti matrimonij &
factæ æſtimationis maritus inops foret æſti-
matio emptionẽ non faceret; quia ſi ex poſt
facto id cõſequitur, multo fortius a princi-
pio id fiet, argumẽto l.pater furioſo,cũ ſimi
libus ff.de his quæ ſunt. ſui vel alie.iur. Bal.
& Sali.in l.intereſt C.de vſufruc.Roge.Soci.
Rolan.Riminal. Iaſſo. & Deci. quos refert
Barboſ.in d.l.æſtimatis num.26.
36 Verũ † Riminal.rationẽ ſuperius adductã
merito improbãt Purpu.in d. l.ex cõuẽtione
n.48.Dida.d.ca.28 n.8.Ioſep.Ludo.d.deciſ.
Peruſina 89.n.14.Barboſ.in d.l.æſtimatis n.
26.quoniã in modũ regulæ generalis Impe-
rator ſtatuit ęſtimationẽ, emptionẽ induce-
re d.l.ex conuentione C.de pact.à qua in du
bio recedendũ non eſt.Neq; Bald. & Salic.
loquuntur quãdo poſt æſtimationem factus
fuit inops maritus,in quo caſu mulier poteſt
res dotales tanquã non æſtimatas vindicare:
cæterũ nõ inde ſequitur idẽ afore quãdo tẽ-
pore ęſtimationis maritus nõ eſſet ſoluẽdo,
quia potuit legis præſumptione ditior fieri.
ad tex.in l.ſi defunctus C. arbi.tutel. potuit
etiã res ęſtimatas etſi inops cõſeruare vt Di-
da.& Purpu. aduertũt neque fictionis conſi-
deratio per Riminal.adducta facit, quia nõ
requiritur vt prætiũ detur pro rebus eſtima-
tis, cũ ſufficiat ſi maritus ſe obliget de red-
dendo pretio ſoluto matrimonio: Interim
autem vẽditio valebit,etſi poſt tẽpore ſolut.
matrimonij vbi maritus nõ ſoluendo repe-
ritur irritetur legis beneficio dotis fauore
æſtimatio, vt poſt ſupra citatos animaduer-
tit Barboſ.in d.l.æſtimatis num.27.
37 Cęterũ † valide aduerſus ſuperiores tradi-
tiones obſtat ꝙ ex cõmuni traditione ſcripſi
hoc li.q.49.mulierẽ,quæ ſciẽter nupſit inopi
videri in cõſequentiã tacite renũciaſſe bene
ficio l.vbi adhuc C. de iur.doti. vnde ſi mu-
lier ſciens maritũ inopẽ nihilominus tẽpore
cõtracti matrimonij res dotales ęſtimauerit
eo ipſo videtur tacite beneficio iuris ſupra
ſcripto renũciare;vt ſcilicet poſſit ſuperue-
niẽte inopia,quãdo maritus æſtimationẽ prę
ſtare non poteſt, ad res dotales regredi ac ſi
nuſquã ęſtimatio facta fuiſſet:fortiſſimũ cer
te cõtrariũ,ꝙ vtinã præuidiſſẽt interpretes.
Nã vel illa aut hæc falſa opinio eſt,cũ ta-
men vtraq; ſit cõmunis,vel ſaltim reſtringẽ-
da quæſtio noſtra iuxta alterius reſolutionẽ,
quãdo mulier ignorabat tẽpore cõtracti ma
trimonij viri inopiã,ſecus ſi ſciret: Verũta-
mẽ aduertendũ eſt,ꝙ cõmunis illa opinio ꝙ
poſſit mulier vel expreſſe,aut tacite nubẽdo
inopi renũciare beneficio d.l.vbi adhuc;fun-
datur vna præcipua ab interpretib⁹ ratione,
cui fere ſoli magis innitũtur; ſcilicet licere
mulieri ob id renunciare illius legis vbi ad-
huc beneficio,quoniã per hoc pactũ tacitum
vel expreſſum res dotales ad ſuã reuertũtur
naturã primęuã; cum de natura dotis ſit, ne
conſtãte petatur matrimonio,vt d. q.49.di-
xi, at hæc ratio ceſſat in caſu propoſitæ quæ-
ſtionis, quia per æſtimationẽ factam tẽpore
cõtracti matrimonij res dotales nõ reuertũ-
tur ad ſuam naturã, quia cenſetur cõtracta à
principio quędã tacita vẽditio ex dictis mo-
do in principio huius capitis. Neque dixerit
quiſpiam de natura rerum dotaliũ eſſe,quod
facta ęſtimatione vbi marit⁹ ſit inops poſſit
mulier ac ſi facta nõ fuiſſet res dotales æſti-
matas vindicare,quoniã id nõ ex rerũ dota-
liũ natura cõtingit, ſed ex legis beneficio ne
mulieres indotatæ remaneant, quod ſi non
ſatisfaciat hæc ſolutio erudito lectori cogi-
tandi meliorem facultas datur.
38 Sextus † caſus præter alios ab interpretib⁹
traditos eſt; vbi res dotales immobiles fue-
rũt in dotẽ datę per mulierẽ minorẽ viro ſuo
æſtimatæ,nullo præcedente iudicis decreto,
quoniã cũ mulier minor nõ poſſit immobi-
lia in dotẽ dare ſine ſolẽnitatibus a iure re-
quiſitis in alienatione rerum minorũ,vt fuſè
poſt alios ſcripſi hoc li.q. 19. inde ſequitur
39 † ꝙ æſtimatio ipſarũ emptionẽ nõ faciet; cũ
enim nulliter facta ſit,& cõtra iuris ordinem
nullũ potuit effectũ producere:ſcripſit Affli.
deciſ.21.n.13. & deciſ.283.nu.1.expreſſim
Caual.trac.đ tut.& cur.n.159.ad mediũ.idẽ
Caual.in repet.deciſ.1.par. verbo marit⁹ &
eius hæres,in verſ. Quarto quãdo contractus
eſſet ſine ſolẽnitatib⁹.vbi Noni.Becci.Affli.
Ioſeph.Ludo.& alios memorat. Verũ circa
prædicta omnia adnotanda ſunt quædam vt
his perfecta hui⁹ materię cognitio habeatur.
40 Primũ † quod in his caſibus in quibus æſti-
matio non facit emptionẽ ſed poteſt mulier
ad eaſdẽ res ęſtimatas regredi,ac ſi ęſtimatę
nõ fuiſſent etiã cõtra tertios poſſeſſores; in-
telligẽdũ, dũ prius à muliere fiat excutio in
bonis mariti,ita vt prius cõſtet eũ nõ habe-
re bona,ex quibus poſſit ſoluere rerũ dota-
liũ æſtimationẽ;quoniã dos in hoc caſu nõ re
peritur magis priuilegiata,quã aliæ actiones
quæ aduerſus tertios bonorum poſſeſſores
cõpetunt,in quibus excutio neceſſaria eſt §.
ſed neque in auth.de fideiuſſo.auth. ſed ho-
die C.eod. titul. Iaſſ.& cæteri in §.itẽ ſi quis
in fraudem inſtit.de actio. vbi Coraſ. nu.7.
& multos communẽ dicens recenſet Gabri.
in commu.titul.de fideiuſſo.concluſio. 1.nu.
21.lib.3. Natt.conſ.521.num.7.lib.3.Aguſ.
Bero.conſ.86.num.1.lib. 3. Neguſan. tract.
de



de pigno.8. par. num 9.& 10.Ioſeph.Ludo.
deciſio.Peruſi.45.num.1. Andr. Gail.obſer.
27.num.7.lib.2. Theſau.deciſio. Pedemon.
51.num.4.vnde & in recuperãdis rebus do-
talibus vbi æſtimatio nequit haberi à mu-
liere,quod excutio prius neceſſaria ſit,tenuit
in ſpecie Bal.in d.l.in rebus nu.8. C. de iur.
doti.& dixit communem Iaſſ.in l.ſi conſtan-
te num.200.& 208. ff.ſolut.matri. Potti. in
com.cõclu.41.concluſi.ampli.7.Bello. cõſ.
34.num.3.Neguſan.tract.de pigno.3.mem.
5.par. principa.num.28.Natt.conſ. 81.n.1.
li.1.Rolan.qui & alios refert. cõſ. 92.n.22.
li.2.Ioſeph.Ludo.d.deciſ.45. nu. 2.Madel.
conſ.97.n.53.Gabri.d.concluſ. 1. Gail.ob-
ſeruatio.27.num.9.Socin.conſ.55.n. 2.li.1.
Purpura.in d.l.ex cõuentione n.53. Barboſ.
in d.l. æſtimatis num.28. ad medium. The-
ſau.deciſ.Pedemon. 51. num.4. Vincen.de
Fran.deciſio.270.par.2.a nu.1. Vnde ſcrip-
ſit egregie Gail. d. obſeruatione nu. 9. poſt
principium ex ſenten. Bal.in l.3.C. de hæ-
red.actio. nu.1. quod nec etiam nomina de-
bitorum exigi poſſunt ab vxore, niſi facta
excutione prius.
41 Secundo † aduertendũ, quod vbi æſtima-
tio à muliere facta fuit, & conſequenter ta-
cita quædã venditio, licet in contractu vero
emptionis & vẽditionis vẽditor cogatur vbi
res pretioſa eſt duplam promittere in caſu
euictionis. l.emptori duplam cũ ſimilibus ff.
de euictio.mulier tamen quæ fundũ æſtima-
tũ tradit etſi pretioſum non cogitur duplam
promittere l.nõ ſolũ ff.de iur.doti.ſic ex eo.
text.adnotauit Bald.Nouel.tract. de dot.7.
par. priui.23.Barboſ.in d.l.æſtimatis n.16.
Neuiz. in ſil.nuptia.lib.2.num.72.verſi. Li-
42 mitat ſeptimo Bal.Nouell. tenebitur † igi-
tur de euictione mulier marito vbi res do-
tales euictę ſunt, vel ſi ſocer eas dedit ipſe,
etſi nihil dictum ſit; quemadmodum in mu-
liere probat text.in l.quoties ff.de iur. doti.
& de ſocero text. in l.1.C.de iur.doti.ſic ſi-
cut vendens nomen debitoris præſtare tene-
tur,quod ille ſit debitor quãuis non ſit ſoluẽ-
do l.ſi nomen ff.de hęredi. vel actio. vendi.
vbi Bal.dixit quod tenetur facere bonũ de
iure,ideſt quod ſit obligatus idẽ Bal.cõſ.72.
li.3.& alios multos refert & ſequitur Becci.
conſ.105.n.13.ita etiã mulier, & his nõ re-
latis Vincen.de Fran. deciſ. 108.n.1.par.1.
43 Tertio † aduertendũ quod vbi nomẽ de-
bitoris datur in dotẽ vel datur æſtimatũ vel
inæſtimatum: vtilitas indagationis ex ſupra
adductis elicitur, quoniã vbi datur ęſtimatũ
periculũ ad maritũ pertinet,ſi vero inæſtima
tũ ad mulierem l.ſi nomen. ff. de hæred. vel
actio.vẽdi.l.meuia ff. ſolu.matri.Bal. in l. ſi
pro debito C.de bon.auth.iudi.poſſi.Caſtr.
in l.pupilli.§.ſoror.ff.de ſolut. Bart. Angel.
Roma. Alex.& cæteri omnes in d. l. meuia
Barbo.in d.l.æſtimatis n.6.poſt alios ibi an-
te ipſum interpretes Imo.Alex. Barba.Soc.
Gozadi.& Ruin.quos congeſſit Becci. in d.
conſ.105.n.18.conſ.Mantuan.326.n.40.41.
44 42.poſitũ in calce deciſ.Surd. Tunc † autem
nomẽ debitoris in dotẽ datũ inæſtimatũ tra
di viro dicitur,cũ ſimpliciter in dotẽ datur
aut ſolũ vel cũ alijs rebus l.inter cauſas §.ab
eſſe ff.manda.ſic Bal.in l.fina.C. ad l.falcid.
idẽ Bal.in d.l.meuia poſt Iaco.de Aret.quos
45 ſequitur Alex.ibi n.fin.† Improbat Barboſ.
Baldi & aliorũ traditionẽ, quia & nomẽ ſim
pliciter traditũ debet videri traditũ pro ea
quãtitate,quę in eo cõtinetur,& nõ cenſetur
datũ tanquã papirus inutilis,citat tex.in l.2.
46 C.de actio & oblig. † Verũ perperã tanto-
rũ patrum traditionẽ impugnat, quoniã cũ
traditio nominis debitoris duplici fine dari
marito poſſit,vel ob dotis ſolutionẽ ſine ęſti
matione,vel tanquã æſtimatũ,traditũ ſimpli
citer nõ cenſetur traditũ ęſtimatũ, quia æſti-
matio in dote non præſumitur in dubio niſi
æſtimationis,& prætij mẽtio fiat.cũ ſit facti,
quemadmodũ notãt omnes in d.l.æſtimatis
& in l.ex cõuẽtione C.de pact.& idẽ. Barbo.
ſibi cõtrarius in vno & eodẽ loco in d.l.æſti-
matis n.7. expreſſim & rectè regulã conſti-
47 tuit, † Quod in dubio nõ præſumitur in reb⁹
dotalibus æſtimatio vbi ſimpliciter dantur
marito, præterea & text.in d.l.2.alio modo
intelligendus eſt vt mox dicam.
Neque facit text. in d.l.2. C. de actio. &
oblig.quoniã nõ fuit ibi nomẽ debitoris ſim
pliciter traditũ, cũ ex mente contrahentium
cõſtaret traditũ fuiſſe æſtimatũ,quod euidẽ-
ter probat tex.ille in verbis, *ad ſimilitudinẽ
eius qui nomen emerit, &c.* Vbi argumẽtatur
Imperator de expreſſa vẽditione nominis
ad nominis traditionẽ ab vxore factã, vnde
cum legis pars alterã declaret l. vtrũ de pe-
titio.hæredi.Meno.conſ.95.n.79.& ex con-
textu ſcripturæ ſumatur recta interpretatio
l.meuia.ff.de manu.teſta.l.nũmis de lega. 3.
Manti.de coniectu.vltima.volun.li.6.ti.13.
in princ.Sim.de præt.de interpre.verbo.vlt.
volũ.li.1.interpre.2.dubita.2.ſolutio.6.n.7.
Et vna pars ſtatuti alteram declarat. Socin.
conſ.9.n.8.li.3.Ruin. conſ. 201.nu.5.lib.1.
48 erudite Sur.cõſ.53.n.10.li.1. † Rurſus & fi-
nis diſpoſitionis principio debeat cõuenire
Tiraq. qui multos tract.de retract.§.1.glo.
9.n.26.Crauet.conſ.9.n.31. cũ tex.in d.l.2.
ad finem de expreſſa & vera æſtimatione no
minis loquatur, conſequenter & principium
legis de eadem loqui cenſetur.
49 Poteſt † autem ex alio quoque colligi da-
tum fuiſſe æſtimatum vel inæſtimatum no-

men debitoris, quando datur vna cum alijs
rebus dotalibus quæ non fuerunt æſtimatę,
vel quando nihil aliud quam nomen ipſum
datur, eo modo quo dantur vel dari ſolent
cæterę res dotales; etſi diceretur quod no-
men datur in dotem marito pro ea quanti-
tate quæ in nomine continetur, cum hoc ta-
cite intelligatur; vnde expreſsio nihil de-
buit operari l.3.cum vulga.de lega.1. Atque
in hunc modum intelligi poteſt tex. in d. l.
meuia ff. ſolut.matrimo.
50 Tertio † conijcitur nomen debitoris
æſtimatum datum fuiſſe, quando prius cer-
ta dotis quantitas promiſſa fuit marito, &
poſt in ſolutionem quantitatis fuit ſibi datũ
nomen debitoris: ex eo enim quod datur
pro quantitate promiſſa antea, videtur tra-
di æſtimatum in illa eadem quantitate dict.
l. 2. C. de actio. & obligat. Sic enim &
venditione alicuius rei ius diſponit l. ſi
prędium C. de euictio. Et in hanc ſenten-
tiam fere omnes conſentiunt Bald. in l.
fina. C. ad l. falci. & in l. promittendo vbi
Iacobi.de S.Geor. ff.de iur.doti.Soci.conſi.
69. num.15.lib.4.Rub.conſ.5.a nu.1.Corn.
conſi.92.num.8.li.4.Purpura.in d. l.ex con-
uentione num.37.C.de pact.Barboſ.in d. l.
æſtimatis num. 7. ad finem. & alios multos
refert Phanu.in commen.de luc. dot. in glo.
reſtituenda nu.43.Vincen. de Franq. d.de-
ciſio.108. num.7.
51 Plane † nomen debitoris in æſtimationẽ
dotis marito traditum, & ab eo acceptum
cum ſciret non eſſe ſoluẽdo, eo ipſo ſibi præ-
iudicaſſe videtur d.l. ſi nomen ff. de hæredi.
vel actio. vendi. l. inter cauſas §. abeſſe ff.
manda. l. 3.ad finem ff.de fideiuſſo. Bart.in
l. ſi cum dotem §. ſi mulier Roman. in eodẽ
§. num.6.ff.ſolut.matrim. vbi Imol.& Alex.
num.6.Barboſ.in d.l.æſtimatis n.9.Vincen.
52 de Franq.d. deciſio. 108. num.2. † Et licet
Barto. videatur innuere contrarium in d.l.
meuia, quia induceretur tacita quædam do-
natio, cum ſcienter nomen debitoris quem
non eſſe ſoluendo ſcit, acceptat, donatio au-
tem inter virum & vxorem ſit omnino pro-
hibita, & conſequẽter integre à marito ad-
uerſus mulierem actiones remaneant: Et
53 † multæ ab interpretibus adferantur ſolu-
tiones: omnium mihi aptior & verior vide-
tur ea quam Imo. & Roma.reddidit in d. l.
meuia, ille num.3.Roma.num.10.Quod aut
conſtante matrimonio ſcienter maritus re-
cipit nomen debitoris inopis, aut ante con-
tractum matrimonium: priori in caſu vbi
conſtante matrimonio, quia reſultat donatio
quædam prohibita inter coniuges non cen-
ſetur ſibi pręiudicare maritus l.cũ vir vxori
ſecundum verum intellectum ff.de iur. doti.
ſi ante cõtractum matrimonium, etſi videa-
tur reſultare tacita donatio, quia tamẽ pro-
hibita non eſt ante contractum matrimoniũ
l.cum hic ſtatus §.ſi ſpõſus de dona. int. vir.
& vxo.cum innumeris ad hoc inſtitutum cõ-
geſtis a Surd.deciſio.166.num.24. cum ſeq.
valida erit, & ſibi maritus præiudicauit l. 1.
C.de donatio. ante nup. Et licet improbet
Alexan. vbi ſup. conciliationem ea ratione
quod ſicut donatio inter coniuges prohibi-
ta eſt conſtante matrimonio; ſic etiam ante
contractum matrimonium quando donatio
confertur in tempus celebrati matrimonij l.
4.vbi glo.C.de dona.ant.nup. argu. l.ſtipu-
54 lationem de iur.doti.ff.l.ſi res eo titu. † po-
tuit tamen ex cauſa renunciationis donatio
etiam in hoc caſu valere, veluti cum mulier
annoſa dat marito iuueni, vel è contrario in
recompenſationem ætatis, vel ſanguinis, vt
declarant omnes in l.ſi diuortio ff. de verb.
obliga. ex tex. in l. quod autem §.ſi vir ff.de
donatio.int. vir. & vxor. Crauet. qui alios
conſi. 51.n.1. Decian.conſi.24.num.12.lib.
4. Surd.d.deciſio.n.29.30. 31. Neque rectè
vt mihi videtur ſcripſit Alex. quod donatio
hæc tacita confertur in tempus contracti ma
trimonij, & ſic in tempus prohibitum: nam
cum ſcienter maritus futurus nomen debi-
toris inopis, & qui non eſt ſoluendo inſolu-
tum recipit, eo ipſo illico donare videtur
mulieri, ſicut poſſet & partem dotis ſi ſibi
aliqua data fuiſſet eidẽ reſtituere, nec quid-
quam confertur in tempus contracti matri-
monij, quia valet in continenti: Scio Alex.
aliter conſiliare, alio modo alios, hæc præ-
tereo cum extra inſtitutũ tractatus ſint: quæ
55 † de marito ſciẽter recipiente nomẽ inopis
debitoris dixi eadem de marito, qui igno-
ranter id fecit intelligenda ſunt; Debuit
enim qui cum alio contrahit illius exquire-
re conditionem l. qui cum alio vbi Deci. de
regu. iur. d. l. ſi nomen ff. de hęredi. vel
actio. vendi.ſic Barto. Roman. Angel.Imol.
& Alex.in citato loco Barbo. in d.l.æſtima-
tis n.11.ſolut.matri.Vincen.de Franq.dict.
deciſio.108. num.2. & ſequent. vbi nonnul-
las adfert coniecturas quibus ſcientia vel
ignorantia mariti conijci poteſt.
56 Quarto † & vltimo animaduertendum
quod facta æſtimatione rerum dotalium ſi-
cut periculum & deterioratio ad maritum
pertinet, ſic augmentum & commodum, vt
contrariorum eadem ſit ratio, & diſciplina
§.cum autem inſtit. de emptio. & vendi. &
in terminis text. in l.cum dotem. ff. de iur.
doti.l.vni.§.cumque ad finem C. de rei.vxo.
57 actio. † Ita fiet vt cum ſolut. matrimonio
fructus pendentes pro rata anni pertineant
ad vxorem quando dos data fuit inęſtimata
l.diuortio



l. diuortio vbi Barto.Angel. Imol. Roman.
Cuma. Alex.& cæteri omnes ff. ſolu.matri.
egregie qui innumera aptiſsime coaceruat
Ludo.de Molin.de Hiſpa.primo.lib.3.cap.
11. a num.1. vbi & num.6. de hoc loquitur
caſu.Ioſeph. Ludo.deciſ. 79. nu.5.Auenda.
reſpon.5. a num.1. Dida. lib.reſolu.1. cap.
15.nu. 12. cum ante & poſt ſequent. Caual.
tract. de vſufruct. mulier. relic. num. 244.
Garci.tract. de melio.& expen.cap.8.n.32.
fuſe & erudite Theſau.deciſ. Pedemon. 43.
Viui. deciſio.8.a nu.6. & ij quidem in ter-
58 minis de quibus loquimur agunt. † Data ta-
men æſtimatione fructus pendentes indi-
ſtincte ad maritum pertinent dict. l. vni. §.
59 cumque ad finem. ſup.citato. † Et licet non
facta æſtimatione ancillarum partus nõ per-
tineant ad maritum l. plerumque §. 1. ff. de
iur.doti. l. marito §.fina. ff. ſolut.matrimo.
d. l. vni. §.cumque C.de rei vxo.actio. quia
ad maritum tantum pertinẽt fructus dotis,
partus autem ancillarum non ſint in fructu l.
in pecudum ff. de vſur.ſi tamẽ ancillę in do-
tem datæ fuerint æſtimatę, partus ad maritũ
ſpectant l. quoties C.de iur.doti.d.§. cum-
que l. vni. l.1.C.ſolut.matrimo.
60 Temperant † interpretes ſuperiorẽ tra-
ditionem dum maritus ſoluto matrimonio
non ſit in mora reſtituendi dotem alioquin
etſi fructus reſtituere, quia dominus non te-
neatur, ad vſuras tamen æſtimationis nõ re-
ſtitutæ conueniri poterit pro fructuum, quos
percepit quantitate. veluti enim emptor
propter æſtimationem, & illius quod apud
ſe retinet pretium ex æquitate legis ſcripta
ad intereſſe tenebitur l.curabit C. de actio.
emp. Dida.Couar. lib.3. varia. reſolu.ca.4.
num.4. Gam.deciſio.71.num.6. Barboſ. in
d.l.æſtimatis num.13.
61 Quandoque † tamen in capitulis matri-
monialibus cõuenire ſolent maritus & vxor
vt res dotales etſi æſtimatæ extantes reſti-
tuãtur vxori vel illius hæredibus ſoluto ma-
trimonio habita ratione augmenti & dimi-
nutionis, quo in caſu nulli dubium in vim
pacti reſtituendas, quæ alias niſi ſic conuen-
tum fuiſſet, non reſtituerentur; in terminis
tex.in d. l. æſtimatis cum l.ſequen. ff. ſolut.
matrimo. vbi omnes notant.
62 Verum † vt Barboſ.in d.l. æſtimatis poſt
antiquiores docet præcipuè Socin.conſ. 56.
lib.1.quem is non refert. Quadrifariam hoc
63 pactum concipi ſolet. Primo † cum rebus
æſtimatis pactum additur quod ſoluto ma-
trimonio res dotales reſtituãtur l. cum poſt
§. cum res ff.de iur.doti.hoc in caſu æſtima-
tio nullam inducit venditionem, dixi ſupe-
rius in verſi. Primus eſt, vbi hunc caſum de-
claraui: conſequenter periculum ad maritũ
non pertinebit. d.l. plerumque cũ ſuperius
citatis de iur.doti; atque etiam tenebitur nõ
æſtimationem, ſed res reſtituere ſoluto ma-
trimonio; niſi fuiſſet alternatiue conceptũ
pactum, vel de æſtimatione reddẽda, aut re-
bus dotalibus, tunc enim re aliqua ex æſti-
matis perempta cum dari ipſa non poſsit,
æſtimatio præſtãda erit ratione alternatiuæ
promiſsionis.dict.l.plerumque §.fina.cum l.
ſequen.ff.de iur.doti. Ioan.Phili.reſpon.28.
num.36.ad finem reſponſi. Vnde deteriora-
ta reddi mulieri poterit Barto.in l.ſi vt cer-
to §.nunc vidẽdum num.4.ff. commo. Natt.
d.conſi.650. num.4.Socin.conſi. 57.num.5.
lib.1.quos ſequitur Barboſ.in d.l. æſtimatis
n. 30.ad mediũ. Tamen placet Baldi tradi-
tio in l.quoties nu.3. C. de iur. doti. qui ibi
ſcripſit, quod ſi rebus æſtimatis addatur pa-
ctum, quod dos reſtituatur, cenſetur his ver-
bis inducta venditio; poſſunt enim illa ver-
ba intelligi, quod dos reſtituatur ſcilicet
quoad ęſtimationem. Bal.ſequti ſunt. Socin.
Rolan. Purpura. Rimin. & Gregor. Lopez.
Quos refert & probat idem Barboſ.in dict.
64 l. æſtimatis n.30. verſi. Infertur tertio. † Id
maxime vindicabit in caſu, quo reſpondit
Rolan.d.conſi. 92. in quo nedum facta fuit
æſtimatio, ſed etiam addita verba, in con-
tractu matrimonij, quod maritus accipiebat
res dotales æſtimatas pro ſe hæredibus ſuis
& ſucceſſoribus; quæ verba vt ille ait, aper-
te indicãt quod illas recipiebat nomine ſuo
& non vxoris; Addo ipſe, quod ea verba nõ
poterant aliud operari niſi æſtimationem,
quia cum res dotales ſoluto matrimonio ad
mulierem reuerti debeant, vel eum qui eas
ſibi reddi ſtipulatus eſt l. dos à patre cum
ſimili. C. ſolut.matrim. & in vim huiuſmo-
di pacti ſint mariti & illius hæredum & ſuc-
ceſſorum, & conſequenter nuſquam ad mu-
lierem vel hæredes illius reuerti poſsint,
venditio illis verbis neceſſario inducta fuit;
Quia non niſi venditionem poterant opera-
ri; ad ea quæ fuſe in ſimili reſpondit Crauet.
conſi.638. num.12. & qui innumeros refert
& ſequitur Menoc.lib.3. præſ. præſ.115.nu.
34. idem in ſingulari caſu conſi.71.num.23.
lib.1.
65 Idem † cenſendũ quando æſtimatio facta
eſt, & paciſcuntur ad inuicem coniuges quod
dos reſtituatur eo modo quo data eſt, nam
ex his verbis intentio colligitur vtriuſque
voluiſſe venditionem facere; Neque repu-
gnant venditioni quam ęſtimatio induxit:
rurſus cum in dubio vbi de pretio ſit mentio
cenſeatur initus contractus venditionis vt in
principio quæſtionis dixi; conſtat ex eo ven-
ditionem fuiſſe celebratam Purpu.in dict. l.
ex conuentione num. 25. C. de pact. Corn.
conſ.

conſ.15.num.5.li.2.Rub.conſ.5. & Cęphal.
conſ.78.n.2.lib. 1. qui ambo in fortioribus
terminis reſpondent, quod ſi fiat æſtimatio,
& poſt eam pactum celebretur quod res do-
tales reſtituantur eiſdē modo & forma qui-
b⁹ data fuerūt, quod & in hac ſpecie cēſetur
inducta venditio, quoniam illa verba, eiſdē
modo & forma, &c. Poſſunt etiam ad æſtima
tionem referri prædiorum.
66 Improbat † autē Barboſ. in d.l.æſtimatis
n.31.ſuperiorem interpretum traditionem,
quia ſit aduerſus regulam generalē d. l. cum
poſt §.cum res.ff.de iur.doti & l. quoties C.
eod.tit.quibus ait ille probatur, quod ſi fiat
pactū vt res dotales æſtimatæ reddantur co-
dem pretio, in vim ſimilis pacti non cenſeri
inductam venditionem, ſed potius factā vt
ſciretur valor rerum dotalium: vnde infert
quod vbicumque in pacto continetur reddi
res æſtimatas debere, interpretandum erit,
quod per ſimilem æſtimationem nulla indu-
catur vēditio iuxta traditionē Pau. de Caſt.
in d.l.ęſtimatis n.3.Salicet.in d. l.ſi inter C.
de iur.doti.in eiſdem terminis eandem opi
nionē tenuit nouiſsimè Ioan. Philip.d.reſp.
28.n.36.in verſi. Aliud ſi non eo modo citat
tex.in d.§.cum res & tex.in dict. l.ſi inter &
candem tenuere opinionem Purpu. Socin.
Pariſi. & alij à me relati ſuperius in verſic.
Primus eſt, & probant hoc ipſum tex.in d.
l.ęſtimatis ſolut.matrim.l.fina. vbi Bal. Sa-
lice.Fulgo.C.de pac.conuen.
67 Cæterum † a priori opinione quæ verior
videtur recedendum non eſt; nam regulari-
ter proditum æſtimationem in dubio in re-
bus dotalibus vēditionē inducere cū pretij
mentio habita eſt, niſi aliud ex coniecturis
elici poſsit, vt ex cōmuni multis relatis dixi
in princi.quæſtionis: & hanc eſſe communē
teſtatur Ancharra. Rigien.quæſt.36. num.1.
lib.2. vnde cum caſus dubius eſt inhærendum
eſt regulæ iuris.l.omnis diffinitio vbi glo.de
regu.iur. donec ab eo qui limitationem al-
legat contrarium probetur Bal.in cap. 1. §.
Iudices num.4.de pace tenen.Roman. conſ.
123.num.4. alios multos refert.Becci.conſ.
83.num.12. Surd. deciſio. 2. num.4.ornat.
idem Surd.deciſ.255.num.2.Præterea & ſe-
cundo cum æſtimatio vt dixi venditionē fa-
ciat, illico ratione initę conuentionis, etſi
poſtea adijciantur ea verba, *eiſdem modo &
forma quibus data fuerunt*, non alteratur
venditio tacite facta, quoniam vere non res
dotales datæ in dotē, ſed earum potius æſti-
68 matio breui manu data videtur. Neq; † ve-
riſimile eſt voluiſſe illis verbis coniuges ſe
illico corrigere, & a priori recedere volun-
tate argu.l.nam ad ea de condi. & demonſt.
l.cum qui voluntatem ff.de probatio.l. cum
hic ſtatus de donatio.inter vir.& vxo. Natt.
conſ.176.num.5.Alciat.de præſump. reg.2.
præſ.16.num.1.Becci.conſ.1.n. 24. Menoc.
de præſ.lib.3.præſ.57.num.9.
69 Tertio † eadē opinio ex eo confirmatur,
quod fauore mulieris inductū ſit ęſtimationē
in rebus dotalibus venditionē inducere dū
ipſa cōdigna ſit, ne ſi res pereant vel dete-
riorentur, illius id periculo cōtingat vt ſupe-
rius dixi; & omnes fatentur in d.l.ſi æſtima-
tis & in d.l.ex conuentione; ita fiet vt ab hac
præſumptione imo veri⁹ vt modo ſcripſi re-
gula recedi nequeat quia fauorabilis eſt mu-
lieri.d.l.ſi res ęſtimatæ ff.de iur.doti. ſic ex-
preſsim Rub.d.conſ. n.2. Non obſtat quod
antea ſcripſerim non præſumi æſtimationem
in verſi. Tunc autē nomē debitoris; quia id
intelligendū quādo nulla pretij ſine quo ęſti
matio conſiſtere nequit mentio facta eſt,
ſecus vbi pretij & æſtimationis, vt in princi-
pio adduxi quæſtionis.
70 Neque obſtant † iura ſuperius in cōtrariū
adducta videlicet tex.in d.l.cū poſt §. cū res
de iur.doti.& tex.in d.l.quoties l.ſi inter C.
de iur.doti.l.ſi æſtimatis ſolut.matrim. l.fin.
C.de pact.conuē.quoniā in illis iuribus poſt
factam æſtimationē conuentum fuit vt eodē
pretio, & eadē quātitate res dotales ęſtima-
tæ ſolut.matrim.redderentur, quo in caſu nō
potuit ęſtimatio venditionē inducere, cum
partes voluerint quod fieret reſtitutio ſpe-
cierum ſub eodē pretio vel quātitate; in caſu
de quo agimus diuerſum eſt, nā cū verba vt
Bal. dixit referri poſsint ad æſtimationem,
in dubio quia de commodo & fauore dotis
agitur ad eam referenda ſunt, ſicut & reſpō-
dit Rube.d.conſ.5.num.3.
71 Secundo † ſolet cōcipi pactū inter cōiuges
vt poſt ęſtimationē, vxor ſtipuletur a viro ſi-
bi vel hæredib⁹ ſuis reſtitui res dotales ex-
tātes, videtur enim tacite cōuentū à cōtrario
ꝙ pro nō extantibus æſtimatio debet exolui
vt innuit tex.in l.1.vbi glo. Bal.Angel. Pau.
72 de Caſt.& Salic.C.ſolu.matri.Hinc † inferri
videtur quod cū rerū ſoluto matrimonio ex-
tantiū non cēſeatur facta vēditio, periculum
nō ad virum interim ſed ad mulierē pertine
bit d.l.plerūque de iur.doti. & ſuperius poſt
73 alios dixi: † ſic pari iure rerū dotaliū extan-
tium tanquā nulla earū facta vēditio ſit, nec
cōſentiente vxore poterunt alienari d.l.vni.
§.& cum lex.C.de rei. vxo.actio. in princi.
inſtit.quib.alie.licet vel non & hanc opinio-
nem poſt paucos tuetur nouiſsimè Barboſ.
in d.l.æſtimatis nu.32.ad finē.ff. ſolu.matri.
Rationem hanc priorem adduxit, quia cum
rebus extantibus non cēſeatur facta vēditio,
dotales adhuc cenſentur, vnde alienari, nec
conſentiente muliere poterunt. d. principio
initit.



inſtit.quib.alien.li.& d.§. & cū lex.qui text.
expreſsim ait res quidem æſtimatas alienari
poſſe, quarū dominium & periculum propter
venditionē ad maritum pertinet: à cōtrario
igitur æſtimatione in modum ſuperiorē, &
cū dicto pacto facta, quia nulla venditio in-
terceſsit, nec periculum ad ipſum pertinet,
conſequenter nec alienari poterunt, licet
vxor vellit.
74 Secūdo † pōderat tex.in d.l.in rebus C.de
de iur.doti.ſecundū vnū intellectū, quo pro-
batur reb⁹ æſtimatis ea æſtimatione quæ nō
facit emptionē, illico alienatis per virū re-
bus, mulieri cōpetere rei vindicationem ad
res dotales malè alienatas repetēdas. Cōtra
riā ſententiam quod imo in ſpecie pacti ſeu
cōuentionis prædictæ poſsit maritus vxore
cōſentiente res dotales alienare tenuit Bar.
in d.l.ſi æſtimatis per illū tex.apertiſsimū ff.
ſolu.matri.quē ibi ſequutus fuit Pau.de Caſ.
Roman. & Alex.Salicet. in l. intereſt C. de
vſufruct. Pala.Rub.in rub.de dona.inter vir.
& vxo.§.17.n.8.Nouell.tract.de dot.7.par.
ſpecial.1.n.10.& 8.par.priui.6.n. 23. & hos
citat & ſequitur Dida. ex magis cōmuni in
d.cap.28.num.4.in pract.quæſtio. dicēs tex.
in d.l.ſi æſtimatis fore ad id ſingularem &
celebrem.Camp.tract.de dot.4. par. quæſt.
26.in fine Rimi.qui fusē hanc ipſam opinio
nē proſequitur & defendit in d. principio
inſtit.quib.alie.liceat n.76.cum ſequent.
75 Reſpōdet † autem Barboſ. ad tex.in d. l.
ſi æſtimatis, prætermiſsis duabus alijs ſolu-
tionibus quas veluti vim littere illius text.
inferentibus reprobat; Quod cum lex illa
loquatur de rebus extantibus, videtur loqui
de mobilibus, de quibus propriè dicitur, ex-
tare vel non extare; quoniā res immobiles
ſemper extant quam ſolutionem præſenſit
76 Nouell.in l.1.n.161. ff.ſolu.matrim. † Ve-
rum in rebus mobilibus nulla reperitur alie
nandi prohibitio etſi dotales ſint, iuxta glo.
receptā in princi.inſtit.quib.alie.licet. Bart.
in l.1.num.18. Vbi cęteri poſt eum ff. ſolut.
matrim. nihil mirū ſi potuerit maritus alie-
nare, & in caſu alienationis æſtimationē re-
77 petere. † Verū hic intellectus nimis textus
generalitatē reſtringit, qui in modū regulæ
docet, poſſe maritum pacto in modū ſupra
ſcriptū inito, res dotales alienare. Neq; ob-
ſtāt verba illa in d.l. poſita, ſi quæ vero non
extarent, quæ ad res mobiles tantum referri
poſſe videntur; quoniā pręterquā quod po-
tuerunt in caſu illius legis dari in dotem res
immobiles & ſe mouentes, & reſpectu mo-
uentium dixerit Iuriſconſultus verba illa,
ſi quę vero extarent; exalio itidem non fa-
cit, quia illa diſtinctio an extent, nec ne
adiungi etiam ad res immobiles poteſt: do-
mus enim immobilis eſt, cum indies ſu-
bito pereant & dilabantur incendio, ruina,
vēto, & alijs pleriſq; fortuitis caſib⁹: prædia
itidē ea maxime, quæ in ripis fluminum ſita
ſunt, indies inundationibus pereunt, vt nec
veſtigia quidem ipſorum remaneant.
Præterea euidenter confutatur ex text. in
d.l.fina.de pact.dota.qui tex.in fundo dato
loquitur æſtimato in eum, quē ſupra dixi mo
dū; & tamen probat in poteſtate fore mari-
ti quid vellit præſtare, an æſtimationem vel
fundum ipſum: quem text. adduxit in hanc
ſententiam Pau. de Caſt. vbi ſup.cui nullum
præſtitit Barboſ. reſponſum.
Tertio Pau.de Caſt.motus fuit ea ratione,
quod æſtimatio prædicta vna cū pacto vt res
extantes reſtituantur, videtur operari vt res
dotales æſtimatæ alienari nō poſsint inuita
vxore, volente autē poſſe; quaſi media quæ-
dā in vim huius pacti via ab illis electa ſit,
vt nō in totū etſi facta ſit ęſtimatio, ſed volē-
te muliere alienari poſsint: Imbrobat Bar-
boſ.quoniā inquit, ſtāte pacto prędicto, quo
ad res extantes non cēſetur inducta vēditio
aliqua, ſed tantū in caſu quo nō extent, vnde
cū extantes reddēdę ſint in ſpecie, alienari
non poterūt etiā volēte & cōſentiēte vxore:
facile enim reſpondetur rerū extantiū vēdi-
tionē inductā nō eſſe, quia volūtate eiuſdem
mariti, qui eas noluit alienare extant, potue
runt autē alienari volente vxore, & earū qui-
dē omniū ideo facta æſtimatio eſt, vt ſi vel-
let maritus omnes alienare poſſet, earū ęſti-
mationē reddēdo, quas nollet reſtitueret, &
hæc vera eſt quęſtionis reſolutio cū cōmuni.
78 Tertio † ſolet hoc pactū concipi, quando
facta ęſtimatione additur, quod res reſtituā-
tur eiſdē prætijs, quibus æſtimatæ fuerūt. In
hoc caſu nulla æſtimatio venditionē inducit,
cum ſit facta præcipuè vt rerum dotaliū va-
lor non ignoretur, & ad tollendam proba-
tionis venturæ difficultatem vbi de deterio-
ratione vel peremptione earum poſtea age-
retur: de hac conuentionis formula dixi ſup.
in verſi. Tamen placet Baldi traditio, cum
79 ſequen. † An autem in hoc & his ſimilibus
pactis maritus teneatur nedum de dolo &
lata culpa in amiſsione, vel deterioratione
rerum dotalium conſulendi Cyn. Bal.Salic.
Alberi. & alij in l. ſi inter virum C. de iur.
doti. Pau. Caſtren. Alexan. & Barboſ. poſt
alios in d.l. æſtimatis Dida.d. cap.28.
80 Quarta † conueniendi formula eſt, cū facta
æſtimatione paciſcuntur coniuges, quod ſo-
luto matrimonio fundus vel res dotales re-
ſtituantur habita ratione augmēti vel dimi-
nutionis; quo in caſu nec æſtimatio inducit
ex contrahentium mente apertiſsima vēdi-
tionem d.l.æſtimatis ff. ſolut.matri. Cæterū
aduer-

aduertendum quod clauſula hæc habita ſci-
licet ratione augmenti, & diminutionis etſi
non fuerit expreſſa tacite ſubintelligitur vt
reſoluit Socin. conſi. 56. num. 5. lib. 1. Pau.
de Caſt. in d. l. æſtimatis nu. 5. & poſt eum
cæteri Dida. in dict. cap. 28. num. 4. verſic.
Tertio infertur, & in verſi. ſequenti. Quan-
do vero maritus in hoc caſu in vim pacti de
valore intrinſeco vel extrinſeco teneatur,
quid etiam in pecunia in dotem data vbi il-
lius valor fuit immutatus citati interpretes
81 tradunt ad quos lectorem reijcio. † Alias
rurſus æſtimationum rerum dotalium for-
mulas in rebus præcipuè mobilibus tradit
Socin. d. conſ. 56. lib. 1. is videndus.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu matrimonij cum ſecundo viro quod vxor præter legitimam debitam filijs prioris matrimonij, reliquam hæreditatem filijs illius coniugij relinquere teneatur validum.*

2 *Pactum cum ſecundo viro vt eiſdem fiat donatio pro filijs ſecundi matrimonij, relicta legitima tantum per mulierem filijs prioris matrimonij, an valeat grauis contentio.*

3 *Baldus ſententiam contrariam obtinuit à Richar. de Salice.*

4 *Maritus nomine filiorum an poſſit acceptare donationem.*

5 *Ioan. de Ligna. & Franciſ. de Alber. à Pau. Caſtren. reprehenſi.*

6 *Parentes plus poſſunt donare filijs ſecundi matrimonij quam primi.*

7 *Text. in l. hac edictali C. de ſecun. nupti. expenditur.*

8 *Donatio quæ opere & induſtria patris quæritur filijs, profectitia dicitur.*

9 *Patri commodum aliquod obuenire non poteſt per mediam perſonam, vbi fieret fraus diſpoſitionis legis hac edictali C. de ſecū. nup.*

10 *Diſpoſitio d. l. hac edictali non prohibet miniſterium patris ad ſtipulandū pro filijs ſuis.*

11 *Perſona cui quid datur vel relinquitur ſpectatur licet media perſona inhabilis ſit.*

12 *Bald. videns contrarium iudicatum aduerſus eum in ſpecie, mutauit poſtea opinionem.*

13 *Pater ſicut ſibi nō poteſt adſcribere in teſtamento, ſic nec filio.*

14 *Pater pro filio teſtis eſſe non poteſt.*

15 *Pater nec pro filio emācipato adſcribere poteſt in teſtamento.*

16 *Diſpoſitio l. hac edictali omnem fraudem & circumuentionem, quæ illi legi fieri poteſt ſuſtulit.*

17 *Profectitia patri quæruntur pleno iure.*

18 *Aduentitiorum vſu fructus patri remanet.*

19 *Vſusfructus aduentitiorum non quæritur patri quādo vſusfructus cum proprietate conſolidatur.*

20 *Baldi obiectum tollitur.*

21 *Pater quoad diſpoſitionem d. l. hac edictali inhabilis eſt perſona ad ſtipulandū pro filijs.*

22 *Crauetæ conſiliatio.*

23 *Crauetæ conſiliatio improbatur.*

24 *Ratificatio actus qui a principio nō valet prohibita.*

25 *Text. in l. bonorum ff. rem ratam haberi quando procedat.*

26 *Surdi deciſio inſignis.*

27 *Canonizatio S. Raymundi quando facta in hac vrbe Barcinonenſi.*

28 *Papa ſanctiſſimus Clemens octauus hodie feliciter regnans in Eccleſia Dei Beatū Raymundum in ſanctorum numerum retulit.*

29 *Beatus Raymundus decretalium compilator fuit, & quid de eo gloſa ſcripſerit in præmio decretalium antiquarum.*

## QVÆSTIO. LVIII.

*PACTVM IN CONTRACTV matrimonij cum ſecundo viro vt vxor filijs prioris matrimonij niſi legitimā relinquere non poſſit reliqua hæreditate apud filios illius coniugij remanente validum: Et an idem cum ſecundus maritus ſtipulatur nomine filiorū, grauis antiquorum contentio agitatur.*

1 PActum † in capitulis matrimo-
nialibus celebratum, quo vxor
promittit ſecundo viro ſe præ
ter legitimam debitam filijs
prioris matrimonij reliqua bo
na filijs ex eo matrimonio cōmunibus reli-
cturā, validū eſſe crebius creditum eſt; nulla
enim iniuria ex hoc pacto filijs prioris ma-
trimonij infertur, quando ipſis integra legi-
tima reſeruatur. ſic Bal. in l. hac edictali n.
19. C. de ſecun. nupt. Alex. ad Barto. in ea l.
Hiero. Gabri. qui Cur. ſeni. & Anto. Gabriel
citat conſ. 13. n. 34. lib. 2. & pręter nunc cita-
tos idē ſcripſit Pau. de Caſt. in auth. vnde ſi
parens C. de inofi. teſta. Deci. cōſ. 246. Aym.
Crauet. conſ. 193. n. 11. in princi. Surd. conſ.
255. n. 14. li. 2. & his addo Pau. de Caſt. cōſ.
150. Deci. Crauet. Dilect. Pariſi. Ruin. & alij
quos refert & ſequitur Rolan. à Vall. conſi.
62. num. 29. lib. 1.
2 Cæterum † ardua difficultas conſiſtit an
idem ſit cum donatio fit patri eidemq; ma-
rito ſtipulanti nomine filiorum, quæ olim
3 † tam grauis inter Bal. Franciſ. de Alberg.
& Ioan. de Ligna. quæſtio fuit, vt ipſius deci-
ſio commiſſa fuerit communi voto. Richar.
de



de Salice. viro illis tēporibꝰ eminētiſſimo,
qui viſis conſilijs Ioan. de Ligna. Bal. & Frā-
ciſ. de Alberg. pronunciauit aduerſus Bal. de
qua ſententia ſumme poſt conqueſtus fuit
Bal. dicens fruſtra Richar. de Salicet. ſentē-
tiam cōtra ipſum fulminaſſe, vt is idē dixit
conſ. 22. Quædam Nicolina n. 2. ad medium
4 lib. 5. igitur † poſſe maritū acceptare huiuſ-
modi donationem nomine filiorum tenuit
Bald. conſ. 11. lib. 3. & conſ. 22. lib. 5. idem
Bal. conſ. 265. viſis punctis inter cōſilia Pau.
de Caſt. & conſ. 264. Ego. Baldus li. 1. idem
Bald. in l. vni. 2. quæſtio. C. de ino. donatio.
Bal. opinionem ſequutus fuit Pau. de Caſt. in
d. auth. vnde etſi parens Deci. in auth. præ-
terea C. vnde vir. & vxo. & conſ. 216. Curti.
iun. conſ. 79. li. 4. incipienti domina Franciſ-
china. Et dixit Pau. de Caſt. vbi ſup. quod
5 male cōſuluerunt † Ioan. de Ligna. & Fran-
ciſ. de Alberg. nō cōſiderantes deciſionē tex.
in d. auth. vnde ſi parens & tex. in §. penult.
de nupt. in auth. Mouentur citati interpre-
tes primo ex d. textu in auth. vnde ſi parens
6 & tex. in d. §. penul. quibus probatur † poſſe
parentes plus donare filijs ſecūdi matrimo-
nij quam primi; dum integra legitima, (ſic
enim intelligunt interpretes) filijs prioris
matrimonij reſeruetur.
Verū his iuribus facile reſpondetur, fieri
quidem poſſe lege permittente vt poſſit ex
pacto pater vel mater meliorare filios ſecū-
di matrimonij dictis iuribus, cæterum id in-
telligendum eſt, dum fiat mediante perſona
habili nō inhabili, qua mediāte fraus fieret
7 diſpoſitioni † d. l. hac edictali, quæ iubet il-
lius diſpoſitionem obſeruari debere ſine ali-
qua circūſcriptione, aut machina, circūſcrip-
tio autem & fraus manifeſta eſt in hac ſpecie
cum donatio filijs quæratur opera & indu-
8 ſtria patris; † quęſitū autem ſic cenſetur pro-
fectitium l. ſi plures §. in arrogato. ff. de vul-
ga. l. profectitia §. 1. ff. de iur. doti. cōſequē-
ter patri quæritur dictis iuribus, cum alijs
multis congeſtis egregie per Menoch. lib. 3.
9 præſumpt. 28. à n. 1. cæterum † patri veluti
perſonæ odioſę quæri nulla ratione poteſt
d. l. hac edictali: quinimo vt hoc addam etſi
conſiderarētur res huiuſmodi donatæ veluti
aduētitię adhuc patri vſusfructꝰ quęreretur,
cuius incapax pater nō eſt ſi donatio filijs ſe-
cundi matrimonij facta tenet vt rectè ani-
maduertit Salice. in d. l. hac edictali. num. 7.
ad medium.
10 Secūdo † mouetur Bal. & qui illum ſequuti
ſunt, ex eo ꝙ licet ex d. l. hac edictali prohi-
beatur donatio in ipſum virū, viri tamē mi-
niſteriū ad ſtipulādum donatas res pro filijs
futuris nō prohibetur. d. l. vnde vt alius qui-
libet id facere poterit. Huic rationi reſpō-
detur ex d. l. hac edictali prohibitione pro-
hiberi etiā mediū inhabile patrem ſcilicet
ſtipulantem, quoniā fieret fraus legi propter
interpoſitam patris perſonam, ad quē alias
commodum pertineret, aduerſus d. legis in-
terdictum, quæ omnem ſuſtulit fraudem &
machinam.
Tertio mouetur Bal. quia inquit quādo d.
l. hac edictali nō prohibetur permitti vide-
tur l. nec non §. quod eis cum vulga. ex quib.
cau. maio. Reſpōdetur vt modo dixi prohi-
bitum omnino patrem videri tanquā inha-
bilem perſonam, & in his tacita ſufficit pro-
hibitio; atque idem operatur quod expreſſa
l. non dubium cum vulga. C. de legi.
11 Quarta † Baldi ratio eſt, quia licet prohi-
beatur acquiſio patri illius tamē nō interdi-
citur miniſteriū, ſpectatur enim perſona cui
quid datur vel relinquitur etſi media perſo-
na, quæ id agit inhabilis ſit, dixit tex. in l. cū
dote ff. ad l. falci. l. 1. §. ſed ſi legatū ff. ſi quis
aliq. teſta. prohib. Huic argumēto reſpōde-
tur nō ſpectari inhabilitate mediæ perſonæ
niſi ex eius miniſterio cōmodum ad ipſum
poſſet peruenire, vt in hac ſpecie, in qua om
nino excluſus ſecundus coniunx fuit ab om-
ni commodo dotis d. l. hac edictali.
Contrariam aduerſus Bald. & ſup. citatos
tenuerunt. Ioan. de Ligna. & Franciſ. de Al-
berg. in ſuis conſilijs incertis inter conſilia
Pau. de Caſt. 261. Mihi videtur & cōſ. 263.
vnum eſt ſupponēdum li. 1. Richar. de Salic.
qui ſua ſententia diffinitiua pronunciauit ad-
uerſus Bal. conſiliū vt cōſtat ex d. ſententia
incerta poſt dictū conſiliū 263. li. 1. idē Bal.
eandem tenuit opinionē conſ. 161. Quædam
12 nobilis domina Agneſina col. 2. li. 1. † Et di-
xit Crauet. conſ. 193. n. 11. ad medium, quod
Bal. videns fuiſſe conſultum & iudicatū ad-
uerſus eum mutauit poſtea ſententiā & con-
ſuluit pro opinione Ioan. de Ligna. & Ri-
char. de Salice. eandem opinionem ſequutus
eſt Corne. conſ. 82. lib. 3. & inclinant etſi du-
bij videantur Salice. in l. hac edictali nu. 6.
verſi. Octauo quæro Iaſo. in d. auth. vnde ſi
parens n. 4. Bertrā. conſ. 24. li. 3. & alij quos
refert & ſequitur Gabri. lib. 3. commu. opi-
nio. tit. de ſecun. nupti. concluſ. 4. n. 58. verſi.
contrarium Salicet. Mouentur citati autho-
13 res pluribus. Primo † ea ducuntur ratione
quod pater ſibi adſcribere non poteſt, id ip-
ſum, nec per patrem filio l. impuberem §.
ſi eis ff. ad l. Corn. de falſ. vbi glo. & alij ex
eo tex. docuerunt non poſſe patrem adſcri-
bere legatum, vel hęreditatem filio ſuo, ſicut
nec poſſet ſibi ipſi.
Huic rationi reſpondebat Bal. propterea
non poſſe patrem adſcribere filio in eo tex.
14 quia ſi poſſet cēſeretur † teſtis in cauſa eiuſ-
dem

dem filij; quod non admittitur l. domitius
labeo ff. de teſtam. Secundo reſpondebat
quod eo iure acquirebatur totum patri, ideo
ei acquirere non poterat.

Cæterum hæc Bal. ſolutio manifeſte con-
uincitur, quod ratio text. in d. §. ſi eis non eſt
15 ea quam Bal. prodidit, † quoniam nec pro
filio emancipato pater adſcribere poteſt d.
l. impuberem in §. ſi eis verſi. Sed etſi eman-
cipato, ſed fraudis ſuſpitio ratione interpo-
ſitę perſonæ patris.

16 Secundo mouentur † ratione, quã ſi ex per-
ſona patris filijs poſſet quæri, fieret fraus
diſpoſitioni dict. l. hac edictali manifeſta de
perſona ad perſonam, ſuſtulit autem tex. ille
fraudem omnem & machinam, vt etiam di-
cit text. in d. §. optime, fraus in eo verſatur
quod per mediam patris perſonam quære-
retur ipſi quod lex quæri prohibuit d. l. hac
edictali. Reſpondebat ſubtiliter Bal. dicẽs
in d. 8. optime & in d. l. hac edictali prohibi-
tam fuiſſe interpoſitionem mediæ perſonæ
per quam emolumentum rediret ad maritũ,
in hac ſpecie vt per maritũ rediret ad aliũ,
filios ſcilicet. Verum neque ſuſtineri poteſt,
quoniam dictis iuribus prohibita fuit inter-
poſitio cuiuſuis perſonæ per quam emolu-
mentum quouis modo poſſet ad patrẽ per-
uenire; At ſiue bona donata reſpectu filiorũ
conſideremus vt profectitia, vel vt aduenti-
tia, vtroque caſu emolumentum patri quæ-
ritur vt dixi ſuperius, conſequenter cenſetur
inhabilis ad ſtipulandum pro filijs.

17 Tertio ea † vtũtur ratione, quam nunc &
ſuperius adduxi, quia quod filijs quæritur
opera, & patris cõtemplatione dicitur pro-
fectitium iuribus ſup. citatis, conſequenter
quæreretur patri pleno iure, id autem eſt ad-
uerſus diſpoſitionem d. l. hac edictali. Qui-
18 nimo licet foret † aduentitium ſaltim vſuſ-
fruct⁹ patri obueniret d. l. 1. C. de bon. quæ
libe. Reſpondebat ſubtiliter Bal. negando
fore profectitiũ, cum dominiũ matri aduo-
cetur, & à matre tranſeat in filios licet me-
diante contractu paterno, propterea dicitur
aduentitiũ l. fine C. de inofi. teſtam. Neque
quod quæratur patri vſusfructus in conſide-
19 ratione eſt; † id enim Bal. negat, eſt enim in-
capax vſusfructus, quo in caſu vſusfructus nõ
quæritur patri, ſed cum proprietate conſoli-
datur ex notatis per Surd. Bal. Bart. & alios
in l. 1. ff. de autho. tuto. † Huic argumento
20 certè fortiſsimo. Reſpondetur negando nõ
eſſe profecticium, cum opera induſtria & pa-
tris ſtipulatione filijs quæratur ex relatis
iuribus, & his quos Menoc. citat d. præſ. 28.
à num. 1. cui nunc addo. Surd. deciſ. 324. nu.
5. vbi relatis multis communem dixit. Se-
cundo reſpondetur patrem non ſolum eſſe
incapacem ad conſequendum vſumfructum,
21 & aliud quoduis emolumentum, † verum &
eſſe miniſtrum inhabilem ad ſtipulandũ pro
filijs in propoſita ſpecie, quia etſi ſibi quæri
vſusfructus non poſsit ex dict. l. hac edictali,
tamquam inhabilis etiam reijcitur ab hoc
miniſterio d. l. impuberem §. ſi eis & in verſi.
Sed etſi emancipato.

22 Crauet. † autem d. conſ. 193. n. 11. conci-
liat contrarias opiniones hoc modo. Aut fi-
lij inquit ſecundi matrimonij pro quibus pa-
ter ſtipulatus fuit non naſcuntur, & tunc non
valeat donatio, aut vero naſcuntur, & tunc
aut ratificant donationem eorũ nomine ſti-
pulatam, ita quod perfectè eis quæratur, nec
pater ad eorum prę iudicium de bonis dona-
tis diſponere poſsit, & valeat, nam (inquit
ille) ſicut mater poſſet immediate plus re-
linquere liberis ſecundi matrimonij, ita vi-
detur quod poſsit facere mediante miniſte-
rio patris, & hoc (ſubiungit idem Crauet.)
quando ratificarent filij ante mortẽ matris.
Aut vero non ratificant, viuente matre, & nõ
valet donatio, nam poſt mortem mater do-
nare non poteſt, ergo nec ratificatio fieri l.
bonorum ff. rem rat. habe. hanc conſiliatio-
nem prius pręſenſit Boeri deciſio. Burdega-
len. 200. vbi hac adhibita declaratione ſcri-
bit veriorem ſibi videri Bal. opinionem.

23 Verum † hæc conſiliatio ex multis impro-
bari poteſt nec vera eſt; primo, quia quod
pater in prædicta ſpecie poſsit ſtipulari pro
filijs nec ne non pendet ab euentu filiorũ ex
matrimonio ſecundo procreandorum, nec à
ventura ratificatione, ſed ab inhabilitate vel
habilitate perſonæ patris; ſi enim is habilis
eſt, & legitima perſona proculdubio vera
eſt Bal. opinio, ſi inhabilis, & min⁹ legitima
propter emolumentum quod ex facto & in-
duſtria patris ſibi quæri poteſt, vt ſuperius
animaduerti, illegitime agit aduerſus d. l.
24 hac edictali diſpoſitionem: Et fruſtra † rati-
ficatio fiet ſi actus à principio ratione ille-
gitimitatis perſonæ propter iuris prohibi-
tionem non valet d. l. bonorum, & quæ om-
nes in ca. ratihabitio. de regu. iur. in 6. & in
ſpecie ex d. l. bonorum notauit Becci. in l.
ſemper qui non prohibet n. 15. verſi. Tertio
25 ꝙ dicitur de regu. iur. Præterea † & regu-
la d. l. bonorum non procedit quando actus
geſtus eſt omnino nullus quia talis ratificari
non poteſt, quemadmodum ex vera Barto.
Anchar. Aretin. Alex. & aliorum reſolutione
docuit idem Deci. in l. ſemper qui non pro-
hibet num. 16. vnde cum actus per patrem
geſtus nullus fuerit aduerſus iuris prohibi-
tionem, conſequenter nec ratificari potuit,
proinde ab opinione Ioã. de Ligna. & alio-
rum, quos ſuperius memoraui, quam etiam
magis



magis communem credo, recedendum non
eſt. non enim per interpoſitam filiorum per-
ſonam licita erit donatio ſtipulata, quę alias
ſublatis filijs fieri prohibetur argum. l. ſi per
impreſsionem C. quod met. cau. Pala. Rub.
in rubr. de donatio. int. vir. & vxor. §. 42.
Dueny. & alij quos Surd. refert † conſ. 78.
26 n. 16. lib. 1. vbi ad inſtitutum noſtrum ſcrip-
ſit ſingulariter nu. 16. pactum conuentum in
matrimonio vbi conuenit inter virũ & vxo-
rem quod ſoluto quomodocũque matrimo-
nio dos remaneret penes liberos continere
donationem inter virũ & vxorem quæ om-
ni iure prohibita eſt; neque per interpoſitã
filiorum perſonam quę nulla eſt validari de-
bet d. l. ſi per impreſsionem. Neque etſi
collata ſit in tempus quo filij ſui iuris futuri
ſunt, & ad eorum commodum conualidari
nequit, ex quo lex à principio reſiſtit, ideo
non attenditur quod effectus collatus ſit in
tempus licitum, citat Bal. Nouell. tract. de
dot. par. 7. priui. 11. limi. 8. oblitus fuit
Surd. ad caſum illum ea quę ſupra ex com-
muni Ioan. de Ligna. Salice. & aliorum ſen-
tentia reſolui quæ ſpeciem facti in qua reſ-
pondit decidunt aperte.

27 Hæc calamo † exharabam cum ex Roma
(quod fœlix & fauſtum ſit) decima Maij an-
no præſenti 1601. curſor in hanc Barchino-
nenſem fœliciſsimam vrbem mari traiectus
obuenit, qui diu deſideratam & ſępius (illius
ſumma ſanctitate, eruditione, & miraculis
poſtulantibus) inſtatam canonizationẽ ſancti
Raymundi de PennaForti perduxit, Romæ
actam 29. Aprilis hoc eodẽ anno 1601. San-
ctiſsimus dominus noſter Clemẽs Octauus
Pontifex maximus hodie Eccleſię Dei ſum-
mus Chriſti Vicarius Raymundum noſtrum
albo aliorum Eccleſiæ ſanctorum adſcripſit,
& in eorum numerũ retulit: Sanctitate, eru-
ditione, & miraculis claruit, inſignis fuit Iu-
riſconſultus & decretalium compilator iuſſu
Gregorij Noni, vt is idem (quẽ & ſuum ca-
pellanum, & pœnitentiarium dixit) in proe-
mio decretalium verſi. Ad communem &
maxime ſtudentium vtilitatem, teſtatur; re-
ligionem Diui Dominici ingreſſus poſt, &
monachus factus moritur: Vnde additio
quædã in vetuſtis decretalibus in verbo per
dilectum filium fratrem Raymundum, hæc
de ipſo verba ſcribit: Raymundus iſte cog-
nominatus de PennaForti natione Cathala-
nus ordinis Prædicatorum circa annum Do-
mini milleſimum ducenteſimum trigeſimum
hunc librum decretalium in formam quæ
modo extat mandato Gregorij Noni rede-
git; ac ſummam de caſibus elegantiſsimam
& vtiliſsimam compoſuit, cuius corpus in
conuentu Barchinonenſi ſepultum eſt: Et
vt fertur miraculis claruit: Hæc additio illa.

Sed vt ad miracula reuertamur innumera
ab eo geſta ſunt ante canonizationẽ, nunc in
conſpectu populi varijs infirmitatibus, &
morbis oppreſsi ad ſacrum illius tumulum
perducti, illico ſanctitatem recuperant, & à
morbis liberantur; inſigne Raymundi ſan-
ctitatis teſtimonium, & perfidorum confu-
ſio hæreticorum: cum enim nequeat Roma-
nus Pontifex errare in ſanctorum canoniza-
tione iuxta veram & receptam Theologorũ
ſententiam: in hæreticæ prauitatis deteſta-
tionem in conſpectu omnium Deus Benedi-
ctus miraculis canonizationem approbat, &
confirmat; & alijs multis id ipſum accidiſſe,
audiui, & legi.

Tam chara huic vrbi & prouinciæ canoni-
zatio fuit vt in publicis lętitijs ingentes in-
dies pecunię & ſumptus abſumantur: In
proceſsione publica in qua Beati Raymun-
di ſanctum corpus delatum eſt. Interex Dux
Feriæ illuſtriſsimus, Archiepiſcopus Tarra-
conenſis & illius ſex Epiſcopi Subfraganei
adfuerũt, tum Ciuitatis Doctores, Comites,
Nobiles, Milites, Iuriſperiti omnes: & de-
nique totius Ciuitatis ex omni ſtatu confra-
tres. De ludis autem, ſumptibus, & miran-
dis quæ ab hac vrbe facta ſunt, liber vnus in-
teger cuſſus eſt. Faxit Deus vt illius meritis
& interceſsione ab omni periculo, malo, &
aduerſitate liberemur.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonij contractu celebratum vt morte viri dos apud illius filios ſit remã-ſura, nullum.*
2 *Dotes habere mulieres reipublicæ intereſt.*
3 *Pactum in capitulis matrimonialibus contra-ctum vt ſoluto quouis modo matrimonio dos remaneat apud filios communes, irritum.*
4 *Pactum à patre factũ dũ filiam nuptui tra-dit quod prædecedente marito dos remaneat apud filios illius matrimonij, nullum.*
5 *Dos quæ ad patrem reuertitur ſoluto matri-monio cum eodem onere reuertitur.*
6 *Tex. in l. quamuis C. de pact. declaratur.*
7 *Tex. in l. ſtipulatio iſta §. alteri de verbo. obli-ga. non procedit in re propria.*
8 *Tex. in d. l. ſtipulatio iſta in §. alteri de verb. obligat. non vindicat in re propria ad cer-tum tempus.*
9 *Cõſenſus filiæ in his in quibus poteſt ſibi præ-iudicare valet reſpectu patris ipſam do-tantis.*
10 *Pactum ab extraneo factum cum dotat mulie-rem vt ſoluto matrimonio morte mariti dos ad filios illius pertineat, nullum.*
10 *Pactum ab extraneo factum cum dotat mu-*
*lierem*

*lierem vt ſoluto matrimonio morte mariti dos ad filios illius pertineat nullum etiamſi ſtipulatio interuenerit.*

12 *Iaſſo. opinio aduerſus communem quã nouiſſime Surd. ſequitur.*

13 *Adminiſtratio libera rerum ſuarum in multis caſibus reſtricta.*

14 *Mulier deteriorem ſuæ dotis conditionem facere non poteſt.*

15 *Mulier poſt ſolutum matrimonium poteſt ſibi in dote præiudicare.*

16 *Mulier quæ vigore pacti remaneret indotata nequit ſibi præiudicare.*

17 *Pactum à muliere factum ante contractũ matrimonij quod ſoluto matrimonio, morte viri dos remaneat apud filios illius matrimonij, ſecundum aliquorum ſententiam validum.*

18 *Pactum inter virum & vxorem ante contractum matrimonij, in quo coniuges ſibi reſeruant facultatem donandi conſtante matrimonio validum.*

19 *Pactum inter virum & vxorẽ vt ſoluto matrimonio morte mariti dos ad filios illius pertineat, ſiue ante contractum matrimonij vel poſt, ex multorum opinione nullum.*

20 *Menochij conſilium reprobatum.*

21 *Dotis conſtitutio facta à marito vxori in qua confitetur ſe ab ea aliquid recepiſſe quod nõ recepit, inualida.*

22 *Confeſsio mariti, qua confitetur ſe aliquid recepiſſe ab vxore ſiue ante contractũ matrimonij ſiue poſt, inualida.*

23 *Extraneus dotans mulierem conuenire poteſt vt ſoluto matrimonio dos ad eũ reuertatur.*

24 *Opinio Bal. Nouelli qualis.*

25 *Mulier poteſt deteriorẽ dotis cõditionẽ facere vbi obligatio aliqua viro remitteretur.*

26 *Mulier poteſt ex pacto ſuſcipere in ſe periculum rerum dotalium.*

27 *Mulier ſuſcipiẽdo in ſe periculũ rerũ dotaliũ conditionem ſuam deteriorem non facit.*

28 *Mulier renunciare non poteſt dolo, aut latæ culpæ, quæ per maritum adhiberetur in rebus dotalibus.*

29 *Mulier poteſt ex pacto conditionem dotis deteriorem facere, quando dos ad illius primæuam naturam rediret.*

30 *Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.*

31 *Mulier cõcedendo dilationem extraordinariã ad ſoluendam dotẽ, eo ipſo cenſetur ſibi præiudicare, & non valeret conuentio.*

32 *Paria ſunt aliquid fieri in tempore inhabili, vel conferri in tempus inhabile.*

33 *Mulier etiam ſoluto matrimonio iuxta multorum opinionem deteriorem dotis ſuæ conditionem facere non poteſt.*

34 *Mulieris pactum iuratũ in præiudicium dotis valet.*

35 *Iuramentum confirmat contractus improbatos de iure ciuili.*

36 *Iuramẽtũ cõfirmat alienationẽ fundi dotalis.*

37 *Mulier de iure ciuili non poteſt renunciare iuri hypothecæ, quam habet in bonis mariti.*

38 *Iuramentũ validat renunciationẽ iuris hypothecæ, quam habet mulier in bonis mariti.*

39 *Bal. Nouelli traditio ſingularis.*

40 *Iuramẽtũ in pacto à muliere interpoſitũ, quãdo reducatur ad terminos iuris communis.*

41 *Iuramentum robur addit contractibus, cæterũ non extendit vires ſuas vltra terminos & limites obligationis.*

42 *Iuramentum licet confirmet renunciationem hypothecæ factæ in bonis mariti, id intelligitur quando expreſsim fuit renunciatum, ſecus ſi ſimpliciter.*

43 *Iuramentum non operatur legitimæ renunciationem, etſi vim expreſsi habeat, niſi clã renunciatio ſaltim generalis adiecta fuit.*

44 *Ioſeph. Ludo. & Caual. traditiones reprobatæ.*

## QVÆSTIO. LIX.

*PACTVM IN MATRIMONIO contractu, quo mulier matrimonio morte viri ſoluto dotẽ apud filios illius remãſuram promittit, nullum: quin nubendo libertatem refert: Et quid ſi ab extraneo, caſus vtilis & ſubtilis enucleatur ſubtiliter.*

1 HVIVS libri † prima ſcripſi
quæſtione non valere pactum,
quo vel mulier aut illius pater
conueniunt vt præmortuo ma-
rito dos apud filios communes
illius coniugij remaneat, quoniam inde fie-
ret vt mulier, vel pater ipſius iterum nu-
bendi libertatem ſibi tollerent, cum vix ſine
dote mulieres nubant, quod multis exem-
plis celeberrimis, iuribus etiam & autho-
ritatibus oſtendi; id vero obiter dixi, latius
me dicturum ſuo in loco offerens: Igitur id
nullam recipit dubitationem, quoniam cum
2 publice interſit † mulieres dotes habere vt
nubere poſsint, ad text. & quæ inibi omnes
in l. 1. ff. ſoluto matrimo. & in rub. Et vi-
duas etiam maritum inuenire vt dixit Bald.
conſ. 495. col. 4. lib. 5. Ita fit vt pactum ſupe-
rius nullũ ſit & inualidum: extat in terminis
3 tex. in l. 2. ff. de pact. dotal. † quo in tex. aper
te probatur conuentionẽ à muliere factã ꝙ
ſoluto matrimo. quouis modo dos remaneat
pænes filios cõmunes, non valet ſi matrimo-
nium ſolueretur morte viri: vbi gloſ. notauit
pactum



pactum de lucrãda dote ſoluto matrimonio
intelligi ſiue extent filij ſiue non, dum vxor
pręmoriatur: Atque ideo infert à contrario;
quod ſi vir prædecedat tale non eſt ſeruan-
dum pactum, ſiue extent filij, ſiue non; ſi-
milis eſt glo. in l. 1. iuncto illo text. C. ſi con-
ſil. matrimon. notarunt Barto. Bald. Angel.
Roman. Socin. Alexan. Iaſſo. in l. 1. ſolut.
matrim. Paul. de Caſtr. Palac. Rub. Nouell.
Bolog. Menoch. Barboſ. quos ad hoc ad-
duxi inſtitutum ſupra hoc libr. quęſt. 52. in
verſic. Secundus caſus; & in verſic. Neq. ad-
dit idem Menoch. & quæſt. 3. verſi. Similiter
& vbi vxor. vbi & Cancer. citaui. & nouiſsi-
mè idem Cance. lib. 3. reſo. cap. 7. nu. 203.
quibus nunc adiungo in eadem ſpecie Surd.
conſil. 78. num. 4. & 5. libr. 1. & conſil. 112.
num. 31. eod. lib.

4 Quod etiam † procedit in patre dotante
filiam, qui ſi hoc adijciat pactũ in contractu
matrimonij nõ tenetur filia illud obſeruare
prædecedente viro etiã extantibus filijs. ex
tex. egregio in l. quamvis C. de pact. cõuen.
quo probatur ſimile pactũ non valere ſuper-
ſtite muliere, vbi id ipſum Barto. docuit, &
Salice. Aretin. & alij in d. l. 2. ſolut. matrim.
Salice. in d. l. quamuis Barto. conſ. 126. li. 1.
5 idem Surd. d. conſ. 78. nu. 5. vbi rationem †
poſt antiquiores reddit; nam inquit, licet ſo-
luto matrimonio dos reuertatur ad patrem
dotantem, reuertitur tamen cum eodẽ onere
dotandi iterum filiam, auth. ſed quamuis C.
de rei vxor. actio. Cæterum ſi dos deterior
fieret, patris dotare debentis facultates mi-
nuerentur, conſequenter filia quæ poſt do-
tanda eſſet iuxta patrimonij vires, l. quæro
ff. de iur. doti. damnum ſentiret; quia tan-
to minus in facultatibus patris reperire-
tur, quanto caperet dos relicta in vim di-
ctæ conuentionis apud hęredes mariti: &
rationem hanc in ſpecie reddidit Iaſſo. in
dict. l. 2. numer. 8. ad medium ff. ſolut.
matrimo.

6 Contrariam opinionem † tenuit gl. in d.
l. quamuis C. de pact. conuen. valere ſcilicet
in patre dotante ſimilem conuentionem,
quam ſequutus fuit Roma. in dict. l. 2. §. quod
ſi in patris vbi & Barto. eandem ſequi. Cyn.
& Angel. teſtatur in dict. l. quamuis, vbi glo.
ad illum text. reſpondet dicens, ideo in illo
tex. pactum in patre non valuiſſe, quoniam
nudum fuit nulla ſtipulatione vallatum, at
cum in huiuſmodi pacto ſtipulatio ſit neceſ-
ſaria ex text. in l. ſi cum dotem ff. ſolut. ma-
trimon. & in l. auia C. de iur. doti. ideo ini-
bi talis non valuit conuentio. Verum opinio
Bartol. magis communiter recipitur quæ &
euidenter probatur ex dict. l. quamuis, nul-
lam inferẽdo vim litteræ illius textus, quam
etiam confirmat text. in dict. l. 2. ff. de pact.
dotali. in generalitate rationis ibi aſsigna-
tæ: Tertio eandem iuuat text. in l. vni. §.
accedit in verbo in perſonam C. de rei vxo.
actio. & in l. quoties in verbo in perſonam
ſuam ff. ſolut. matrimo. Quarto facit & re-
gula l. ſtipulatio iſta §. alteri de verbo. obli-
7 ga. Quod † ſi quiſpiam dixerit regulam dict.
§. alteri intelligi quando quis ſtipulatur de
re aliena, ſecus ſi de ſua, in qua licet quãuis
conditionem etſi damnoſam adijcere l. le-
gem l. in traditionibus C. de pact. Id † ta-
8 men † intelligitur quoties onus vel condi-
tio apponitur in re propria, quæ perpetuo
propria debet durare, ſecus ſi ad tempus, &
poſt illud ad alium reuerſura eſt, vti dos
mortuo patre ad filiam l. penulti. l. publia
vbi Bartol. ff. depoſi. idem Bartol. qui ſic
declarat in l. certi condictio §. ſi nummos
ff. de reb. credi. Quinto eandem iuuat ſen-
tentiam text. in l. Cayus vbi Barto. & alij ff.
ſolut. matrimon. quem text. ad id clariſsi-
mum dixit Iaſſo. in dict. l. 2. num. 8. ad me-
dium ſolut. matrimon. Sexto iuuat & text.
in l. pactum & in l. ſi pater pro filia C. de
pact. conuent. & hanc Bartol. opinionem
præter Salicet. Aretin. Surd. & quos ſupe-
rius retuli tenuerunt Iaſſo. & Socin. in dict.
l. 2. Alciat. Campe. & cæteri quos recenſui
quęſtio. 49. in verſic. His tamen non obſtan-
tibus & quęſtio. 52. verſic. Secundus caſus ad
medium: & nouiſsimè poſt memoratos ab
eod. Barboſ. in dict. l. 2. §. quod ſi in patris
9 num. 47. † vbi ſcripſit valere quidem con-
ſenſum filiæ, quo ad patrem in his caſibus,
in quibus filia poteſt ſibi pręiudicare non
in alijs, & inibi in l. ſi cum dotem, & in dict.
l. Caius ſuſtulit obiectum gloſ. in d. l. quam-
uis, reſpondens poſt veteres textui in dict.
10 l. auia, & l. ſi cum dotem. Eadem † quæ in
patre paciſcente dixi procedunt in extra-
neo, is enim ſi paciſcatur vt præmoriente
marito dos remaneat apud hæredes ſeu fi-
lios mariti, nullum erit pactum & poterit
eo non obſtante mulier ſecundo nubere ex
adiecta in ſuperioribus ratione. Sic Bartol.
11 in dict. conſil. 126. qui † & amplius ſcribit,
idem eſſe ſiue interuenerit ſtipulatio in con-
tinenti ſiue poſt ex interuallo; atque ita
reſpondit neque mulieri, patri, nec extra-
neo paciſci licere in modum de quo ſupe-
rius, ne inde ſequeretur mulieres indota-
tas remanere, & proinde nubere non poſ-
ſe: hanc opinionem tenuerunt aliqui ex ci-
tatis interpretibus & ego. ipſe quæſtio. 49.
in verſic. Neque obſtat ſecundum argumen-
tum, in fine, vbi cenſui non licere extra-
neo paciſci in dotis præiudicium, niſi in
caſibus in quibus eadem ipſa mulier poſſet

ſibi ipſi prçiudicare,quales Alciat.& Parpal.
12 à me relati recenſent:Iaſſ. † tamen in d.l.nu.
8.in fine & alij multi ex ſuperioribus tenue-
runt contrariam opinionem , in quam incli-
nat Surd.d.conſi.78.nu.7.in fine lib. 1. quia
durum nimis videtur interdici extraneo qui
voluntarie dotat mulierem rei ſuæ eam con-
ditionem adijcere quam velit,ex regula d.l.
in traditionibus ff.de pac.& l.legem.C.eod.
tit.Atq. ponderant ad id text.in l.ob. res §.
1.de pact. dotal. qui videtur expreſſus , cui
tamen in dict.quæſ.49.& in verſic. Non ob-
ſtat ſecundum argumentum prçter alios reſ-
pondi intelligendum eſſe in his caſibus in
quibus poteſt mulier ſibi ipſi præiudicare vt
in his & extraneus,ſecus in alijs.

Ne dixerit quiſpiam iniquum hoc videri
ex ſuperiori ratione,quod voluntariũ ſit ex-
traneo dotare,proinde legem quamlibet di-
cere poſſe ; quoniam eadem ipſa ratio mili-
tat in muliere ſui iuris effecta quæ volũtarie
nubit,& non nubere poteſt ſi velit; cum ta-
men nubendo rei ſuæ , doti ſcilicet talẽ con-
uentionem adijcere non poſsit. Præterea &
ſæpe accidit,licet à communiter contingen-
tibus aliud ſit,quod viri amore capti formo-
ſis mulieribus etſi dotem habeant , dotem
tamen non petunt , quam ſi voluntarie offe-
runt,nec ei pactum ſupra ſcriptum impone-
re poſſunt.

13 Accedat ſuperioribus † quod & in multis
caſibus ob publicam vtilitatem interdicitur
hominibus libera rerum ſuarum adminiſtra-
tio & paciſcendi facultas , ſiue in contracti-
bus,ſiue diſponendi in vltimis voluntatibus,
quos recenſere laborioſum potius quã ſub-
tile foret;vnus ex his hic à Bart.cenſetur fa-
uore dotis & matrimonij ad text in l. pacta
quç contra de pact.l.ius publicum eo.Rurſus
ſi mulieribus ſui iuris effectis quæ dotem vti
proprium patrimonium habent de quo quo-
modocunq. in vita & morte diſponere poſ-
ſunt, non licet hanc conuẽtionem abijcere,
quid mirum ſi extraneo no liceat id eſicere
de ſuo etiam patrimonio?

14 Sit igitur regula † non licere mulieri in
modum prçdictum conuenire, ne deteriorẽ
conditionem dotis ſuæ reddat, vel nubendi
libertatem auferat , etiam ſi exequutionem
pacti in tempus ſoluti matrimonij confer-
ret, vt citati interpretes docent & Surd. d.
conſil.112.num.33.

15 Limitatur prædicta regula † primo vt nõ
vindicet quãdo mulier paciſceretur poſt ſo-
lutum matrimonium,quoniam tunc in dote
poſſet ſibi prçiudicare. Ita Bart.in d.l.& hç-
redi §.filia familias.vbi diſtinguit , an pactũ
fiat conſtante matrimonio vel poſt illud ſo-
lutũ;ſic intelligens d.§.filia familias,ex text.
in l.licet ff.de pact.dotali.glo.in l. cum dos
in verbo nocebit ff. de pact. dotali. Imol.
Alex. Roma. Iaſ.& alij quos ſequitur Surd.
d.conſi.112.nu.35. Campe.in tract. de dot.
4.par.quæſ.2.in fine.Et idem vbi pactũ fie-
ret de dote perdenda in caſibus à iure ex-
preſsis,veluti cum ipſa conueniret cum ma-
rito quod prçdecedente ipſa dos remaneret
apud filios communes illius matrimonij;vel
quando culpa ipſius diuortium fieret & dotẽ
amitteret,l.lucius l.viro atq. vxore ff.ſolut.
matrim.& declarant citati interpretes prç-
cipue Campe.d.quæſ.2.poſt principium Iaſ.
in d.§.quod ſi in patris nu.12.poſt Bart.Ro-
ma.& alios ab eo citatos idem Iaſſo. in l. ſi
conſtante nu.180.ſolu. matri.Nouell. tract.
de dot.par.7.priui.11.nu.2.& nu. 4.vbi la-
tius agit.Barboſ.in d.§.filia familias nu.47.
& alij quos citaui quæſ.49.in verſi.Quare ſe-
cundo,vbi adduxi & Surd.conſi. 112.nu.36.
li.1.& Afflict.citat ibidem deciſ. 154.nu.3.

16 Secundo † limitatur quando mulier rema-
neret penitus indotata tunc nequit ſibi prç-
iudicare paciſcendo;aut quãdo alias tardius
induceretur ad nubendũ,ſecus vbi nõ rema-
neret indotata in totũ ita poſt Imol. Alex.
Iaſ.& Ruin.reſpõdit Surd.d.conſ.112.n.37.

17 Tertio limitatur, † quando pactum ſupe-
rius dictũ in propoſita quçſtione fieret ante
contractum matrimonij,quoniam in eo caſu
liceret ſic paciſci l.& hçredi §. filia familias
vbi glo.de pact.& gloſç intellectum ſequuti
ſunt Imol.Angel.& Aretin.Iaſ.nu. 180. in l.
ſi conſtante ff.ſolut.matrim.Nouel.tract.de
dot.7.par.priui.11.nu.3.vbi & tex. adduxit
in l.cum dos in verſi.Si vero pacta ſit filia ff.
18 de pact.dotali. nam † & valet pactum inter
virum & vxorem ante contractum matrimo-
nij quo coninges conueniunt & ſibi reſeruãt
facultatem donandi conſtante matrimonio,
vt reſpondit Caſſane.conſi.2.quem refert &
ſequitur Meno.conſ.596.nu.109.li. 5.quod
tamen non caret difficultate;vt mox dicam.

19 Contrariam † opinionem vt nulla habita
diſtinctione an fiat pactũ ante vel poſt ma-
trimonium contractum tenuit Bartol. in d.
l.Attilicinus de pact.dotali.gloſ.in d. l. cum
dos penultima Alex. Roma. Iaſ. & Campe.
à me citati in d.quçſ.49.in verſi.Neq.obſtat
vbi de intellectu dicti §.filia familias egi,ad
20 eum locum lectorẽ reijcio : cæterum † quo-
ad Caſſa. & Menoch. conſilia aduertendum
periculoſa admodũ neq. veritatẽ continere,
quoniam talis donandi reſeruatio refertur
ad tempus matrimonij & ſic tẽpus inhabile;
21 & non † valet cõſtitutio dotis facta à mari-
to vxori in qua vir cõfitetur ſe ab ea aliquã
quãtitatẽ recepiſſe quã nõ recepit,quia pro-
prie donatio, quæ interdicta eſt inter virũ &
vxorem



vxorem,iuxta tradita à Panormi.& omnibus
in cap.1.de donatio.int.vir.& vxo.Socin.A-
lex.Ruin. Gozadi. Rub. Rolan. Menoch.&
alij , quorum communem dixit ſententiam
Surd.conſil.197.num.28.vbi num.29. com-
22 munem hanc † extendit nedum in confeſ-
ſione,quæ fit conſtante matrimonio,ſed etſi
fieret ante contractum illius; cenſetur enim
donatio collata in tempus matrimonij inha-
bile gloſ.in dict.cap.1.vbi Panormi. Annç.
Pala.Rub.in rub.de donatio.int.vir. & vxo.
§.30.num.2.quos ſequitur ibidem Surd. ita
fit vt dicta reſeruatio in tempus matrimonij
collata,donatio improba ſit & nulla.Vno ta-
men in caſu ſuſtineri Caſſa.& Menochij opi-
nio poſſet , quando reſeruatio illa fieret in
remunerationem, nam & valet conſtitutio
dotis à marito vxori facta ſi ignobilis ma-
ritus dotet vxorem nobilem, vel cum is,qui
virginẽ deflorauit , quam dotare vel in vxo-
rem ducere tenetur iuxta diſpoſitionem tex.
in cap.1.de Adul.& dixi lib.1.is igitur rectè
agit ſi dotem nomine mulieris ſe recepiſſe
confiteatur; neque enim in hac ſpecie dona-
tio eſt ſimplex & pura,quia procedit ex pri-
mæua dotandi obligatione , vt hæc & his ſi-
milia ex antiquioribus ſcribit idem Surd.d.
conſil.a num.29.& 30.

23 Quarto limitatur † vt mulier deteriorem
ſua conuentione dotis conditionem facere
nequeat,niſi vbi extraneus dotaret & ſoluto
matrimonio ſibi dotem reddi ſtipulatus fo-
ret,id enim poteſt in continenti l. vni.§. ac-
cedit C.de rei vxo.actio.ſecus vero ſi ex in-
teruallo , non enim id poſſet extraneus niſi
de conſenſu mulieris l. ob res §. 1. de pact.
dotali. atque inde efficeretur vt mulier re-
maneret propter talem cõſenſum indotata.

Vnde contraria ſententia verior videtur
vt neque à principio,neque ex interuallo id
liceat mulieri , iuxta à me dicta ſuperius in
verſic. Eademque in patre,Neq. obſtat tex.
in dict.l.ob res.§. 1.cui ſatisfeci in dict.quçſ.
49.in verſic. Neque obſtat ſecundum argu-
mentum,& latiſsimè proſequitur Nouell.d.
priui. 11.nu.9.vbi dupliciter reſpondit.

24 Cæterum † admittit prçdictam limitatio-
nem Nouell. ibi nu.10. in patre,quia inquit
non tam magnum in eo caſu vertitur præiu-
dicium,ſicut in extraneo cum pater teneatur
iterum filiam dotare: cuius opinio vera non
eſt,& communiter improbatur , ex his quæ
dixi ſupra in verſi. Quod etiam procedit in
patre dotante.

25 Quinto limitatur † quando & quoties re-
mitteretur viro obligatio aliqua;id contin-
git cum mulier in dotem daret nomen debi-
toris & in ſe ex pacto periculum illius ſuſci-
peret,id enim poteſt iuxta text. inſignem in
l.Pomponius ff. de pact.dotali. Atque idem
eſſe decidit text. ille quando dos data fuiſ-
26 ſet viro æſtimata,poteſt enim † mulier in ſe
ſuſcipere periculum illius , ſic interpretes in
dict.l. Pomponius fusè Nouell. d. priui. 11.
num. 11.verſic. Sexto limita. Barto. Angel.
Roman. Alexan. & alij omnes in l.mçuia ff.
ſolut.matrimon.Barboſ.in dict. l. æſtimatis
27 eo.titul.dixi ſupra quçſt.49.in verſic.Non †
obſtat tertia ratio. rationẽ reddidi aliquan-
do præter alios omnes quoniam mulier ſic
paciſcendo deteriorem dotis ſuç conditio-
nem non facit , quæ id ipſum proſequitur
quod ante contractum matrimonium in re
ſua prçſtabat continuans operam, & rerum
28 ſuarum curam & ſolicitudinem:Quç † tradi-
tio communis intelligenda eſt , dum nulla
viri culpa,aut dolus interueniat , cui mulier
in dotis ſuæ prçiudicium renunciare nõ poſ-
ſet l. conuenire de pact. dotal. Nouell. vbi
ſup.& alij in dict.l. mçuia Barboſ. in dict. l.
æſtimatis Dida.in pract.quæſ. cap.28. Cyn.
Bal.Alberi. Salice.in l.ſi inter virum C.de
dona.int.vir.& vxo.

29 Sexto limitatur † quando per conuentio-
nem factam per mulierem dos ad illius pri-
meuam naturam rediret,quo in caſu etſi poſt
deterior fieret dotis conditio ſuſtineretur
tamen pactum l.ſi vnus §. pactus ne peteret
ad finem ff.de pact.in verſi. Quod in ſpecie,
quare ſi conueniret mulier cum viro vt dos
reſtitueretur,quç in pecunia data fuerat, ſo-
luto matrimonio in continenti non expecta-
ta dilatione legali de qua in §.cum autem l.
vni.C.de rei.vxo.actio. & poſt paciſceretur
vt dos non in continenti , ſed poſt aliquod
tempus redderetur, etſi in vim huius vltimæ
conuentionis mulieris conditio deterior fie-
ri videretur , in hac tamen ſpecie valeret
30 Bal.Nouel.dict.priuil. 11.nu.12.quia † ſci-
licet res ideſt dotis exactio de facili reuer-
titur ad ſuam naturam,Bald.in dict.l.ſi con-
ſtante,vbi Iaſſ.num. 175. Rip.num. 49. dixi
hoc lib.quæſ. 49.in verſi. Secundo omiſsis:
& quæſ.53.in verſic. Veruntamen animad-
uertendum eſt,& de intellectu dict.§.pactus
ne peteret dixi fusè Explora.iur.

31 Cæterũ † in exemplo ſuprapoſito ſi dila-
tio per mulierẽ data excederet metas lega-
les,eo ipſo dotis conditionem deteriorem
redderet & nõ valeret pactũ ſic Nouell.ſup.

Septimo limitatur regula vt procedat
quando mulier paciſceretur de dotante cõ-
tractum matrimonij,vel ipſo contractu, vel
quoties in tempus ſoluti matrimonij pro-
32 miſsionẽ conferret , paria † enim ſunt fieri
in tempore inhabili, vel cõferri in tẽpus in-
habile l.vbi ita donatur ff.de dona.cau.mor.
Imol.& Roma.quos ſequitur Sur.d.conſ.78.

nu.9.li.1.latius conſi.112.nu.34.35.& egre-
gie docuit Nouel.d.priui.11.nu.13.in verſi.
Præterea ſi pactũ. verum ſi pactũ fiat ſoluto
iam matrimonio ſuſtinetur conuentio licet
deterior fieret dotis conditio,cum & eo tẽ-
pore donare poſsit & libere diſponere, l.li-
cet ff.de pact.dotali. gloſ.in l.cum dos ver-
bo nocebit de pact. dotali. Barto. in dict. l.
hæredes §. filia familias ff. de pact. Roma.
Alex.& Iaſ. quos ſequitur Surd. dict. conſi.
33 112.num.35.Contrariam † quod nec ſoluto
matrimonio liceat mulieri dotis conditio-
nem deteriorem efficere niſi ex iuſta cauſa
ſaltim tenuit Nouel.d.priui.11.num.13.vbi
hanc opinionem acerrime defendit quæ fuit
Imol.in l.ſi ſocer §.Lucius ff.ſolut.matrimo.
Alex.ibi num.6. Afflic. deciſio.154.num.3.
idem Surd.ſibi ipſi contrarius conſil.78.nu.
10.libr.1.vbi apertè reſpõdit pactum à mu-
liere initum ſuper dote ſoluto matrimonio
quo dotis conditionem deteriorem reddit
non valere niſi fiat ex iuſta cauſa citat gloſ.
in dict.l.licet de pact.dotal.Dyn.Bart. Ro-
man.Alex.Afflict.Nouell.& Campe.quibus
addendi Alex. Iaſ.Deci. Rube.& Roland.à
Vall.quos refert & ſequitur Caualca. tract.
de vſufruct.muli. relic.nu.135. communem
hanc idem Surd. dict.conſ. aliquibus exem-
plis poſt Nouel. in loco citato comprobat,
is videndus.

34 Octauo limitatur † quãdo pactum de quo
agitur foret iuratum, ex vi enim iuramenti
robur acciperet & mulier pacto ſtare coge-
retur ca.cum contingat ex.de iur.iuran.præ-
ualet enim fauor animę fauori matrimonij
& dotis vt ibi & in ca.mulieres de iur.iuran.
35 in 6.quia vt ibi Panormit. † & cęteri adno-
tarunt, iuramentũ confirmat contractus im-
probatos etiam de iure ciuili, & eos etiam
qui principaliter fauorem & priuatam con-
cernunt vtilitatem etſi ſecũdario publicam;
36 † proinde mulier iuramento fundi proprij
dotalis alienationem confirmans,iuramento
cogitur ſtare, quæ communis omnium ſen-
tentia eſt, vt poſt Panor. Corne.Imol. Alcia.
& alios receptiſsimam dixit Dida.in d.cap.
quamuis pactum 2.par. §.1.num. 5. & nu.7.
vbi fusè diſeruit. Gutier. tract. de iuramen.
confirma.cap.1. à num. 1.cum ſequen. alios
ſciens prætereo. Vnde ad inſtitutum noſtrũ
ſi iuramentum fundi dotalis alienationem à
lege prohibitam confirmat de iure Canoni-
co,cui ſtandum eſt,quanto magis confirmabit
37 pactum ſuperius: Ita † fit vt licet mulier de
iure ciuili non poſsit renuntiare iuri hypo-
thecæ quam habet in bonis mariti, iuxta ius
nouiſsimum authenticorum ius auth. ſi qua
mulier C.ad Velleian. niſi eo caſu quo valet
conſenſus mulieris in alienatione donatio-
nis propter nuptias, quando ſcilicet ſecun-
dus conſenſus poſt biennium interceſsit, &
alię res viro ſuperſint ex quibus eidem mu-
lieri ſatisfieri poſſet, alias renuntiatio vel
donatio nullę forent; iuxta Bartol. traditio-
nem in l. męuia. §.fundus num. 4. ſolut. ma-
trimo. vbi Caſtren. num. 3. communem di-
xit, & alios plures coaceruat Roland. con-
ſil.70.num.1.libr.2.Gutier.dict.cap.1.num.
38 17.ad finẽ; † Iuramento tamen interpoſito
pactum roboratur & renuntiatio ſuſtinetur,
reſpondit poſt antiquiores Rolan.dict.con-
ſil.70.num.20.21.libr.2.vbi multos in hanc
citat ſententiam communem Didac.in dict.
cap.quamuis pactum 2. part. §.1. num. 9.&
10. Gutier. dict. cap. 1. num. 19. & latius
cap.46.

39 Hanc autem † limitationẽ declarauit du-
pliciter Bald.Nouell.dict.priui.11.num.14.
Primo vbi mulier iuraſſet pactum de quo a-
gimus obſeruare in omnẽ caſum ſoluti ma-
trimonij etiam per mortem viri, ſecus ſi
ſimpliciter pacta fuiſſet ſe non repetituram
dotem in caſum ſoluti matrimonij; recipe-
40 ret † enim interpretationem pactum & iura-
mentum iuxta terminos iuris communis, vt
videatur mulier,& cum ea contrahens intel-
lexiſſe de caſu ſoluti matrimonij per mor-
tem ipſius mulieris iurantis non viri, ne poſt
remaneat indotata fauore publicæ vtilita-
tis dict.l.2.de pact.dotal. gloſ.in l. cum dos
gloſ. 3.de pact. dotali. cum iuramentum &
illius vis reſtringatur ſecundum naturam
ſubiecti vel actus ſuper quo interponitur, l.
fina. qui ſatiſ. cogan.l.fina.C.de non nume.
pecun. quod ibi latius confirmat. Placet ta-
men illius traditio quia ſi ſic fuiſſet concep-
tum ſimpliciter pactum intelligeretur cum
morte mulieris matrimonium diſolueretur,
41 conſequenter † adiectio iuramenti, etſi ro-
bur addat & vim, ſubſtantiam tamen obli-
gationis non extendit, ſed intra ſuos tan-
tum limites ipſam continet. Oldrad.conſil.
238. Roma. Alex. Angel. & Deci. quos ſe-
quitur & citat Surd. deciſ. 3.num.9. Tiraq.
Areti.Deci. Cæphal. Bertran. Pariſi. & alij
adducti ab eodem Surd.conſi.20.num.8.lib.
1.conſi.315.num.27.lib.3.

42 Simile eſt † quod tradidit Gutier. in d.
cap.46.num.13. quod licet pactum vel pro-
miſsio per mulierem facta de hyppotheca
in bonis mariti non valeat ex ſupra addu-
ctis, & iuramento confirmata teneat & ob-
ſeruanda ſit, quando ſcilicet fuit renuntia-
tum ſpeciali hyppothecæ cum iuramento,
alioquin ſi ſimpliciter mulier promiſiſſet
etſi iuramentum adiectum fuiſſet non cenſe-
tur renunciaſſe, cum iuramentum actui ad-
iectum ſecundum illius diſpoſitionem &
qualita-



qualitatem interpretandum ſit, quod ille la-
tius proſequitur.

43 Simile † eſt aliud à me traditum hoc lib.
quæſt.11.ad finem verſic.Non obſtat tertiũ,
ſcripſi illic iuramentum non operari legiti-
me renunciationem etſi vim expreſsi ha-
beat, niſi cum renunciatio ſaltim generalis
adiecta fuit; quia iuramentum non extendit
obligationem.

Ex ſuperiorib⁹ ſequitur in caute duos alio-
quin viros eruditos Ioſeph. Ludoui.deciſio.
Lucan.21. num.15. Caualca. tracta.de vſu-
fruct.mulier. nu.135. dixiſſe mulierẽ in do-
te, donatione propter nuptias, nec in anti-
ferno, poſſe ſibi præiudicare etiam adhibito
iuramento, quoniam vera traditio non eſt ex
ſuperius adductis.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum à patre factum vt dos aucta ab eo ſe-*
*cundo filiæ viro, ipſa præmortua remaneat*
*apud virum an valeat, & poſsit per filios*
*prioris matrimonij reuocari ex diſpoſitione*
*legis hac edictali C.de ſecun.nupti.*
2 *Bald.traditio ſingularis.*
3 *Dos à quocunq. procedat cenſetur à muliere*
*ipſa deſcendere.*
4 *Mulier in præiudicium filiorum prioris ma-*
*trimonij paciſci non poteſt.*
5 *Baldi aſſertio celebris.*
6 *Dotis & augmenti idem eſt iudicium.*
7 *Dos mortuo patre in filiam conſolidatur.*
8 *Dos quandocunq. augeri poteſt etiam conſtan-*
*te matrimonio.*
9 *Lex ſecundis maritis odioſa.*
10 *Pater non tenetur iterum filiam dotare quam*
*ſemel dotauit.*
11 *Pater non tenetur addere doti filiæ datæ, au-*
*ctis ſuis facultatibus.*
12 *Pater vbi dotat filiam caſu, quo dotare non te-*
*netur perinde eſt ac ſi extraneus dotaſſet.*
13 *Pactum ab extraneo factum dum dotat mu-*
*lierem in ſecundis nuptijs quod præmortua*
*ipſa dos remaneat apud virum, valet & re-*
*uocari non poteſt per filios prioris matri-*
*monij.*
14 *Pater etſi in aliquibus caſibus dotare filiam nõ*
*compellatur, iure tamen naturali dictante*
*impellitur.*
15 *Tex.in l.ob res §.1.de pact.dotali. declaratur.*
16 *Tex. in l. hac edictali C. de ſecun.nupti. ex-*
*penditur.*
17 *Euetus poſterior à primordio tituli formatur.*
18 *Curtij iunioris traditio Baldum declarantis.*
19 *Dos quæ ab extraneo datur mulieri vel à patre*
*per fictionem à filia procedere dicitur.*
20 *Dos primum vxori poſt breui manu ab vxo-*
*re marito tradi dicitur.*
21 *Cauſa principalis à natura deſcendens attendi*
*debet.*
22 *Cauſa prior attẽditur quando ſecunda niſi adſit*
*prima non poteſt faclie operari.*
23 *Augmentum non regulatur à principali quan-*
*do militat diuerſa ratio.*
24 *Dotis & augmenti diuerſum eſt iudicium*
*quando ſeparata eſt conuentio dotis ab illius*
*augmento.*

## QVÆSTIO. LX.

*PACTVM A PATRE VT DOS*
*aucta ab eo ſecundo filiæ viro ipſa præ-*
*mortua remaneat apud virum an va-*
*leat, & poſsit per filios prioris reuocari*
*matrimonij ex diſpoſitione. l. hac edi-*
*ctali.C.de ſecun.nupti.*

1 VTILIS poſt † multas alias
quæſtio proponitur, an filij
prioris matrimonij poſsint
in vim dict.l. hac edictali re-
uocare augmentum dotis ab
eorum auo filiæ factum in ſe-
cundis nuptijs, vbi conuentum fuit præmor-
tua vxore augmentum huiuſmodi mariti lu-
cro cedere, nam de pacto hoc ab extraneo
dotante facto dixi quęſt. 45. Dubitationem
2 † facit quod Bald. egregie ſcripſit in dict. l.
hac edictali num.20. is inibi expreſsim do-
cuit, patrem dotantem filiam in ſecundis
nuptijs, adiecto cum viro pacto vt præmor-
tua filia dotis augmentum apud ipſum re-
maneat, poſſe in hac ſpecie filios prioris ma-
trimonij agere reuocatoria in vim diſpoſi-
tionis dict. l. hac edictali, cum pater filiam
dotare teneatur l. qui liberos cum vulga. de
Rit.Nuptia. Baldum ſequitur Salice. in dict.
l.hac edictali poſt principium, Roman.conſ.
219.Curti.iunior.conſil.122.ad finem, Ro-
lan.tracta.de luc.dot. quæſt.28.num.1.& 2.
3 Mouentur † citati interpretes ea ratione
quod dos à quocunque detur, videtur ab ip-
ſa vxore procedere licet ab extraneo detur
§. illud quoque in auth.de non eligen.ſe.nu-
ben.l.ex morte ad finem C.de pact.conuen.
Aretin.in §.fuerat num. 25. inſtit.de actio.
Natt. conſil. 258. num.1. Salicet. & Palat.
Rube.quos refert Surd. conſil. 255.num.2.
4 lib. 2. nequit † autem mulier huiuſmodi
conuentionem inire in pręiudicium filiorum
prioris matrimonij d. l. hac edictali, conſe-
quenter nec pater.

5 Fortius facit † quod idem Bald. ſcribit
in l.generaliter col.1.C.de ſecun.nupti. do-
cuit, extraneũ dotẽ dãtẽ cũ pacto quod vxo-
te pręmoriẽte vir ipſam lucretur, cum caſus

eueniat, ſi poſt maritus ad ſecundas nuptias
conuolauerit, poſſunt & filij prioris matri-
monij lucrum hoc reuocare; rationem red-
dit quoniam dans pro alio illum repreſen-
tat pro quo dat, & perinde habetur ac ſi ab
illo datū foret, ſic & Gabriel in commu.ti-
tul.de ſecun.nupt.conclu.5.num.8.

Tertio ea vtuntur ratione, nam vt filij
prioris matrimonij reuocant dotem,pariter
6 & augmentum dotis, † quia de augmento
idem,quod de principali iudicatur,vt in ter-
minis dixit text. in l. inter ſocerum §. cum
inter ff. de pact. dotali. l. etiam C. de iur.
doti.dixi multorum authoritate vbi & ple-
riſque ornaui exemplis hoc libr. quæſt. 31.
vnde cum dos aucta fuerit à patre ſecundo
viro, augmentum huiuſmodi in reuocatio-
7 ne veniet vti dos principalis. Et hæc † qui-
dem opinio maxime procedit quando pater
prius quam filia ſecundo nupta decederet,
dos enim tunc in filia conſolidatur l. 2. §. 1.
ff.ſolut. matrimon. Et vir eo caſu dotem ab
vxore haberet, quę vt dixi ſua conuentione
filiorum iura eis a dict.l.hac edictali conceſ-
ſa infringere non poteſt. Gabri. lib.3.titul.
de ſecun.nupti. conclu.4. num.69. relatus à
Surd.dict.conſi.255.num.1.in fine.

Contrariam opinionem aduerſus Bald.
& ſuperius relatos tenuit nouiſsimè Surd.
dict.conſil.255.qui & in ſuam ſententiam in
eiſdem terminis adducit Iaſo. conſil. 58.a
num.1.vſque ad finem libr. 3. Mouentur ci-
tati nunc duo Iaſ. & Surd. quia hoc pactum
non prȩiudicat filijs prioris matrimonij,ex
quo nō fit ſuper antiqua dote ſed ſuper aug-
8 mento nouiter facto:poteſt † enim dos quā-
docunque augeri etiam conſtante matrimo-
nio l.ſi conſtante C.de dona.ant.nup.& po-
teſt qui dotes auget eis ea adijcere pacta,
quæ vult, vti in re ſua l. in re mandata C.
manda. etiam abutendo l. ſed etſi lege §.
conſuluit de petitio. hæredi. cum alijs coa-
ceruatis ab eodem Surd.ibi num.65. vbi in
extremis verbis conſiderat, quod ſi hoc pa-
ctum non ſuſtineretur,mulieres habentes fi-
lios raro inuenirent maritum.

Huic rationi reſpondetur per conuentio-
nem hanc vere prȩiudicium inferri filijs
prioris matrimonij in dote ipſa aucta; li-
cet enim aliud videatur augmentum nouum,
aliud dos ipſa, quia tamen ſimul dos prior
cum noua additione tota confunditur & fit
vnum mulieris patrimonium, quod de prin-
cipali dote iudicatur idem & de augmento
cenſendum vt multis oſtendi dict. quæſtio.
31.

9 Rurſus † cum lex odio proſequatur ſecun-
dos maritos,& omne lucrum ab his auferat
quod in præiudicium filiorum prioris ma-
trimonij reſultare poſsit.dict.l.hac ædictali,
& præterea omnem fraudandi ſpeciem tol-
lat & machinam, hæc facile fieret ſi pactum
in fauorem ſecundi mariti ſuſtineri poſſet.

Neque inconueniens propoſitum à Surd.
quidquam eſt; nam in fauorem filiorum ſe-
cundi matrimonij conſiderari poteſt, ſed
non in fauorem mariti, proinde caute idem
Surd.in ſuis verbis de ſecundo non loquitur
marito,ſed de filijs ſecundi matrimonij, in
quorum fauorem ſimilis poteſt fieri con-
uentio,quemadmodū ex receptiſsima ſcripſi
opinione quęſt.54.in principio.

10 Secundo Surd. † argumentatur ea ratio-
ne,quoniam non tenetur pater,qui filiam ſe-
mel dotauit eam amplius dotare iuxta com-
munem omnium in l. ſi cum dotem §. 1. ff.
11 ſolut.matrimon. † neque auctis facultatibus
tenetur pater iterum dotare vel dotem au-
gere Bald.in auth.res quæ num.16.C.com-
mu. de lega. Ruin. Alciat. Crauet. & Me-
nochi. quos refert illic Surd.num.8.9.& 10.
12 † Subiungit ille quod vbi pater dotare non
tenetur & dotat, perinde eſt ac ſi extraneus
dotem daret,quia obligatio dotandi ceſſat;
13 cœterū † ſi extraneus dotem daret ſecundo
viro, poſſet pactum hoc lucrandi adijcere,
neque tunc filij prioris matrimonij reuoca-
re poſſent in vim dict. l. hac ędictali, iuxta
Bal. ſententiam in dict.l. num. 20. cui addo
Salice.Roma. Curti.iuni. & Rolan. idem in
extraneo exiſtimantes in locis à me in prin-
cipio quæſtionis citatis. Gabriel. dict. con-
cluſ.5.titul.de ſecund.nupti.num.39.conſe-
quenter (inquit Surdus) cum dotans poſsit
pro reſtitutione conſulere & prouidere, cui
vult & prout vult,& poſsit in continenti ſti-
pulari quod ſibi marito,vel alteri reſtituatur
dict.l.ex morte ad finem C.de pact.conuen.
poterit vtique pater hanc inire conuentio-
nem,nam extraneus poteſt proculdubio l.ob
res §.1.ff.de pact.dotali.

Huic alioquin fortiſsimę argumentatio-
ni reſpondetur neque male aut abſurde, ve-
rum patrem non teneri dotare filiā iam do-
tatam, verum negamus pactum hoc adij-
cere poſſe per quod diſpoſitio dict. l. hac
edictali facile eluderetur ſiue in dote prin-
cipali ſiue in augmento; neque enim poteſt
pater doti legem imponere per quam via
fraudibus aperiatur, & ſeu præiudicium fi-
lijs prioris matrimonij inferatur dict. l. hac
ędictali; nom augmentum eiuſdem iuris eſt
cuius dos, & pactum illicitum in aditione
illius ſeruandum non eſt quo fraus diſpoſi-
tioni fieret, vel fieri poſſet illi legi, quod
ſumme præcipit Iuſtinianus in dicta conſti-
tutione.

Neq. ſimile de extraneo facit, cum in ex-
traneo



traneo diuerſa ſit ratio,qui nullo iure dotare
14 mulierem tenetur; † in patre negari nequit
quin etſi dotatam non teneatur de iuris ri-
gore dotare iterum filiam, impulſu tamen
& quodam veluti iure naturali ſi non com-
pellitur,impellitur,quia filijs benefacere in
quorum gratiam bona acquirit, & bonum
pro illis conſilium ſumere tenetur l. nec in
ea in verbis pietas patris conſilium capit
pro filijs, ff. ad l. Iuli.de Adulte. l. 1. §. ta-
ceat,in verbis naturalis ſtimulus parentes ad
liberorum ſuorum educationem hortatur
C. de patri. poteſt. §. fina. in verbis, *quis
enim patiatur filium* inſtit. de noxa. actio.
cum alijs prope modum ad hoc inſtitutum
congeſtis per Tiraquel. in l. ſi vnquam, in
præfatio. num. 9. C. de reuo. donatio. cum
ſequen.multis.

Ita ſit vt pater nequeat in præiudicium fi-
liæ ne indotata remaneat pactum apponere
in contractu matrimonij, vt viro præmor-
tuo dos apud illius filios vel hæredes rema-
neat, quemadmodum ex communi reſolui
quæſtio.antecedenti.

Rurſus neque eſſet ponere os in cælum
(vt antiquiores noſtri frequenter aiunt) ne-
gare nec extraneo licere hoc pactum adij-
15 cere;Neque † obſtat text. in dict. l.ob res §.
1.de pact. dotali. quoniam non minimi no-
minis interpretes intellexerunt text. illum
vt procedat in his tantum caſibus, in quibus
poteſt ſibi ipſi mulier in dote præiudicare,
vt in his poſsit extraneus,non aliter dixi an-
tecedenti quæſtio. in verſic. Eadem quæ in
patre; vbi & id ipſum comprobaui: quam-
quam in hoc,de quo agimus caſu in extraneo
à communi non diſcedo opinione quam te-
nui dict.quęſ.45.

16 Tertio mouetur † Surd.ex tex.in d. l.hac
ędictali,quæ ſolum prohibet ne vxor aliquid
marito relinquat, vel maritus vxori vltra id
quod relinquitur filijs prioris matrimonij;at
in propoſita ſpecie ſecundus maritus non ha-
bet hoc augmentum ex voluntate vel diſpo-
ſitione vxoris, ſed ex conuentione patris &
ſoceri, qui ita pactus eſt cum dotem auxit;
proinde prima & originalis cauſa attēdi de-
bet à qua ſecunda habet neceſſariā conſequē
tiam l.ſi hæres teſtamento ff.de actio.emp.
l.vnum ex familia §. ſi de falcidia & §. ſed ſi
duos vbi gloſ. in verbo hęreditario delega.
2.Crauet.Caſtr.Socin.& alij ab eo relati d.
17 conſil. num. 10. & 11. † A primordio enim
tituli poſterior formatur euentus l. 1. ad fi-
nem de impo.lucra. deſcrip. libr. 10. idem
Surd.conſil.112.num.10.Subiungit Surd. a-
deo diſpoſitionem ad primam cauſam refe-
rendam eſſe, quod is cui ex neceſsitate legis
vel teſtatoris relinquitur non poteſt in eo
grauari, vt de legitima vel lucro delato ab
ſtatuto,quod ille ab authoritate Ancharran.
Socin.Crauet.Ema.Acoſ.deducit num.12.

Reſpondetur verboſam magis rationem
quam ſubſtantiæ aliquid præſeferre; quo-
niam text.in dict.l. hac edictali nedum pro-
hibet ne vxor vel maritus reſpectiuè ſibi re-
linquant vltra id quod relinquitur filijs prio-
ris matrimonij,cui minus legatum eſt, ſed &
prohibet omnem modum per quem quauis
ratione vel pacto plus relinqui poſſet ſecun-
do coniugi quam vni ex filijs prioris coniu-
gij, verum ſi huiuſmodi pactum valeret per
interpoſitam patris, & ſoceri perſonam fie-
ret fraus diſpoſitioni illius legis, quia ſic
conſequeretur ſecundus maritus per indi-
rectum quod directo mediante vxoris per-
ſona & pacto non poſſet conſequi,ideo me-
dium inhabile dicitur, conſequenter ſubla-
tum ex diſpoſitione dict. l. hac edictali. ad
ea quę ex magis communi reſolui ſupra quę-
ſtio 54.ex his conſtat nullo iure ſuſtineri vel
ratione ſaltim vera opinionem Iaſ.& Surd.
quibus in conſilijs ſicut & cæteris parum cre-
dendum eſt, quod pecunię cupidine ſępius
conſulentes pro voto cuiuſque de iure reſ-
pondeant aduerſum veras traditiones.

Vt autem aperte huius articuli veritas
prodeat ſupereſt & ſolutiones refellere,quas
Surd. à num. 15.in verſi. His vero non con-
tradicit Bald. adduxit, ſatisfaciendo argu-
mentis quæ pro Bald. & communi opinio-
ne in principio quæſtionis inſtitui: Impri-
mis igitur ſatisfacit doctrinæ Baldi dicens
eum non contradicere ſed potius aſſentiri.
quia inquit ea vtitur ratione quando diſcri-
men conſtituit inter patrem & extraneum,
quoniam data à patre videntur procedere
de patrimonio filię, quam pater dotare te-
netur,ceſſante autem ratione cum pater do-
tare non tenetur, ceſſare diſpoſitio debet l.
cum tale §. falſam de condi. & demonſ. l.
adigere §. quamuis cum ſimilibus de iur.pa-
tro. vnde in caſibus, in quibus dotare non
tenetur (qualis hic vnus eſt, quando ſemel
competenter dotauit) nulla diuerſitatis ra-
tio inter patrem & extraneum dari poteſt;
quin quod extraneo paciſci licet in hac ſpe-
cie non etiam, & patri qui vti extraneus re-
putatur.

Solutio hæc ex multis conuincitur eo
præcipuè quod vt antea dixi Bald. conſide-
rat dotandi obligationem in patre quę non
militat in extraneo,& licet pater non tenea-
tur dotem augere iam dotatę filiæ,obligatio
tamē dotandi cauſata à lege naturali & po-
ſitiua non tollitur, neq. etiam obligatio be-
nefaciendi & filios honorandi, augendique
ipſorum ſtatū & bona à lege naturali deſcen-

dens vt ſupra dixi : quæ in extraneo ceſſant:
ideo dotis augmentum in hac ſpecie & à fi-
lia dimanare dicitur ſicut dos principalis, in
qua habet locum diſpoſitio d.l. hac edictali.
18 ſic intellexit & declarauit Bal. traditionẽ †
expreſsim Curt.iuni. d.conſ.122.nu.11.ad
finem;vbi hæc ipſa verba ſubiungit : & ideo
Bal. ſubdit ſe putare quod cum iſta dos in-
telligatur tunc emanare de patrimonio filię
quod tunc habet locum dict. l. hac ędictali,
& ſic formaliter tollit Bald. obiectum. do.
conſultori, quod diſpoſitio d. l. hęc edictali
procedat etiam quando pater dat dotem fi-
lię ſecundo nubenti,etiam quod pater daret
maiorem dotem, quam dederit primo ma-
rito:hucvſque Curti.iuni.
19 Non obſtat ſecunda † ſolutio dum conſi-
derat num.20.verſi. Non etiam aduerſatur,
nam inquit quod dos ſemper à filiæ patri-
monio dimanare dicatur à quocunque detur
ideſt per fictionem quemadmodum aperte
innuit text.in dict. l. ex morte in fine C. de
pact. conuen. argum. l. 1 §. deijeciſſe ff. de
vi. & vi. arma.cum ſimilibus vere autem ab
20 eo datur qui mulierem dotat, & † licet vi-
deatur primũ data vxori, & breui manu oc-
cultato vnico donationis actu, & ab vxore
marito l. 3. §. fina. de donatio. inter vir. &
vxo.gloſ.in dict.l. ex morte §. fina. quia ta-
men niſi foret vxori data non poſſet ad ma-
ritum peruenire, non ab vxore ſed à patre
vel extraneo dotẽ prouenire dicimus : vnde
quando vxor dotem conſtituit ſecundum cõ-
ditiones vel pacta adiecta ab extraneo do-
tante,non attenditur perſona mulieris exe-
quentis, ſed extranei ordinantis l. vnum ex
familia §.ſi de falcidia de lega. 2. quia pri-
ma & originalis cauſa attenditur, à qua ſe-
cunda habet neceſſariam conſequentiam, l.
ſi hæres teſtamento de actio. emp. dict. §. ſi
de falcidia cum alijs ab eo congeſtis dict.
conſil. num. 11. & num. 21. in fine;rationem
reddit quia actus attribuitur ordinanti &
mandanti non exequenti.l. item eorum §. ſi
decuriones ff.quod cui.vni.nomine cap.cum
aliquibus de reſ.in 6.Huic ſolutioni, fit ſatis
retorquendo eandem argumentationem in
contrarium; quoniam ſi omni iure pater fi-
liam dotare tenetur & filijs ſuis beneface-
re ſiue dotem det, ſiue dotem iam datam
augeat, vtroque caſu impulſus ille & natura-
lis ſtimulus vindicat,quo parentes omnimo-
do filijs benefacere, & bona quæ ipſorum
gratia parat relinquere & donare impellun-
tur; vnde ſicut dos à filia dari dicitur ſic do-
21 tis augmentum, & † conſequenter cauſa
principalis & originaria filiationis & pater-
ni amoris attendi debet iuribus à Surd. ad-
ductis:his addo quod cauſa cauſæ eſt cauſa
cauſati Barto.in l. 4. §. actor num. 2. de re
iudi. Tiraq.de ceſſan.cau.limita.20.num.13.
Oſaſ.deciſio.pedemon. 167.num. 28. vnde
cum cauſa augmenti dotis fuerit filiatio &
amor paternus, in dotis conſtitutione nulla
inter dotem & augmentum differentia con-
22 ſtituenda eſt. Porro † cauſa prima attendi-
tur quando ſecunda niſi adſit prima non poſ-
ſet ita facile operari l. prætor §. prædium
de lega.2.l.ſi ex duobus vbi glo. de aſsigna.
liberto. l. ſi quis domum §. hic ſubiungi po-
teſt ff.loca. verum niſi hic adeſſet intuitus &
contemplatio paternę dilectionis, augmen-
tũ dotis non tam facile fieret, etſi enim ali-
quando apud extraneos contingere poſsit,
quoniam tamen id raro,neq. tam frequenter
vt apud parentes, in conſequentiam adduci
non debet.l. nam ad ea cum vulga.de legi.
Pręterea neque obſtat eiuſdem Surd.ſolu-
tio d.conſi.num.12.verſic. Demum reſpon-
deo;tũc ait ille dotans videtur donare vxo-
ri,& vxor viro cum dotans non fecit pactum
de illius reſtitutione,at vbi pactum interce-
dit de ſibi vel alij reſtituendo dotem, tunc
pactum attenditur & ſeruari debet dict. l.ex
morte §.fina.l.fina.§.1. C.de iur.doti. l.vni.
§.accedit C.de rei. vxo. actio. cum alijs ab
eo ibi & nu.23.adductis. Hoc enim reſpon-
ſum parum ad inſtitutum quęſtionis perti-
net;cum pacta licita & à iure probata in cõ-
tractu matrimonij fieri poſsint, illicita mi-
nime vt in prima huius tertij libri declarauit
quęſtio. huiuſmodi eſt pactum de quo diſ-
ceptatur, quia in legis hac edictali fraudem
fieret media patris perſona,quod mulier ex
ſe ipſa facere non poſſet.
Ad hęc idem Surd.num. 24.in verſic. Pa-
rum quoque negocij, ſubiungit, nullius fore
conſiderationis dicere quod augmentum ſe-
quitur naturam dotis principalis & ſicut fi-
lij dotem reuocant ſic & augmentum ; reſ-
23 pondet ibi, † augmentum non regulari ſe-
cundum principale, quando militat diuerſa
ratio l.qui fundum §.1.ff.pro empto. cum a-
lijs ibidem per eum cõgeſtis hic autem ma-
xima eſt diuerſitatis ratio,quia primam do-
tem pater dare tenebatur non augmentum
dotis, ideo de prima vxor diſponere non
poteſt in pręiudicium filiorum prioris ma-
trimonij ; Hęc Surd. conſideratio ſolum lo-
quitur de filijs poſterioris matrimonij in
quorum fauorem pactum fieri poſſe non
diffiteor, dixi fuſè quęſtio. 54. vbi & Surd.
citaui in hoc conſilio. 255. Verum quoad
maritum nihil facit, quia etſi dotis aug-
mentum dare non cogatur pater pręciſe,
cauſatiue: tamen quia pater impellitur, &
hoc ſufficit vt dicatur dotem à filia obueniſ-
ſe vt modo ſuperius.

Neque



24 Neque etiam officit quod adducit nu.25.
verſic. Reſpondeo ſecundo; idem non eſſe
judicandũ de augmento quod de dote,quan-
do aliud conuentũ fuit ſuper augmento,quã
ſuper dote,tunc enim in augmento aliud ius
obſeruatur. l. inter ſocerum §.cum inter de
pact.dotali.l.ſi conſtante §. pactis C. de do-
na.ant.nup.citat Cyn.Pariſi.& Rolan. tract.
de luc. dot. quæſt. 100. num.12. Non enim
ego diffiteor noua fieri pacta poſſe ſuper aug
mento dotis dum licita ſint & à iure proba-
ta,neque fiant in fraudem legis media patris
vel alterius perſona d.l.hac ędictali:& ſic lo-
quuntur iura ſuperius citata ; verum cum in
hac ſpecie tam dos quam augmentum à filia
procedere dicatur, quemadmodum non ip-
ſa poſſet ſic paciſci nec pater : quare non fa-
cilè à Bald.Salicet.Roma.& Curti. opinio-
ne quæ magis communis eſt recedendum vi-
detur,quam ſequitur Gabri. lib. 3. commu.
opinio.tit.de ſecun.nupti.conclu.4.n.34.35.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio quod vxor donationem*
*propter nuptias lucretur an valeat,quid etiã*
*ſtantibus filijs.*
2 *Pactum maxime iuratum quod vxor præmo-*
*riens lucretur donationem propter nuptias,*
*validum.*
3 *Pactum in capitulis matrimonialibus quod*
*vxor etiam præmoriens ſuperſtite marito*
*lucretur donationẽ propter nuptias,validũ.*
4 *Pactum de lucrando donationem propter nup-*
*tias ab vxore factum validum eſt etiam ſi*
*extent liberi.*
5 *Mulier bona ſua omnia dare in dotem poteſt*
*ſecundo viro, dum non paciſcatur quod plus*
*lucretur maritus quam vnus ex filijs prio-*
*ris matrimonij.*
6 *Dos & donatio propter nuptias pari paſſu am-*
*bulant.*
7 *Conuentio inter virum & vxorem quod dona-*
*tio propter nuptias cedat lucro hæredum*
*vxoris etiam viuente marito valida.*
8 *Pactum quod mortuo marito ſuperuiuente*
*vxore hæredes mariti dotem lucrentur non*
*valet.*
9 *Romani traditio celebris.*
10 *Quæ mulier lucratur ex bonis prioris matri-*
*monij ſi tranſeat ad ſecundum reſeruat filijs*
*prioris matrimonij.*
11 *Hæc reſeruatio à cõmuni à iure præſcribitur.*
12 *An valeat pactum,quo maritus paciſcitur cum*
*vxore vt in omnem euentũ retineat dotem.*
13 *Maritus rerum ſuarum moderator, & arbi-*
*trer, & ita libere poteſt paciſci.*
14 *Mulier nullam facit iniuriam filijs in pa-*
*cto, quo ſibi reſeruat dotem,eo quod id fiat*
*ex voluntate mariti.*
15 *An pater poſsit conuenire vt plus reſtitua-*
*tur filijs ſecundi matrimonij, quam primi*
*ſi integra legitima filijs prioris matrimonij*
*non adimatur.*
16 *Et diſpoſitione legis hac edictali.C.de ſecundis*
*nup.non improbatur pactum prædictum.*
17 *Ex Rolandi ſententia ſtante ſtatuto de lucro*
*dotis mulier nequit diſponere ſiue in vita,*
*ſiue in morte de illo niſi maritus conſentiat.*
18 *A communi ſententia recedendum non eſt.*
19 *Donatio propter nuptias remuneratoria eſt*
*factaq.in præmium amiſſæ pudicitiæ virgi-*
*nalis.*
20 *Diſpoſitio d.legis fœminæ ſolum vendicat in*
*ijs,quæ titulo lucratiuo ad mulierem per-*
*uenerunt.*
21 *Donatio propter nuptias non aduenit mulieri*
*titulo lucratiuo ſed oneroſo.*
22 *Donatio propter nuptias ex conuentione vo-*
*luntaria non neceſſaria oritur, ſicut dos.*
23 *Adducitur ſecunda reſponſio.*
24 *Donatio propter nuptias ſequela dotis.*

## QVÆSTIO. LXI.

*PACTVM IN MATRIMONIO*
*quod vxor etiam præmoriens donatio-*
*nem lucretur propter nuptias, quemad-*
*modum valeat, & an extantibus filijs*
*ſuſtineri poſsit.*

1 GLOSA † inſignis in auth.
dos data de dona.an.nup.do-
cuit valere pactum in cõtra-
ctu matrimonij celebratum,
quod ſoluto mattimonio mu
lier donationẽ lucretur prop-
ter nuptias, idipſum ego obiter tamen dixi
nec ſemel tantum in hoc libro ; Ex integro
nunc veritas articuli excutienda eſt.
Gloſa igitur prædicta huiuſmodi conuen-
tionem valere ſcripſit quam ſequutus fuit
Bal.in l.2.C.de ſecun. nup. & in auth. ſiue à
me C.de Velleian. S.C.Alban.conſ.68. nu.
3.Rolan. à Val. conſ.62.num.2. lib.1. Go-
zadi.conſ.47.col.penul.Neuizan. in ſil.nup-
tia.lib.2.num.74.verſic.Sed caueant ſecun-
do mariti. Cremen. ſingu. vltimo, Crauet.
conſ. 184. ad finem verſicul. Si de pacto; &
paucis ex ſuperioribus relatis Surd. conſil.
2 164. num. 12. lib. 2. Eo maximè † quando
pactum hoc foret iuratum. cap. cum con-
tingat ext. de iur. iuran. cap. quamuis pa-
ctum de pact. in 6. cap. licet mulieres de
iur. iuran. in 6. Corne. conſil.303. num. 15.
lib.4.Gozadi.dict.conſ.47. Rolan.d.conſil.
62.num.4.

Quinimo

3 Quinimo † & huiuſmodi lucrandæ dona-
tionis conuentio fieri poteſt etiam in caſu
quo matrimonium ſolueretur morte vxoris
ſuperſtite marito. glo. in l. quod ſcitis in ver
bo ex matre C. de bon. quæ libe. quam inibi
Bald. dixit mirabilẽ poſt Cyn. Caſtren. ean-
dem probauit gloſa in d. l. quod ſcitis; Cu-
ma. & Aretin. in l. 2. ff. ſolut. matrimo. Iaſſon.
num. 9. Ripa. 18. Alban. d. conſ. 68. num. 3.
Natt. conſ. 391. num. 4. Gozadi. Cremen.
Neuizan. Natt. Alban. Rolan. & Becci. quos
4 citat & ſequitur Surd. conſ. 164. nu. 13. Et †
poteſt mulier dare ſecundo viro bona ſua
omnia in dotem, dum tamen non det cum
pacto quod plus lucretur maritus, quam vnus
ex filijs prioris matrimonij. l. hac edictali
§. ſi vero plus verſic. Diuidi vbi interpretes
omnes C. de ſecun. nup. refert multos Gabr.
commu. opinio. lib. 5. titu. de ſecun. nupti.
conclu. 4. num. 53. Decian. & Boeri. quos ſe-
quitur & citat Surd. conſ. 422. num. 9. lib. 3.
Iaſſ. in auth. præterea num. 13. C. vnd. vir. &
5 vxo. Atque † adeo pactum ſuſtinetur vt va-
leat etiam ſi extent liberi iuxta traditionem
Natt. Alban. & Rolan. in conſilijs ſuperius
citatis.

6 Hæc traditio † ea ratione iuuatur quia dos
& donatio propter nuptias pari paſſu ambu-
lant in lucris auth. æqualitas C. de pact. con-
uen. Bald. in auth. dos data C. de dona. ant.
nup. dixi multorum authoritate ſupra q. 8.
num. 244. pactum autem factum inter virum
& vxorem quod extantibus liberis maritus
lucretur dotẽ ſoluto matrimonio valet glo.
recepta in l. 2. verbo interuenit de pact. do-
tali. l. ſi liberis eo. titu. Fulgo. Ruin. & Palat.
Rub. quos citat & ſequitur Rolan. d. conſil.
62. num. 6. pariter debet valere pactũ, quod
vxor lucretur donationem propter nuptias
extantibus liberis, vt in terminis decidit Sa-
licet. in auth. ſed etſi quis C. de ſecun. nupti.

7 Secunda † ratio adiungi poteſt, nam & va-
let pactum inter virum & vxorem in contra-
ctu matrimonij, quod donatio propter nup-
tias adquiri poſsit mulieri etiam viuẽte ma-
rito per vxoris hæredes iuxta gloſ. ſingularẽ
in l. quod ſcitis in ver. à matre C. de bon.
quæ libe. gloſam ſequuntur Cuma. Aretin.
Roma. Iaſſ. Rip. & Barboſ. in d. l. 2. ff. ſolut.
matrimo. Rolan. d. conſ. 62. num. 7. quam-
8 quam † non valeret pactum, quod mortuo
marito ſuperuiuente vxore hæredes mariti
dotem lucrentur, quoniam ex eo fieret vt
mulier pręe defectu dotis iterum nubere non
poſſet; conſequenter conuentio inualida eſt.
ad tex. in l. 2. cum ſequen. ff. de pact. dotali.
& hanc diuerſitatis rationem inter dotem &
donationẽ propter nuptias poſt veteres red-
dit Surd. conſ. 397. nu. 21. lib. 3.

9 Tertio eandem † iuuat opinionem quod
Roma. ſcripſit conſ. 44. 3. dubio is reſpon-
dit, ſtante ſtatuto quod maritus lucretur do-
tem, erit locus diſpoſitioni ſtatuti, licet ex-
tent liberi ex priori matrimonio; & dixerũt
Alex. Caſ. Soci. & Iaſſ. in d. l. 2. ſtatutum quo
maritus dotem lucratur, locum ſibi vindica-
re ſtantibus filijs communibus; cum igitur
id in ſtatuto recipiatur, & in pacto admittẽ-
dum erit, ex vulgari & trita de pacto ad ſta-
tutum & è contra argumentatione de qua
fusè Euerar. in topi. legali. cap. 89.

10 Contraria † ſententia vt ſtante huiuſmodi
pacto, tranſeunte muliere ad ſecundas nup-
tias, lucrum donationis acquiſitę, debeat re-
ſeruari filijs prioris matrimonij, taliter quod
de donatis, nec in vita vel in morte diſpo-
nere poſsit, etiam ſtante conſuetudine, ſta-
tuto, vel pacto vt in noſtra ſpecie tenuit cõ-
munis opinio, Roma. Sali. Caſt. Cor. Socin.
Crem. Iaſſ. Deci. Rip. Alciat. Ioan. de Garro.
Arelata. Ruin. Ioan. Lup. Boeri. quos ſequi-
tur, & citat Rolan. tractat. de luc. dot. quæſt.
86. Phan. & Alban. quos ſequitur Surd. conſ.
64. num. 20. lib. 2. Caualca. qui & alios de-
ciſio. 30. à num. 47. part. 3. Rationem reddi-
derunt prædicti interpretes quia ſic paciſcẽ-
11 do cenſentur tacitè † accomodaſſe volunta-
tem cum diſpoſitione iuris communis, pro-
inde cum iure communi ſint reſeruãda lucra,
quæ à marito ad vxorem prouenerunt filijs
prioris matrimonij d. l. fœminæ C. de ſecun.
nup. conſequenter & donatio propter nup-
tias.

12 Sed grauiſsima † incidit quæſtio quid vbi
maritus promiſsit vxori, ſoluto matrimonio
à ſe vel ſuis hæredibus, in omnem euentum
dotem reſtituere & donationẽ propter nup-
tias libere & ſine contradictione, an ex hu-
iuſmodi pacto videatur receſſum à diſpoſi-
tione d. l. fœminę, quam quęſtionem Alban.
decidere auſus non fuit in conſ. 64.

Videtur enim mulierem ad ſecunda vota
tranſeuntẽ poſſe libere diſponere de dona-
tis in quoſcunq. ex his quæ ſequuntur.

13 Primo, quoniam poteſt † in hunc modum
ſic paciſci maritus, veluti rei ſuæ moderator
& arbiter. l. in re mandata C. Man. l. nemo
exterus C. de fidei. cum inumeris ad hoc in-
ſtitutum congeſtis per Roland. conſil. 62. nu.
13. vſq. ad 15. Surd. conſil. 255. num. 6. &
ſeq. lib. 2.

14 Secundo quoniam ex huiuſmodi † conuẽ-
tione nulla fit iniuria filijs prioris matrimo-
nij, etſi mater tranſeat ad ſecunda vota. cum
id faciat de voluntate mariti innuentis hanc
ipſam voluntatem, conuentio illa, & tacita
ſufficiet voluntas glo. in §. duo. verbo ſiue vir
in auth. de nup. Pariſi. conſ. 29. num. 83. li. 3.
Rolan,



Rolan. d. conſ. 62. num. 26. poſt Bal. & Deci.
ab eo relatos.

15 Tertio † vel ex eo colligitur nullum fieri
præiudicium filijs prioris matrimonij, quia
adhuc nati non ſint tempore conuentionis,
nec plus donatũ ſit vxori, quam vni ex filijs
prioris matrimonij iuxta diſpoſitionẽ text.
in l. hac edictali C. de ſecun. nup. nã etſi vo-
luiſſet pater conuenire vt plus relinqueretur
filijs ſecundi matrimonij quam primi, dum
integra legitima filijs prioris coniugij non
adimatur, id fieri poteſt iuxta communem &
receptam quam tenui hoc libro quæſt. 54.
à num. 1.

16 Quarto accedat, † quod ex diſpoſitione d.
l. fœminæ, non improbatur huiuſmodi pa-
ctum, quemadmodum improbantur alia, quę
aduerſus diſpoſitionem d. l. hac edictali ce-
lebrantur, quouis inquit ille text. quæſita co-
lore.

17 Quinto & huc pertinet quod † conſidera-
uit idem Rolan. num. 30. ſtante ſtatuto de
lucro dotis, mulier nequeat diſponere nec in
vita, vel in morte; & per huiuſmodi ſtatutũ
derogetur iuri communi, & diſpoſitioni d. l.
hac edictali de qua ibidem Rolan. num. 31.
& tracta. de luc. doti. quæſt. 26. Si tamen ma-
ritus vxori cõſentiat vt diſponere poſsit, va-
let relictum ab vxore. Paris. conſ. 127. lib. 2.
ſic in propoſita ſpecie, licet nequeat mulier
de iure quæ ad ſecundas tranſit nuptias diſ-
ponere in vita vel in morte de lucris habitis
à priori marito in filios ſecũdi matrimonij,
accedente tamen conſenſu & voluntate ma-
riti id poterit. Et in hanc ſententiam incli-
nant citati per Rolan. dict. conſ. 62. & Surd.
conſil. 164. num. 61. in verbis illis, ſed quia
multi tenent contrarium Natt. & Alban.
relati per Roland. & Surd. ex quibus col-
ligitur hanc eſſe magis communem con-
trariam ſententiam tenuit Crauet. conſil.
56. à num. 1. cum ſequen. quem ſequutus
eſt Lancello. ad conſue. Alex. verbo, vxori
quæſt. 4. num. 14. Mouentur ratione, quo-
niam adſtante hoc pacto ſi ſuperſunt filij
prioris matrimonij vxor nequit lucrari do-
nationem. multis rationibus à Craue. addu-
ctis erudite, d. conſ. 56. Qui & animaduer-
tit huiuſmodi cõuentionem poſſe hunc ope-
rari effectum, vt vxor ſoluto matrimonio ha-
beat donationem nec eam ſtatim teneatur
reſtituere, vt teneretur circunſcripta tali
conuentione, decedente autẽ cum filijs prio-
ris matrimonij, donatio redit ad filios, &
vxor reſeruare filijs tenetur. Sequitur Surd.
d. conſ. num. 62.

18 Cæterum à prædicta † communi receden-
dum non eſt. Rationibus autem Crauet. &
Lancel. ex his quæ in tuitionem huius partis
adducta ſunt rectè reſponderi poteſt.

Sed ſecluſa conuentione & pacto inter vi-
rum & vxorem, adhuc dubitarunt aliqui an
donatio reſeruari debeat filijs prioris ma-
19 trimonij, quia inquiunt, donatio † hęc remu-
neratoria eſt, in præmium amiſſæ pudicitiæ
virginalis, ſicuti ſcripſi relatis multis ſupra
quæſt. 8. num. 182. donatione autem remu-
neratoria adquiſita per vxorem, non ſunt re-
ſeruãda filijs prioris matrimonij, conſequẽ-
ter diſpoſitio d. l. fœminæ locum non habet
ex cõmuni poſt Ripa. Bertran. Arela. & alios
reſoluit Gabri. lib. 3. titu. de ſecun. nup. con.
1. num. 39. Surd. conſ. 166. nu. 3. & 4.

20 Addo præterea, diſpoſitionem d. l. † fœ-
minæ ſolũ vindicare in his quæ titulo lucra-
tiuo ad mulierẽ peruenerunt, non in his quæ
oneroſo, d. l. fœminæ, in verbis, *donationibus
factis, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis
præmio, &c.* Quæ receptiſsima eſt ſententia
teſtante eodem Gabri. d. conclu. num. 40. &
reſpondit multis & egregijs adductis ſimi-
libus in ornatum Surd. conſ. 166. num. 1. &
ſequen. lib. 2. Donatio autem propter nup-
21 tias non obuenit † mulieri titulo lucratiuo,
ſed oneroſo, in compenſationem virginalis
pudoris amiſsi, conſequenter, nec reſeruan-
da, quam opinionem tenuit nouiſsimè Va-
laſquez conſulta. 16.

Verum receptiſsima omnium fere opinio
in contrarium declinat ex diſpoſitione d. l.
fœminæ.

22 Non obſtant adducta in † contrarium, nõ
præmium; quoniã ea donatio, vel illius por-
tio, ex conuentione voluntaria debetur, non
neceſſaria, maximè in hac prouincia Catha-
loniæ, ſicuti dixi ſupra quęſt. 8. num. 228. ſic
origine conſiderato ex voluntaria cauſa non
neceſſaria deſcendit, ſicuti de communi teſ-
tatur Villalo. in 1. tom. verbo. Arra. nu. 251.
poſt aliquos ab eo relatos. Gutier. lib. pract.
2. quæſt. 18. & lib. 3. quęſt. 43. num. 25. Atze-
bed. lib. 5. titu. 1. l. 4. num. 6. Anton. Gomez.
in l. 15. Tau. num. 3. Matien. lib. 5. tit. 1. l. 3.
glo. 2. num. 4.

Verum quia hęc ſolutio ſolum reſpicit ad
iura noſtra vtriuſq. Hiſpanię, quibus dona-
tio hæc voluntaria eſt non neceſſaria, idcirco
reſpondetur attento iure communi quo ne-
ceſſaria erat talis donatio, auth. dos data C.
de dona. prop. nup. ſicuti reſpondet multis,
erudite Surd. d. conſ. 164. à num. 22. in verſ.
His ſic firmatis.

23 Secundo reſpondetur † negando dona-
tionem propter nuptias ex titulo oneroſo
prouenire mulieri, cum enim dos ad mulierẽ
obueniat titulo lucratiuo reſpectu illis, etſi
reſpectu mariti titulo oneroſo. l. fina. §. ſi a
ſocero. ff. quę in frau. credito. Gom. & Telli.
quos

quos citat poſt veteres Matien.lib.5.titu.6.
l.6.glo.6.num.1.& donatio propter nuptias
ſit augmẽtum, & ſequela dotis, & pari paſſu
24 † ambulẽt eiuſdem naturę ſint & eadem ac-
tione petantur. Sicut fusè ſcripſi ſupra quęſt.
8.nu. 244. efficitur vt eodem titulo lucrati-
uo dos & donatio propter nuptias mulieri
adquirantur; Nam quæ de præmio pudicitiæ
virginalis amiſſæ conſiderant interpretes,nõ
inde trahenda vt ex detrimento virginalis
pudoris, mulier lucrari cenſeatur donationẽ
titulo oneroſo,ad quid enim connubium cũ
virgine niſi proſtitueretur virginitas: ſed &
vt dixi,reſpondet multis Surd.d.conſil.

## SVMMARIVM.

1 *Conuentio facta in contractu matrimonij qua vxor inops renunciat beneficio auth. præterea C. vnde vir & vxo. an valeat.*
2 *Mulier conuentione ſua non poteſt conditionẽ ſuam deteriorem facere.*
3 *Mulier non poteſt expreſsim renunciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti.*
4 *Quarta quæ datur à lege mulieri inopi datur aduerſus voluntatem mariti.*
5 *Quarta quæ datur à lege mulieri inopi datur illi ex eo ne cogatur mendicare.*
6 *Vidua fingitur eſſe in obſequio mariti præmortui.*
7 *Alimenta debentur vxori etiamſi nullam dotem marito adduxerit.*
8 *Mulier inops quartam conſequitur in bonis mariti, veluti hæres à marito inſtituta.*
9 *Quarta quæ debetur vxori inopi in bonis mariti, eſt debitum neceſſarium.*
10 *Quarta quæ debetur mulieri inopi in bonis mariti ſuccedit in locum alimentorum.*
11 *Pactum vel tranſactio ſuper alimentis, non valet.*
12 *Mulier renunciare non poteſt alimentis ſibi debitis occaſione dotium.*
13 *Quarta quæ debetur mulieri inopi dicitur de appendicibus matrimonij.*
14 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.*
15 *Patronus Eccleſiæ poteſt renunciare alimentis ſibi debitis in caſum inopiæ.*
16 *Pactum omne valet contra naturam contractus dum non aduerſetur ſubſtantialibus.*
17 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
18 *Iniuria non fit volenti.*
19 *Alimentis renunciari poteſt quando ſolum debentur de iure poſitiuo.*
20 *Pacta omnia dotalia permiſſa ſunt, niſi quæ expreſsim reperiuntur prohibita.*
21 *Mulier poteſt ſibi in dote aliquando præiudicare.*
22 *Renunciatio iuris de futuro non valet.*
23 *Renunciatio in vim pacti concepta valet etiã quoad iura de futuro.*
24 *Diſpoſitio auth. præterea C. vnde vir. & vxor. eſt exorbitans.*
25 *Maritus inuita vxore inopi quartam ſibi auferre non poteſt.*
26 *Mulier dum vidua eſt dicitur manere in obſequio mariti per fictionem.*
27 *Mariti hæredes nõ tenentur alere vxorem indotatam ex ſententia Alexan.*
28 *Opinio communis aduerſus Alexandrum.*
29 *Vxor inops poteſt libere de quarta diſponere.*
30 *Alimentorum renunciatio licet regulariter nõ valeat id intelligitur in alimentis debitis ex teſtamento vel altera vltima voluntate.*
31 *Generalis excluſio omnia continet.*
32 *Renunciatio in ampla forma cõcepta per mulierem lucrum dotis comprædendit.*
33 *Mulier qua clauſula Velleiani beneficio renunciare poſsit.*
34 *Mulier cum iuramento renũciare poteſt quartæ & alimentis.*
35 *Renunciatio filiæ cum iuramento de bonis paternis & maternis valet.*
36 *Pactum iuratum à muliere quod ſoluto matrimonio morte viri dos apud filios ſit remanſura, valet.*

## QVÆSTIO. LXII.

### *CONVENTIO FACTA IN CONtractu matrimonij qua vxor inops renunciat beneficio authenticæ præterea. C. vnde vir & vxor. an valeat nec ne, nouus & dubius caſus agitatur.*

1 PLVRA † fore negotia quam
vocabula appoſite Vlpian' ſcri-
pſit in l.4.ff.de præſ.verb. His
enim lapſis retro annis paucis,
maritus ſenex ſed diues iuuen-
culam pauperem vxorem duxit, adiecto
pacto vt ipſo præmoriẽte quartam illam le-
galem ex beneficio authen. præterea vxori
datam petere non poſſet; ſic caſus euenit vt
marito illico mortuo ſuperſtes ipſa quartam
petijt ab hæredibus mariti non obſtante cõ-
uentione; ex aduerſo hæredes pactum vali-
dum fuiſſe affirmabant: quæſtione vero in re-
gio hoc Senatu perducta cum in vna ex dua-
bus aulis regijs iudicatũ fuiſſet potuiſſe mu-
lierem renunciare, in ſecunda ſupplicatio-
nis inſtãtia in altera aula fuit reuocata prior,
& nõ potuiſſe renunciare declaratum. quem
caſum nullus ex interpretib' ordinarijs neq.
extraordinarijs,qui illum text. in auth. pre-
terea commentati ſunt, in terminis tracta-
uit. Surd. aut. tracta. de alimen. titu.1. quęſt.
44. dicit ſe vidiſſe hanc quęſtionem & con-
ſuluiſſe



ſuluiſſe quod mulier poteſt quartæ renuncia-
re, & diligenter à me conqueſtis ſuis conſi-
lijs non reperi. Quæ autem ex dictis duabus
regijs ſententijs iuſtior fuerit ex inferius di-
cendis apparebit.
2 Primò † itaq. videtur nequire mulierem
huic renunciare poſſe quartę, quoniam renũ-
ciatione deteriorem faceret conditionem
ſuam, quinimo ſibi iterum nubendi fere fa-
cultatem prædefectu dotis adimeret, huiuſ-
modi autem pacta & conuentiones omnino
inualidæ ſunt. l. de die cum l. ſequen. l. Attil-
licinus cum alijs multis ff. de pact. dotali. di-
xi fusè hoc libro quæſt. 1. vbi innumera huius
propoſiti exempla curioſè adduxi.
Secundo & huc pertinet quod dixi hoc
eodem libro quæſt.49. authoritate Bartoli.
Alexan. Iaſſon. Lancello. Decij. Crot. Coraſi.
Put. Palat. Rub. Barboſ. & aliorum, non poſ-
3 ſe mulierem ſua conuentione † renunciare
expreſſe beneficio l. vbi adhuc C. de iur. do-
ti. quam opinionem communem inibi dixi
ea potiſsimè ratione quod cõuentiones qui-
bus mulieres ſuam conditionem deteriorem
faciunt ſunt nullę & à iure improbatæ.
4 Tertio † ad inſtitutum magis accedendo,
quarta hæc quæ à lege datur mulieri inopi
in bonis mariti locupletis datur etiam ad-
uerſus voluntatem mariti in bonis eiuſdem,
ita quod nudum ipſam tollere ſed neq. mi-
nuere poteſt; & licet Cæphal. & Riminal. cõ-
trarium dixerint, hæc eſt cõmnnis & recep-
tiſsima opinio Bald. in d. authen. præterea
num.1. Roma. col.1. Alexan. num.6. Iaſſon.
num.17. Deci. num.9. Pepu. in repeti. nu.35.
vbi de communi teſtatur; ſic etiam Cæphal.
conſ.244. num.1. & ſequen. Socin. conſ.108.
lib.1. col.1. Corne. conſ.178. colum.1. lib.2.
Rolan. à Val. conſ.15. num. fina. lib.3. vbi &
communem repetit. Surd. tracta. de alimen.
titu.9. quæſt.35. num. 10. & num.19. qui &
prędictos citauit. vnde cum nequeat maritus
hanc quartam tollere vel minuere, nec ſuo
itidem pacto aut conuentione id efficere po-
terit, l. nemo poteſt cum ſimil. delega.3.
5 Quarto † iuuat, quoniam quarta hæc datur
à lege vxori inopi in bonis mariti diuitis, ne
cogatur mendicare in opprobium mariti. §.
fina. in verbis, inopia coniugis inopia ſolue-
tur alterius, & in verbis, inops aut mulier in
auth. de exib. reis. & in §. quoniam vero eod.
titul. §. quod autem in verſi. Indigentibus in
auth. vt liceat matri & auiæ latiſsimè alijs
iuribus comprobat id ipſum Rolan. vbi Bar-
ba. Benedict. Angel. Deci. Mant. & alios re-
fert in d. conſ.15. num.4. & 5. Surd. tracta. de
alimen. tit.9. quæſt.37. num.4. & 5. & quæſt.
35. num.3. Atqui hæc ratio militat etiam vbi
inops mulier renunciat quartæ, cum & men-
dicare cogatur in dedecus mariti, ideo con-
uentio valere non poteſt.
6 Quinto † mulier dum vidua eſt fingitur in
obſequio fore mariti ac ſi viueret maritus l.
filij §. vidua ff. ad municipa. l. quoties de pri-
uile. ſcholari. li.12. Co. l. fina. C. de bon. ma-
ter. fusè Rolan. conſ.14. num.45. cum ſequen.
multis lib.3. ex quo ibidem intulit deberi
hanc quartam mulieri viduę licet operis &
induſtria ſua alias poſſet ſibi quęrere victum
& veſtitum, qui & latè comprobat, ſentit &
7 Surd. d. quæſt.37. num.5. vnde cum † à mari-
to vxori debeantur alimenta licet ea dotem
nullam viro dediſſet, neq. valeat pactũ quod
vir vxorem alere non teneatur vt dixi hoc
lib. quæſt.38. in verſicul. Quartus caſus vbi
multos adduxi & aduerſus Bal. Nouel. com-
munem dixi conſequenter neq. huiuſmodi
renunciatio valet.
8 Sexto † mulier inops quartam conſequi-
tur iure ſucceſsionis veluti hæres à marito
inſtituta §. fina. in auth. de exhi. reis. Pep. in
repeti. d. auth. prętcrea num.11. qui alios re-
cenſet. idem ſcripſit Surd. d. quęſt.35. nu.22.
9 & dixit Deci. conſ.24. col. penul. verſic. Et †
hoc quidem ius adeundi, quod debetur con-
tra mariti voluntatem & eo inuito quia de-
bitum eſt neceſſarium: vbi ad id multos re-
tulit, Purpura. ad Iaſſon. in d. auth. prętcrea
num.17. idem Surd. d. quęſt.35. num.11. ſi
igitur neceſſarium eſt debitum & iure ſuc-
ceſsionis quę à lege datur defertur: vix eſt vt
contrahentiũ pactione tolli poſsit, etſi enim
prouiſio hominis expreſſa tollat legis pro-
uiſionem tacitam quę a lege defertur l. fina.
C. de pact. conuent. l. cum ex filio §. 1. de
vulga. tamen prouiſionem legis natam au-
ferre teſtator vel contrahentes non poſſunt.
Bal. in d. l. fina. C. de pact. conuen. & in ſpe-
cie de hac loquens quarta dixit Pep. in dict.
auth. prętcrea num.42. Surd. dict. quæſt.35.
num.26.
10 Septimo † fortius agit, quoniam ex com-
muni reſolutione quarta debetur vxori ne in
opprobium mariti mendicare cogatur poſt
illius mortem, quæ loco alimentorum ſucce-
dit. d. §. quoniam vero in auth. de exhiben.
reis. ſentiunt omnes in d. authen. prętcrea,
dixit & communem aduerſus ſolum Iaſſon.
contrarium exiſtimantem idem Surd. dict.
quęſt.35. num.26. idem Surd. eod. tracta. tit.
11 7. quęſt.12. nu.10. at † ſuper alimentis neq.
pactum, tranſactio, vel renũciatio valet glo.
in l. cum ij in principio ff. de tranſactio. fusè
dicens gloſam communem Surd. tracta. de
alimen. tit.8. priui.56. num.19. verſic. Septi-
mo amplia. proinde neque renunciatio hu-
iuſmodi quartę facta per mulierem marito
valere debet.

Extremo

12 Extremò ✝ neq.huic fere reſponderi poſ-
ſe congrue videtur; nequit mulier renuncia-
re alimentis ſibi debitis occaſione dotium
glo.in cap. litteras ex. de reſtitu. ſpoliato.
13 rationem reddit † quoniam huiuſmodi ali-
menta ſunt acceſſoria & veluti appendices
matrimonij illam glo.dixit ſingularem Bal.
in cap.iurauit num.6.de probatio. Iaſſon. in
l.diuortio nu.21.ſolut.matrimo.Deci. Cra-
uet.Cæphal.Roman.Cordub.& alij quorum
communem dixit opinionem Surd.tracta.de
alimen.titu.8.priui.56.num.41.vbi latè cõ-
firmat.Vnde conuentio vel renunciatio mu-
lieris in noſtra ſpecie nullius momenti vi-
detur, cum quarta huiuſmodi ſit de acceſſo-
rijs & appendicibus matrimonij contracti.
Contrariã quod valuerit renunciatio quar-
tæ,& conſequẽter priorem regiam ſententiã
iuſtiorem fuiſſe opinor,tulit ipſam eruditiſ-
ſimus Caſtellonus Regius Senator , qui me
olim Ilerdæ præceptorem habuit. moueor
ſequentibus.
14 Primo † ex vulgata regula poſſe quem-
quam de re ſua libere diſponere, & ad nutũ
contrahere l.in re mandata C.manda.& po-
teſt quilibet pro ipſius arbitrio ius ſuum di-
ſtrahere l.dudum C.de contra. emptio. cum
alijs latiſsimè ad hoc propoſitum coaceruа-
tis per Surd.conſ.255.nu.5. & 6.lib.2. pro-
inde inhęrendo regulis communibus,quibus
ſtandum eſt donec expreſsim aliud fuerit
ſtatutum , pactum de quo agimus celebrari
potuit & quartæ mulier renunciare.
15 Secundo ✝ in ea quęſtione an poſsit pa-
tronus Eccleſię,cui in caſum inopię alimenta
debentur ab Eccleſia,in conſtructione illius
renunciare ipſis, poſſe quidem omnes com-
muniter crediderunt , quemadmodum non-
nullis rationibus oſtendit Surd. d. tracta. de
alimen.titu.9.quæſt.22.num.19.20.cum ſe-
quen.multis, vnde cum quarta huiuſmodi ſit
loco alimentorum vt ſuperius dixit , & de-
beatur à marito , poterit eidem marito re-
nunciari; vbi & num. 33. 34. eam ſubiungit
16 rationem Surd. quia ✝ valet omne pactum
contra naturam contractus vel illius acci-
dentia , dum non aduerſetur ſubſtantialibus
iuxta glo. communiter receptam in l. pacta
conuenta ff.de contract.emptio. & alios ini-
bi ab eo citatos ; verum hæc conuentio ſeu
renunciatio licet aduerſaretur naturæ con-
tractus matrimonij, vel illius accidentibus,
non tamen aduerſatur ſubſtantialibus , non
enim quarta illa ad ſubſtãtialia pertinet vel
naturalia,ſed ad accidentalia magis; quia ex
accidenti propter inopiam datur, vt de prę-
dictis alimentis patrono ab Eccleſia debitis
animaduertit Surd.dicto in loco.
17 Tertio ✝ ceſſante cauſa ceſſat effectus cap.
cum ceſſante de appella.cum vulga.ratio ve-
ro cur quarta prædicta poſt mortem mariti
diuitis vxori debetur,ea eſt extrema & fina-
lis, ne in dedecus & opprobium mariti poſt
mendicare cogatur , at hæc ratio ceſſat vo-
lente marito & ſimul conſentiente vxore &
18 renunciante huic quartæ;nam ✝ volenti non
fit iniuria l.1.§.vſq.adeo ff. de iniu. l. cũ do-
nationis C.de tranſ.cap.ſciẽti vbi glo.& om-
nes de reg.iur.in 6. l.nemo videtur fraudare
vbi Deci.& Cagno.de reg. iur. Neq.moleſ-
tia infertur conſentienti,verſatur enim circa
animum , propterea non dicitur moleſtari
vel iniuriam pati qui iniuriam ad ſuum non
reuocat animum,vt in citatis locis interpre-
tes docuerunt.
19 Quarto licet † vt dixi in ſeptimo argumẽ-
to contrario,nequeat iniri pactum , conuen-
tio, vel renunciatio ſuper alimentis id tamẽ
intelligitur in alimentis debitis iure naturæ
qualia ſunt,quæ filijs debentur,ſecus in alijs
alimentis;ſic egregie ex Palat. Rube. tradi-
tione docuit Surd. tracta.de alimen. titu. 8.
priui.56.num.23.ad finem vnde cum quarta
vel alimenta ex legali tantum in caſum ino-
piæ debeantur prouiſione pactum & renun-
ciatio valet.
20 Quinto ✝ pacta omnia dotalia ſunt per-
miſſa niſi ea expreſsim reperiantur prohi-
bita l.1. §. illud C.de rei.vxo.actio.hoc au-
tem pactum nõ reperitur interdictum , ideo
validum.
21 Sexto ✝ poteſt mulier dotem habens ſibi
in dote præiudicare quando aliquid pacta
fuit vna cum marito ante contractum ma-
trimonij l.& hæredi §. filiafamilias ſecundũ
intellectum Imol. Angel. Aretin. Iaſſon. &
aliorum quos recenſui hoc lib. quæſt. 55. in
verſicu. Tertio limitatur , vbi & alios ſcripſi
poſt antiquiores caſus , in quibus id facere
poteſt;vnde cum ante contractum matrimo-
nij hæc pactio inita fuerit valida cenſenda
erit.
22 Septimo † licet renunciatio iuris de fu-
turo non valeat , l. qui pater §.quod quis ff.
de reg.iur.glo.& cęteri omnes in l. 1. C. de
pact.quia renunciatio eſt priuatio,quæ præ-
ſuponit habitum l.decem cum vulga.de ver.
23 oblig.id tamen ✝ intelligitur quando renun-
ciatio fuit facta ſimpliciter ſecus ſi in viam
pacti & conuentionis vt hic , parte præſente
& publica perſona ſtipulante;ſic in terminis
de renũciatione à marito facta mulieri in ca-
pitulis matrimonialibus de parte lucri,quod
illi ab ſtatuto defertur , docuit multis addu-
ctis Roland. tractat. de lucr. dot. quęſt. 39.
num.21.
24 Octauo ✝ confert,nam diſpoſitio dictę au-
thenticæ pręterea eſt exhorbitans quemad-
modum



modum authoritate Caſtren.Socin.Cæphal.
& aliorum teſtatur Surd. tractat. de alimen.
titu.9.quæſt.37. num. 21. conſequenter illic
infert facilè ab illius textus recedi deciſio-
ne,quia nec fauorabilis eſt, proinde neq.ex-
tenſionẽ pati ſcribit ex gloſa in §. 1. in ver-
bo curationem in auth.vt hi.qui,obliga.res.
min.cum alijs ab eodem adductis in ſuo ca-
ſu.nihil igitur mirum ſi iuſta conuentione,
illius poſsit mulier diſpoſitioni renunciare.
Supereſt cõtrarijs reſpondere obiectis quo-
rum ſolutione clarior apparebit reſolutio.
Non obſtant duo priora argumenta quo-
niam fatendum eſt mulierem regulariter
non poſſe ſibi in dote præiudicare nec illius
iuribus propter bonum & communem vti-
litatem & iterum nubere poſsint ; verum id
intelligitur retentis eiſdem terminis in qui-
bus iura & authoritates ille loquuntur , in
mulieribus ſcilicet dotem habentibus ; ſe-
cus in his quæ nullam habent dotem, vt in
caſu noſtro ; cum vt dixi priuatio habitum
præſuponat , male itaque dicetur mulier ſi-
bi in dote præiudicare quæ dote caret , &
nullam habet cum qua nubere poſsit.
25 Non obſtat tertium ✝ quod quarta hæc
detur aduerſus voluntatem mariti ; nam ve-
ra communis opinio eſt vt nec ipſam tolle-
re poſsit inuita vxore,verum ipſa volente &
conſentiente cum expreſsim interdictum nõ
ſit poteſt ipſi renunciare ; cum omnia pacta
dotalia ſint permiſſa niſi quæ expreſsim re-
periuntur prohibita vt ſuperius dicebam;
& ſcripſit Roland.tracta.de luc. dot. quæſt.
39.num.12.
Ad quartam rationem reſpondetur dari
hanc quartam mulieri propter illam ratio-
nem ne in opprobiũ mariti poſt illius mor-
tem mendicare cogatur , verum hęc ratio
ceſſat vt & ſupra dixi , quando ex voluntate
mariti ſimul conſentiente vxore ſit remiſ-
ſio huiuſmodi quartæ , quia volenti non ſit
iniuria ideo ceſſante ratione & illius debet
diſpoſitio ceſſare.
26 Quintæ ✝ rationi reſpondetur viduam,dũ
vidua eſt,fingi in obſequio mariti,id eſſe per
fictionem vt iura & authoritates citatæ lo-
quuntur,cum mors omnia ſoluat §.deinceps
cum vulgat. in auth. de nupti. conſequenter
poſt mortem mariti ali non debet etiam ſi
dotem non haberet, niſi intra luctus annum
iuxta opinionem Richar. de Molum. in l.fi-
na. C. de bon. mater. quam ſequuti ſunt
Bald.Paul.de Caſtr.Cyn.Areti.Bart.Marſi.
& alij quos refert Surd. tractat. de alimen.
tit.1.quęſt.44.num.44.
27 Vnde ✝ Alexand. in l. diuortio num. 20.
aperte cenſuit non teneri hæredes mariti
alere vxorem, quæ eſt ſine dote , nec quid-
quam tale reperiri à iure ſtatutum. ſequitur
Iaſſon.in eadem l. diuortio num.26.Roma.
num.15.& poſt Aretin.Pinel.in dict. l.final.
num. 6. C. de bon. maternis. vbi ſcripſit
quod nulla lex id ſtatuit. Cordu. in l. ſi quis
à liberis §.ſi quis ex his num.149.ff.de libe.
agnoſcen. vbi & dixit in re tanti ponderis
non deberi per inutilia argumenta hæredes
mariti grauari. Matien. in l. 2. gloſ. 1. num.
10.titu.9.
28 Et licet ✝ multi alij contrarium tenuerint,
alendam ſcilicet vxorem inopem fore etiam
poſt annum luctus vbi non habet aliunde
vnde ſe alat durante viduitate , quam magis
communem & grauiores quoque pro ſe au-
thores habere dixit Surd. dict. quæſtio. 44.
num.44.ad medium;& quæſtio.45.num.27.
de cuius veritate pro nunc non diſputo quia
extra inſtitutum tractatus ; hoc vnum ta-
men dixero ſimul cum alijs ſuperius relatis,
hanc opinionem duram admodum & rigi-
dam fore pro qua vbi occurret caſus maxi-
ma cum difficultate iudicarem ; Cæterum
dato quod vera eſſet reſpondetur, poſſe qui-
dem renunciare quartæ mulierem , etſi ab
altera parte quia in dotata conſequatur ali-
menta iuxta prædictam communem , diffe-
rentiæ ratio inter quartam & alimenta eſt,
29 quia ✝ quarta vxoris eſt libera ſibi & de ip-
ſa diſponere poteſt in morte , iuxta tradita
ab omnibus in dict. auth. præterea , at ali-
menta morte extinguntur, vnde ſit vt hęre-
dibus commodius ſit alimenta potius quam
quartam pręſtare vxoribus.
Non obſtat ſextum quoniam etſi debea-
tur iuræ ſucceſsionis quarta, non inde infer-
ri poteſt quin non poſsit mulier ſi vellit ipſi
renunciare veluti fauori pro ſe introducto
l. ſi quis in conſcribendo cum vulga. C. de
pact. Et poſsit ius futuræ ſucceſsionis re-
nunciari , maximè quando verba renuncia-
tionis diriguntur in futurum, & mentionem
faciunt de iure quod poteſt in futurum com-
petere Bartol. in l.1. num.3. & ſequen. vbi
omnes alij C. de pact. & in l. qui Romę §.
duo fratres de verbo. obliga. cum innume-
ris ad hoc inſtitutum congeſtis per Surd. in
conſil. 267. num. 5. lib. 2. vbi communem
dixit.
30 Reſpondetur ✝ & ſeptimo quod vulgo
dicitur non admitti pactum vel renunciatio-
nem alimentorum dictis iuribus & authori-
tatibus , intelligendum in alimentis debitis
ex teſtamento vel alia quauis vltima volun-
tate, non in alijs alia ex cauſa , hæc enim li-
bere remitti poſſunt abſque interuentu iu-
dicis gloſ.in dict. l. cum ij vbi Barto. Bald.
Alberi.Salicet. Fulgo. Iaſſon. & omnes. Et
alij multi quos citat Surd. tracta.de alimen.
titu.8.

titu. 8. priui. 56. num. 83. in verſicul. Ter-
tio principaliter, in quo nullus hucvſque du-
bitauit.

Octauo ſatisfiet, mulierem non poſſe re-
nunciare alimentis debitis occaſione ſuę do-
tis, verum quidem vbi dotem dedit, ſic lo-
quuntur citati interpretes in locis contra-
rijs; at quãdo nullam dedit non negant quin
poſsit renunciare, ſaltim poterit quartę iux-
ta á me tradita in ſolutione ad quintum ar-
gumentũ contrarium. Et hæc quidem viden-
tur iuris principijs admodum conformare.

31 Quæ opinio ✝ & tunc admittenda foret
quando mulier nedum expreſsim, ſed gene-
raliter renunciaſſet omni iuri & legum auxi-
lio; nam verba hęc proculdubio complectun-
tur beneficium d. auth. præterea etſi expreſ-
32 ſum non fuiſſet; quoniam ✝ generalis exclu-
ſio, generaliter etiam excludit ab omni re-
medio & omni capite gloſ. in l. 1. §. ſed vi-
dendum ff. de ſucceſ. edict. quam gloſam vt
ſingularem commendat Bald. in l. vni. C.
quan. non peten. par. Paul. de Caſtr. in l. 1.
num. 6. C. qui admit. Bart. Salice. Caſt. Alex.
& omnes in l. nec is §. hæres inſtitutus ff. de
hæred. inſtit. Aretin. & alij quos refert & ſe-
quitur Surd. tracta. de alimen. titu. 9. quæſt.
38. num. 2. quibus addendum renunciatio-
nem in ſuperiorem formam conceptam á
muliere continere lucrum dotis quod ſibi á
lege vel communi aut municipali defertur,
quod pulchrè innumeris argumentis reſoluit
egregie Rolan. á Val. tract. de luc. dot. quęſt.
42. num. 22. 23. 24. cum ante pręcedentibus,
vbi multos congeſsit caſus particulares, qui-
bus in vim dictæ clauſulæ renunciatum cen-
ſetur.

33 Poteſt hæc ✝ clauſula vt per eam mulier
cenſeatur renunciaſſe beneficio Velleiani
S.C. & beneficio ne poſsit carcerari Barto.
num. 12. & Bal. num. 3. in auth. matri & auiæ
C. quan. muli. tutel. offici. idem Barto. Ma-
theſil. Iaſſ. Socin. Rip. Boeri. Tiraquel. & alij
quos congeſsit Bertazol. tract. de clauſu. 40.
gloſ. 6. num. 3. Et rurſus facit vt per eum mu-
lier renunciaſſe videatur beneficio ne dos ſi-
bi retineatur l. vni. §. taceat C. de rei vxo.
actio. vt is ibidem nu. 4. cum alijs ſimilibus
ab eodem adductis.

34 Sanè caſus ✝ propoſitus & qui in hoc regio
Senatu contingit nullam difficultatem con-
tinebat, quoniam aderat iuramẽtum, in om-
nibus enim his conuẽtionibus matrimonia-
libus interponitur quo adinuicem contrahẽ-
tes iurant obſeruare inuicem, & reciproce
ſingula pacta in matrimonij contractu adie-
35 cta; at ſtante ✝ iuramento poteſt mulier re-
nunciare nedum quartæ prædictæ, ſed & ali-
mentis vbi illi alia quauis ratione deberen-
tur; quoniam contractus etſi inualidus iura-
mento confirmatur ca. licet mulieres de iur.
iuran. in 6. qui in muliere & in re dotali pa-
ciſcẽte loquitur ca. quamuis pactum de pact.
eod. titu. vbi poſt Domi. Fran. Anchar. &
alios in d. cap. mulieres. idem cum his ſentit
Dida. 2. par. §. 1. num. 7. etſi contractus foret
ipſo iure nullus. iuxta Bart. Bald. & reliquos
in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vẽ-
di. cum latè coaceruatis ad idem per Gabri.
lib. commu. opinio. titu. de mino. concluſ. 5.
num. 20. Ioan. Andre. Bart. Corne. Caſtren.
Curti. iunior Alexan. Iaſſon. Gozadi. Socin.
Caſſane. Siluan. Riminal. Dida. Gom. Gabr.
quos citat & ſequitur Surd. tract. de alimen.
titu. 8. priui. 56. num. 41. ad finem in verſic.
Principalis noſtra concluſio. Nam & valet
quod fortius eſt renunciatio qua filia recep-
ta dote remittit cætera omnia, quę in hęre-
ditate paterna ſibi debentur aduerſus iuris
ciuilis prohibitionem d. ca. quamuis pactũ.
Et poteſt fundus dotalis alioquin ex legis
diſpoſitione inalienabilis alienari gloſ. &
communis in d. ca. mulieres: Et in terminis
in alimentis ſex rationibus id docet Surd.
d. quęſt. 56. num. 42.

36 His ✝ adſtipulatur quod docui multorum
authoritate hoc lib. quęſt. 55. verſic. Octauo
limitatur, valere pactum iuratum á muliere
contractum, quo ipſa promitteret & iuraret
morte viri ſoluto matrimonio dotem apud
filios remanſuram, etſi enim pactum ſecluſo
iuramento non valeat, tamen propter iura-
mentum ſuſtinetur, vbi & ſcripſi ſimiliter ra-
tione iuramenti alienationem fundi dota-
lis ſuſtineri; & ſimiliter poſſe ratione iura-
menti mulierem renunciare iuri hyppothe-
cæ, quam habet in bonis mariti, quod multis
comprobaui quæ eo in loco videnda.

## SVMMARIVM.

1 *Conuentione facta in contractu matrimonij inter coniuges de lucrando dotem vel donationem propter nuptias ab eo, qui ſuperuiuit non extantibus filijs: an eos habuiſſe ſufficiat etſi præmortui ſint.*

2 *Conditionem ſufficit ſemel extitiſſe, licet in continenti deficiat.*

3 *Fideicommiſſum iniunctum hæredi ſi deceſſerit ſine liberis deficit eo ipſo, quod hæres liberos habet.*

4 *Principium primæ exiſtentiæ in conditionibus attenditur.*

5 *Legatum mulieri factum ſi vidua efficiatur, debetur vbi vidua facta illico ad ſecundas nuptias conuolaret.*

6 *Dignitatis qualitas ſufficit ſi reperiatur tempore commiſſionis.*

*Legatum*



7 *Legatum alicui factũ ſi liberos ſuſceperit vel educauerit, ſuſceptis liberis illico debetur.*

8 *Donatio, quæ reuocatur natiuitate filiorum ex diſpoſitione legis ſi vmquam C. de reuo. donatio. & tunc vindicat cum filij naſcuntur licet ſtatim moriantur.*

9 *Tex. in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebel. declaratur.*

10 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit locum habet vbi quis liberos procreauit eo tamen viuo mortui ſunt.*

11 *Intellectus ex ſubſtitutione ff. de vulga. iuxta gloſæ & Bartoli ſenſum.*

12 *Subſtitutio hæredi facta ſi deceſſerit ſine liberis deficit ſi vnus ſuperuiuat tempore mortis hæredis.*

13 *Conditio habens cauſam ſucceſsiuam requirit perſeuerantiam temporis.*

14 *Qualitas, quæ verbum determinat debet adeſſe tempore, quo diſpoſitio effectum ſortitur.*

15 *Conditio, quæ momento verificatur perſeuerãtiam non requirit.*

16 *Conditio ſi ſine liberis poſita affirmatiue vel negatiue quos effectus operetur.*

17 *Conditio ſi ſine filijs affirmatiue poſita verificatur etſi filij decedant ante legatarium vel hæredem.*

18 *Conditio ſi ſine liberis affirmatiue concepta nõ requirit perſeuerantiam.*

19 *Conditio affirmatiua ſi ſine liberis ad tempus mortis reſtricta, mortis terminum requirit.*

20 *Conditio ſi ſine liberis negatiue & indeterminate poſita nuſquam deficit donec ſpes eſt habendi liberos.*

21 *Conditio ſi ſine liberis negatiua relata ad tempus mortis honorati quem effectũ producat.*

22 *Conditio ſi ſine liberis in contractibus poſita negatiue, cuius ſit effectus.*

## QVÆSTIO. LXIII.

*CONVENTIONE FACTA IN contractu matrimonij de lucrando dotem vel donationem propter nuptias ab eo qui ſuperuiuit non extantibus filijs; An habuiſſe ſufficiat etſi præmortui fuerint coniugi ſuperſtiti.*

1 SOLENT ✝ plerumq. conueni-
re coniuges in contractu matri-
monij quod ſi mulier ſine liberis
decedat, maritus dimidiam, vel
certam dotis partẽ lucretur; quæ-
ſitum aliquando ſcio quid ſi mulier liberos
ſuſcepit, qui tamen eidem præmortui ſunt, an
per ſolam filiorum exiſtentiam maritus do-
tis lucro priuetur; & idem è conuerſo quæri
poſſet in hoc eodem pacto, vbi marito præ-
moriente vxor donationem propter nuptias
lucratura foret.

2 Et videtur ✝ quoad lucrum conſequendũ
ſufficere ſi filij nati fuerint, etſi illico mortui
eſſent, ex generali regula quod ſufficit con-
ditionem extare licet illico deficiat vt dixit
in terminis tex. in l. in ſubſtitutione in prin.
ff. de vulga. l. ſi quis hæredem C. de inſti. &
ſubſti.

3 Secundo ✝ confert tex. inſignis in. l. hære-
dibus in prin. ff. ad S.C. Trebelli. vbi iniun-
ctum hęredi fideicõmiſſum ſi deceſſerit ſine
liberis, deficit eo ipſo ꝙ hęres liberos habet.
Tertio facit traditio Bal. in l. pręcibus C.
de impu. & alijs ſubſtitu. quẽ refert Iaſſ. in d.
4 l. in ſubſtitutione; vbi ✝ ſcripſit in conditio-
nibus ſolũ attendi principiũ primę exiſten-
tię, neque curari de ſucceſſu an durauerit nec
5 ne, proinde idẽ ✝ Bal. in l. fin. 2. col. C. de in-
dic. vidui. tollen. tradidit legatum mulieri
factum ſub conditione ſi vidua efficiatur, de-
beri, etſi vidua facta illico ad ſecundas nup-
tias conuolauerit.

Quarto eandem ſententiã probat effica-
citer tex. in l. cũ vxori C. quan. dies lega. ced.
& ſimilis in l. ſi quis hęredẽ C. de inſtitu. &
ſubſtitu. l. fina. C. de indic. vidui. tollen. in
quibus iuribus id doctores notant: ſimile eſt
ſuperioribus exemplum in cap. ſtatutum de
6 Res. in 6. vbi Roma. ✝ Pontifex nõ delegat.
cauſas niſi exiſtentib⁹ in dignitate, tamẽ ſuf-
ficit ſi dignitatis qualitas adſit tempore cõ-
miſsionis quamuis poſt non durauerit gloſ.
celebris in clemen. etſi principalis de reſ-
crip. vbi interpretes.

Sexto ſuperiorem regulam latiſsimè com-
probat multis adductis Pariſi. conſ. 32. col. 2.
poſt Bal. & Pau. de Caſt. in d. l. fina. C. de in-
7 dic. vidui. tollen. vnde reſpondit ✝ egregie
Meno. in conſ. 274. nu. 9. lib. 2. quod relictũ
alicui ſub conditione ſi liberos habuerit ſuſ-
ceperit vel educauerit, illico ſuſceptis libe-
ris debetur d. l. hæredibus. Et dixit idẽ Me-
no. conſ. 85. num. 60. lib. 1. cõditionem ſi ſine
liberis nullam requirere perſeuerantiam.

8 Extremo ✝ opitulatur quod Barto. docuit
in l. Titia §. imperator col. 2. delega. 2. quẽ
poſt Corne. & Imol. ſequitur Iaſſ. in dict. l. in
ſubſtitutione ſufficere quoad reuocãdã dona
tionẽ, quę fit in vim l. ſi vmquã C. de reuo. do
natio. natiuitate filiorũ vt filij nati momẽto
viuant; comprobat innumeris & celeberri-
mis exemplis Tiraq. in d. l. ſi vmquã verbo
ſuſceperit liberos á nu. 188. cum multis ſe-
quen. C. de reuo. donatio. quę non repeto.

9 Contrariam opinionem ✝ in propoſi-
ta ſpecie veriorem fore exiſtimamus, quæ
iuuatur tex. in l. ex facto §. ſi quis autem ff.
ad Trebellia. verba illius hæc: ſi quis autem

Rr ſuſce-

ſuſceperit filium,verum viuus amiſerit:vide-
bitur ſine liberis deceſiſſe.hucvſq.Vlpianus;
10 quibus verbis aperte † ſtatuit conditionem
illam ſi ſine liberis deceſſerit , locum etiam
habere etſi quis liberos procreauerit eo ta-
men viuo mortui ſint.
11 Secundo † cóprobatur authoritate tex.in
dict. l.in ſubſtitutione in ſecundo reſponſo
in extremis verbis de vulga. cum dixit text.
nam prudentes ita hoc interpretati ſunt , vt
ad impuberis mortem conditio ſubſtitutio-
nis eſſet referenda : Atque in hunc ſenſum
intellexerunt illum text. gloſ. ibi Barto. &
alij plures.
12 Tertio eadem † probatur ſententia text.
in l.ex facto §.ſi arrogatus iuncta glo.in ver-
bo.ex volũtate ff.ad S.C.Trebellia.vbi ſub-
ſtitutio hæredi facta ſi deceſſerit ſine filijs
extinguitur ſi vnus ſuperuiuat tempore mor-
tis hæredis.
13 Quarto † iuuerit text. celebis in l. inter
Caſtellanium ff. de recep. arbi.ex quo text.
frequentius interpretes docuerunt ibi, con-
ditionem habentem cauſam ſucceſsiuam nó
ſufficere ſi extet,ſed requiri perſeuerantiã il-
lius vſq. ad extremum temporis deſignati,
& ideo quod ante mortem fuerit impleta
parum prodeſſe.
14 Rationem † communis traditionis vete-
res prodiderunt, quod qualitas,quæ verbum
determinat per quod ſignificatur tempus à
quo diſpoſitio ſumit effectum illo tempore
adeſſe debet,quo diſpoſitio vel actus effectũ
ſortitur ſic Barto.in d.l.ex facto:nam quali-
tas adiuncta verbo debet adeſſe in tempore
verbi iuxta vulga.tex.in l.in delictis §.ſi ex-
traneus de noxa. actio. l. Titius ff. de teſta.
milita. Atqui dicta verba ſi ſine liberis , ad-
iuncta verbo deceſſerit , innuunt quod de-
bent exiſtere liberi tempore mortis viri vel
vxoris,igitur filiorum exiſtentia eo tunc ne-
ceſſaria erit:Vnde ex facto Oldrad. reſpon-
dit conſil.21.quem fuit ſequutus Deci.conſ.
63.col.2.& conſi.205.col.3.Pariſi.conſi.18.
col. 2. fideicommiſſum iniunctum hæredi ſi
deceſſerit ſine liberis maſculis deficere ex-
tantibus illis tempore mortis teſtatoris , li-
cet poſt illico moriantur.

Quinto in terminis quęſtionis propoſitæ
ſtante pacto prædicto inter virum & vxo-
rem,quod viro vel muliere ſine liberis dece-
dentibus vnus ex his ſuperſtes dotẽ , vel do-
nationem propter nuptias lucretur non ſuf-
ficit vt ſit locus cõuentioni quod vir vel mu-
lier liberos habuerint,qui ante ipſos (reſpe-
ctiue loquendo ) mortui ſint , oportet enim
extare tempore mortis , ita in his terminis
decidit tex. in l. inter ſocerum in principio
ff.de pact.dotali.Cuman.Imol.& Socin.in l.
ſolemus ff.de conditio.& demonſt. Deci.d.
conſil.63.Alberi.de Roſa.& alij quos refert
& ſequitur Rolan. à Vall.tracta.de luc.dot.
quęſt.51.nu.9.& 10.nouiſsimè Peregr.tract.
de fideico.arti.29.num.7.& 8.
15 Neq. vero † adducta in contrarium obſ-
tant , his enim omnibus reſpondetur vna &
eadẽ ſolutione , loqui ſcilicet in conditione
quæ actum ſucceſsiuum nó requirit,& ſeu il-
lius perſeuerantiam,quoniã momento actus
per exiſtentiam illius conſumatur vt expli-
cant interpretes in d.l.in ſubſtitutione , hu-
iuſmodi eſt terminus mortis qui inſtãtaneus
eſt,& durationem non habet vt dixit Barto.
in l.2.§.creditam ff.de reb.credi.

Neq. facit text. in dict. l. hæredibus , cui
reſpondit ſolemniter Iaſſ.in d.l.in ſubſtitu-
tione , quod licet in principio textus videa-
tur loqui de conditione ſi ſine liberis,vbi ta-
mẽ poni verba teſtamẽti de quib⁹ agit. in eo
tex.loquitur de cõditione,ſi liberos nó edu-
cauerit,& de ea tãtũ decidit IurisConſultus
ibi, dicens *liberos natos & educatos etſi viuo
hærede morietur non facere locũ ſubſtitutioni
eſſe , quia ſemper verum eſt cum educaſſe libe-
ros,licet viuo hærede mortui fuerint.*
16 Verum † vt clarè & familiariter omnis
ceſſet difficultas duo ſunt caſus obſeruandi;
primus eſt cum conditio ſi ſine liberis poni-
tur affirmatiue,veluti cum dicitur, Titio ha-
bente filios,vel ſi filios habuerit,& his ſimi-
lia: Secundus eſt cum profertur negatiue , ſi
ſine liberis vel ſi non habuerit filios ; rurſus
vterque caſus duplicem reſpicit interpreta-
tionem; nam vel conditio abſolute ponitur
& indeterminate,quandoq. vero certo tem-
pori adiungitur . Prioris exemplum eſt cum
dicitur ſi liberos habuerit, vel non habuerit
abſq. aliqua temporis præfinitione: Secundi
exemplum,cum dicitur etſi deceſſerit ſine li-
beris,in hoc enim caſu cõditio mortis tem-
pus ſpectat.
17 In primo itaque † caſu conditione affir-
matiuè & indeterminate concepta, quando-
cunque ea contingat ſiue ante vel motte re-
licti conditio purificatur,etſi poſt filij dece-
dant & moriantur ante legatarium, fideicó-
miſſarium vel hæredẽ , & in his terminis lo-
quuntur aliqua ex iuribus ſupra in contrariũ
citatis;qualia ſunt text.in d. l. cum vxori C.
quan.dies lega.ced.tex.in l.ſi quis hęredẽ C.
de inſtit.& ſubſtitu. d. l. in ſubſtitutione de
vulga.tex.in d.l.hęredib⁹ ff.ad Trebellia. l.
fin.C.de indic.vidui.toll.rationẽ reddũt in-
18 terpretes quã ſuperius adduxi,quia † in affir-
matiuis & indeterminatis cõditionibus ſuf-
ficit conditionem impletam fuiſſe, licet im-
plementum nó duret;& quia principium at-
tenditur,& non finis.

Sanè



19 Sanè † ſi conditio affirmatiua aliquod de-
terminaret tempus veluti mortis & ad illud
effectum ſuum cõferret, mortis tempus ſpe-
ctandum foret ; & in his terminis loquitur
text.in dict.l.in ſubſtitutione ſecundum cõ-
munem gloſ. Barto. & aliorum intellectum
quem & ſequitur Peregri. in loco ſupra cita-
to num.6.& 7. quia qualitas debet adeſſe in
tempore verbi vt ſuperius dixi.
20 Secundus † caſus eſt,quãdo conditio præ-
dicta ponitur negatiue,cæterum indetermi-
nate nullo ad certum tempus reſpectu ha-
bito, quo in caſu donec ſpes eſſe poteſt ex-
tandi liberos numquã locus eſt ſubſtitutio-
ni;ſic gloſ.inſignis in l. peto §. fratre verbo,
ex familia delega. 2. verè etenim propria &
genuina negatiuæ conditionis eſt natura , vt
tunc implementum recipiat quãdo eſſe poſ-
ſe,ad impoſsibile reducitur. Barto. in l. Mu-
tiane in fine de conditio.& demonſtra. Vin-
cen.de Fran. deciſio. 169. num.14. 1.part.
declarat erudite Peregrin.dict.art.29.nu.9.
cum ſequent.
21 Cæterum † ſi conditio negatiua refertur
ad tempus mortis honorati vt in ſpecie de
qua agimus,cum in pacto dictum fuit , *quod
ſi maritus ſine liberis deceſſerit &c.* In hac
ſpecie liberi ante mortem nati & præmor-
tui,non faciunt deficere conditionem fidei-
commiſsi,vel legati in vltimis voluntatibus,
proinde ſubſtitutus excluditur ſi extent tem-
pore mortis ; atque in hunc ſenſum intelli-
gitur text.in dict.l.ex facto §. ſi quis autem,
cum alijs ſuperius adductis;quia qualitas il-
la ad tempus mortis relata , eo tempore re-
periri debet veluti adiecto verbo.dict.l. Ti-
tius,& dict. §.ſi extraneus Peregrin. poſt ſu-
pra relatos in dict. articul. num. 13. 14. Et
præter relatos ab eo idem cenſuerunt Imol.
Angel.Pariſi.& alij adducti per Rolan. tra-
ctat. de luc. dot. quæſt. 51. num.9. 10.11.
pulchrè Manti.in commen.de coniectur. vl-
tim.volunta.lib.11.tit.6.à nu.3.cum ſequen.
Cæphal.qui ſic reſpondit conſil.514. num.8.
& 9.lib.4.Menochi.conſil.379. num.7. con-
ſil.325. num. 52. conſil.315. num.7. conſil.
327.num.11.lib.4. idem Menochi. in com-
men.de præſumpt.lib.4.præſumpt.69.num.
22 fina. In † contractibus vero idem eſt vt in
propoſita per nos quęſtione ; ſi enim id in
vltimis voluntatibus obſeruatur , magis in
pactis & contractibus, in quibus ſtrictior ſit
interpretatio , & in quibus verba preſſe &
abſque aliqua interpretatione,ſed ad litte-
ram fere ſunt intelligenda & cuſtodienda,
vt non ſemel in hoc tractatu dixi ex l. vete-
ribus de pact. l.quidquid aſtringen-
dæ cum vulga. de verbo.
obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum dotis quantum eſſe debet quan-
do nihil dictum fuit.*
2 *Augmentum dotis iuxta iuris communis diſ-
poſitionem, quando non fuit expreſſim con-
uentum de quantitate , eiuſdem quantitatis
cum dote eſſe debet.*
3 *Conſuetudine cõmuni obtentum fuit vt dos &
augmentũ dotis inequalis ſint quantitatis.*
4 *Conuentum quando nihil fuit ſuper augmento
dotis videntur partes conformaſſe ſuã vo-
luntatem cũ iuris municipalis diſpoſitione.*
5 *Augmentum dotis conuentum præſtari debet.*
6 *Deciſio Guidonis Pap. ſingularis.*
7 *Augmentum dotis ſoluta parte illius in totum
debetur dum tamen ab extranea perſona dos
fuerit data.*
8 *Viro decedẽte in Cathalonia mulier totũ aug-
mentũ cõſequitur cũ modificatione tamen.*
9 *Augmentum eligendi facultas, an tranſeat ad
hæredem mulieris.*

## QVÆSTIO. LXIIII.

*AVGMENTVM DOTIS, VEL
donatio propter nuptias in contractu
matrimonij quantum eſſe debeat ; Ex
conuentione autem totum pendet : Quid
rurſus cum nihil dictum ſit.*

SCRIPSI quæſt.31. apud mul-
tos ex interpretibus noſtris aug-
mentum dotis & donationem
propter nuptias pro eodẽ vſur-
pari, etſi inibi authoritate mul-
torum docuerim ſummam eſſe differẽtiam,
illa non repeto , verum ex conſuetudine &
communi loquendi vſu citterioris Hiſpa-
niæ pro eodem vſurpantur quemadmodum
& in Gallia vt & ibi dixi.Nunc ſe offert quę-
ſtio cum nihil de augmento dictum eſt quale
& quantum eſſe debeat.
1 Sanè cum nihil de augmento † conuentũ
fuit iuxta iuris cõmunis diſpoſitionẽ tacitè
cenſetur actũ vt eiuſdẽ ſit cũ dote data quã-
titatis auth.æqualitas C.de pact.conuen.qui
text. loquitur tã de donatione propter nup-
tias,quã etiã de augmento,diſponens tã do-
nationẽ propter nuptias quã augmentũ fieri
2 nõ † debere niſi eandẽ cũ dote cõtineat quã-
titatẽ,in omnibus enim ad paria iudicantur,
quemadmodum dixi quęſt.40. vbi multa ad
hoc inſtitutum congeſsi . Sanè de communi
3 conſuetudine † in totum iuri fuit deroga-
tum,cum dos & donatio propter nuptias tã
in ſumma,quã in lucris vbi pacta de lucrãdo
adiecta fuerunt inęqualia eſſe poſsint , de
hac conſuetudine teſtatur gloſ. in dict. auth,

 æqua-

æqualitas,vbi Barto.Salicet.Bald.& Angel. in l. ex morte illo. titul. Cuma. conſil. 26. Guid.Pap. vbi adden. deciſio. 363. licet in pactis Ioan.de Plot. in §. eſt & aliud.inſtit. de donatio. Corne. conſil.303.lib.4. Natt. conſil.391. num.5. & 6.lib.2. Anton.Scap. tractat.de iu.non. ſcrip. lib.4.cap.15.num. 2.3.& pręter nunc relatos Boerius dict. deciſio.22.num.20.Andre. Gail.obſeruati.78. num.2.lib.2.vbi itidem atteſtatur d.authen. æqualitas non ſeruari de conſuetudine verum cum in ſingulis prouincijs leges latæ
4 fuerint ſuper huiuſmodi augmentis † vbi nihil conuentum fuiſſet tacite cum iuris municipalis diſpoſitione idem augmentum conſtitutum fuiſſe quod per eas leges diſpoſitum foret, cenſetur, nam paciſcentes cum iuris communis diſpoſitione tacitè accommodaſſe voluntatem ſuam videntur ſic & cum iuris municipalis ſtatutis,quinimo magis cum ſtatutis municipalibus quam cum iuris diſpoſitione cum illud ſit ius commune in loco non ius Romanorum ad latè tradita per Barto. & omnes in l.hæredes mei §. cũ ita ad Trebell.S.C.Alciat.qui alios tracta.de præſ. regu.3.præſ.32. à num.1.Zanch.in dict.§.cum ita 9.par. Surd. deciſio.119. num. 22. alios
5 prętereo.Cęterum data conuentione † illud debetur quod in pactum deductum fuit Barto.Angel.Salice. & alij ſuperius memorati. Sicuti dixi fusè quęſt.8.
6 Neq. prætereunda eſt † inſignis deciſio. Guid.Pap. 274. is inibi ſcripſit ſoluta dote augmentum non deberi mulieri, ſoluta autē
7 parte,pro ea tantum dari debere,pro † rata ſcilicet dotis ſolutæ §. penultim. in auth. de non.elig.ſecun.nuben.auth. ſed quę nihil C. de pact. conuen. ſequitur Benedict. in cap. Raynuncius in verbo & vxorem num.62. de teſta.vbi intelligit verum niſi maritus de dote fidem habuiſſet, eo enim in caſu perinde debetur ac ſi vere dos ſoluta fuiſſet,ſequitur Ranchi.ad Guid.dict.deciſio. Boeri.deciſio. Burdegalen.22.vbi pulchre.

Et hæc quidem procedunt cum dos fuit à muliere promiſſa verum ſi ab extranea perſona vel illius patre ſecus nulla enim culpa imputari mulieri tũc poterit cur dos ſoluta non fuerit,ſic Boer.dict.deciſio.idem Guid. deciſio.430.Afflict.deciſio.333.vbi egregie Vrſil.ad eum, latè in hac ipſa ſpecie Rolan. qui multos refert conſil.10. num.4. 5.& ſequen.lib.1.Surd.tract.de alimen.tit.1.quęſt. 42.nu.56.57. dixi latius ſupra quęſt.8.num. 220.vbi multos citaui,& diſtinctionem Ferre. reprouaui diſtinguentis,inter patrem & extraneum dotantes.

8 Extremo † notandum quod de iure huius prouincię decedente viro,mulier cõſequi poteſt totum augmentum quod in conuentionē deductũ fuit in capitulis matrimonialibus, præſtita tamen cautione de eo reſtituendo in caſum mortis, verum ſi nolit niſi ſolam medietatem poteſt de ea libere diſponere,hæc conſuetudo antiquiſſima Cathalonię vrget in pleriſq. locis pręcipuè apud Pedemontes vt teſtatur Purpu.conſ.400.nu.2.Theſau.deciſ.Pedemon.183.num.4.Apud nos Mier.in conſ.hac noſtra.n.118. Ferre.obſer.li.3.ca. 51.& poſt hęc ſcripta Ant. Theſau. filius vir
eruditiſſimus li.1.quęſt.Foren.quęſt.49.vbi
9 eleganter † diſputat,an hoc ius eligendi trãſeat ad hęredem mulieris, & reſoluit tranſire,quod & mihi placet.

# SECTIO QVARTA.

## PRÆFATIO.

QVONIAM in præcedenti tertia ſectione actum fuit de lucris quæ ex pacto & prouidentia cõiuges in capitulis matrimonialibus in dote & donationibus propter nuptias ſibi acquirunt. Ex ordine videndum de his quæ in vim ſocietatis expreſſim initæ acquiruntur,cum vir vxorem in lucris commodis & meliorationibus(vt in multis ſolet fieri locis) conſtante matrimonio ab eo parandis,participem facit & ſociam. Non enim in hac citteriori Hiſpania ſicut in vlteriori lex viget qua ex ipſomet matrimonij contractu ſocietas inita cenſetur; Neque conſuetudo ſicut in plerisque Galliæ locis,pactis enim id fieri ſolet & conuentionibus, quæ niſi in diſtrictu Tarraconenſi & Dertuſenſi in vſu ſunt;in reliquis enim Cathaloniæ locis minime obſeruantur nec fiunt: De his igitur conuentionibus quæ magis frequentiores ſunt paucis agendum.

SVMMA-



### SVMMARIVM.

1 *Societas an ex eodem ipſo contractu matrimonij inita cenſeatur.*
2 *Lucra & commoda inter ſocios communicanda ſunt.*
3 *Coniuges ſocij ſunt diuinæ & humanæ domus.*
4 *Tex.in cap.2.de dona. inter vir. & vxor. expenditur.*
5 *Societas inter coniuges niſi expreſſim fuerit inita contracta non cenſetur.*
6 *Vxor quoad maritum dicitur ſocia quoad debitum carnale & operas obſequiales.*
7 *Lucra per maritos parta ipſis ſolis adquirũtur.*
8 *Vxoris induſtria quæſita lucro ipſius cedunt.*
9 *Mulier etiam ad præceptum mariti negotiari non tenetur.*
10 *Mulier marito inſeruire tenetur.*
11 *Mariti poteſtas in vxorem maior eſt quam patris.*
12 *Maritus & vxor ſimul ſtipulantes partes ſibi quærunt.*
13 *Statuta vel conſuetudines quæ ſocietatem inducunt inter coniuges odioſa ſunt.*
14 *Statuta vel leges quæ ſocietatem inducunt inter coniuges ſæpius liberos ſpoliant debita hæreditate.*
15 *Mulieres propter lucra nuptialia facilius nubunt & ſecundos ditant viros.*
16 *Statuta vel leges municipales quæ ſocietatem inducunt inter coniuges valent.*
17 *Mulier vtrum poſſit in contractu matrimonij bonis ſibi ex ſocietate prouenientibus renunciare.*
18 *Maritus poteſt ſibi de bonis adquirendis prouidere.*
19 *Societas ſub conditione iniri poteſt.*
20 *Pacta omnia matrimonialia cẽſentur permiſſa quæ non reperiuntur prohibita.*
21 *Pacta omnia inter virum & vxorem valida in contractu matrimonij etiã ſi ſint aduerſus ſtatuta vel conſuetudines locorum dum expreſſe non reprobentur.*

### QVÆSTIO. LXV.

*MATRIMONIO AN SOCIETAS ipſo iure contracta dicatur: Et text. in ca.cum ſocietas 27.quæſt. 2. declaratus.*

1 EXISTIMARVNT † multi matrimonij contractu, eo ipſo ſimul ſocietatem initã fore; eſt enim matrimoniũ ſocietas cap. cum ſocietas 27.quęſt.2.cũ alijs multis à me citatis lib.1.compara.5. quo in loco matrimoniũ ſocietatis contractui comparaui vt inibi latius; ita fit vt cum ſocietas ſit,lucra & commoda inuicem communicari debeãt;quorum prior & originarius author
2 fuit Bernardus gloſator antiqui in d.ca.cũ † ſocietas, qui ex eo tex.adnotauit matrimonium ſocietatem eſſe & perinde in omnibus coniuges in damnis & lucris ſocios fore l. coiri ff.pro ſoci.
3 Secundo † adducunt vulgatũ illud coniuges ſocios fore diuinæ & humanę dom⁹,atq. vxorem rerum omnium mariti veluti cõmunem dominam adminiſtrationē nanciſci l.1. de Rit.Nuptia.l.1.ff.rer.amota. l.aduerſus. C.de crimi.expila.hæredita.
4 Tertio † fortiusq. mouentur authoritate tex.in ca.2.de dona.int.vir.& vxor.quo tex. Roma.Pontifex aperte ſtatuit,conſtãte matrimonio acquiſita cõmunicanda fore inter coniuges vbi ſocietas morte vnius finita eſt, vnde his adducti leuiſſimis fundamentis alij pleriq.poſt Bernar.in d. ca. cũ ſocietas hanc ipſam ſequuti fuere opinionē Nicol. Boeri. in conſue.Bituricen.titu. de coſtum.concer. gens.mariez.§.2.Pyr.in conſue. Aurial.cod. tit.Euerar.conſ.53.Deci.conſ.204.n.5.Caſſa.ad conſue. Burgun.rub.4. §.2.nu.1.Et ex noſtris Ludo.Gomez.in §.actiones n.12.inſtit.de actio.Montal.in l.1.tit.3.lib.3.for.in glo.in verbo,*por medio*.Pala.Rub. in repeti. rub.de dona.int.vir.& vxo.§.61.in princi.& §.65.nu.12.Ioan.Monta.in tract.de bigami. par.1.n.12.Did.Segur. in trac.paruo.de bo. lucra.conſt.matri.nu.27.& in l.vnũ ex familia §.ſed ſi fundum num.34.delega.2.
5 Sed † cũ hæc opinio nullo iure probetur ſuſtineri non pōt;vnde rectius alij & fere innumeri in cõtrariã abierũt.vxorē de iure cõmuni in bonis per maritũ cõſtante matrimonio acquiſitis partē nullã habere niſi ex conuentione id fuerit pacta cũ viro ſuo,vel probet ex ſua vel cõmuni mariti & illius pecunia cõparatas merces vel alia bona fuiſſe ſic glo.in d.ca.2,de dona.int.vir.& vxo.vbi Panor. quē ſequuti ſunt alij canonici interpretes in eo text. Roma. Areti. & alij quos ex Hiſpanicis vnus refert Telli.in l. 16. Taur. nu.12.& 13.Dida.in Epito.ad 4.par.2.ca.7. §.1.n.5.idē Dida.li.3.reſolutio.ca.19.nu.3. qui & alios recēſet Matien.in l.2.glo.1.n.1. titu.9. Gutier.in pract.quęſt.li.2.quæſt.118. nu.5.& 6.Pechi.tract.de teſtam.coniug.li.2. cap.1.nu.1.& 2.alios multos prętereo.nullo enim vt dixi iure probatur vxorē partem lucrorũ quæ maritus cõſtante matrimonio acquiſiuit conſequi poſt illius mortē poſſe: ar-
6 gumēta autē cõtraria facile tolluntur;vxor † enim dicitur ſocia diuinæ & humanæ domus quoad debitum, ꝙ marito reddere tenetur, quoad cohabitationē etiam, & operas quas marito abſequiales & domeſticas impēdere debet,& ſic intelligiẽ.tex.in d.ca.cũ ſocietas


cum

cum alijs ſimilibus.text.autem in dict. ca.2.
de donatio. inter vir. & vxor. intelligendus
eſt vbi ſocietas expreſsim contracta fuerat
per coniuges, quo in caſu lucra communicá-
da ſunt ſicut in cæteris ſocijs contingit;& ſic
intellexere illum text.gloſ.Panormit. & alij
ſupra citati : nulla enim ſocietas de iure ci-
uili vel canonico inter coniuges contrahitur
7 propter matrimonium,nec exquiſita vnius †
pecunia alteri portio quæritur l. ex pecunia
C.de iur. doti. & conſtante matrimonio lu-
crata ad maritum ſolum pertinent l. quintus
ff.de donatio. inter vir. & vxor. l. etiam C.
eod. titul. & hoc iure attento per vnum ac-
quiſita ad alterum non pertinent, ſed ſoli
acquirenti conceduntur §. 1. inſtit. per quas
perſo.ſic in ſpecie dixit gloſ. in cap. ſignifi-
cauit in verbo deciſionem, vbi interpretes
ex.de donatio.inter vir.& vxor. Andr.Gail.
obſerua.78.num.9.lib.2.iure enim commu-
8 ni quæſita à viro ſibi acquiruntur,& † ſimili-
ter quæſita induſtria vxoris ſua non mariti
ſunt : vnde dixerunt egregie Pet.Cyn.Bald.
& Fulgoſi.quos citat & ſequitur Palat.Rub.
in repe.rubri. de donatio. inter vir. & vxor.
9 §.62.num.5.verſic. Ex iſta † autem ſocieta-
te quod mulier non tenetur etiam ad præ-
ceptum viri negotiari. ad id ponderat tex-
tum ſingularem in l.ſi mulier §.ſi vir vxori ff.
de donatio.inter vir.& vxor. Bald. Fulgoſi.
deciſio. 10. Rotę Anton. Gomez quos citat
Ioan.Garci.tract.de coniug.acq.num.72.
10 Etſi enim † teneatur mulier viro inſerui-
re & operas ei præſtare l.ſicut ff. de oper. li-
berto.de operis obſequialibus intelligendū
eſt & domeſticis paruæ æſtimationis,quas &
marito impendere tenetur argum. tex. in l.
in rebus §.poſſunt ff.commo.l.ſi cum dotem
§.in ſæuiſsimo ff. ſolut. matrimo.expreſsim
Bald.in l.ſi vxorem C.de condi.inſert. Gu-
tier. lib. practica. quæſtio. 2. quæſtio. 120.
num.3. vnde Barto. Bal. & cæteri omnes in
l.diuortio ff.ſolut.matrim. plurimum in hac
re tribuunt qualitati vxoris an nobilis ſit,
vel ignobilis : omnes tamen affirmant vxo-
rem ſibi querere & lucrari non marito; cum
& Iuſtinianus in titul. inſt. per quas perſo.
nob. acquir. nuſquam de vxore meminerit
11 reſpectu viri ſui. Vnde dixit † ſingulariter
Bald.in l.ſi in vita C. de nupti. quem etiam
refert Pala.Rubc.in loco ſupra citato, quod
licet maior ſit poteſtas mariti in filiamfa-
milias vxorem ſuam quam patris, quia po-
teſt eam repetere ab inuito patre l. 2. ff. de
libe. exhiben. remanet tamen in patria po-
teſtate,quia teſtari non poteſt l.qui in pote-
ſtate.ff.de teſtam.Item quia patri quęrit ad-
uentitia & alia,quæ lucratur demptis operis
quas viro impendere tenetur; ſed ſi patre
careat vel alias emancipata ſit, aut eo ipſo
iuxta iura municipalia quod mulier nubit
exit de patria poteſtate vt legib⁹ huius reg-
ni & vlterioris Hiſpaniæ cautum eſt, in his
certè caſibus ſibi quæret Menoch. qui tamē
de ſuperioribus non meminit in commen.
de pręſump.lib.3.pręſu.26.nu.14.ideo mu-
lieri cum viro ſocietatem contrahere per-
12 mittitur,alias ſuperfluum foret; nam & ſi †
cum viro ſimul aliquid ſtipulatur partem ſibi
quærit non marito.glo.communiter recepta
in l.ſcripturæ C.de fid.inſtrumen.Bald.Ale-
xand. Rochegal. & alij quos ſequitur Oſaſ.
deciſio.Pedemon.140.num.6.
13 Ita fit † vt vel leges municipales aut ſta-
tuta,vel conſuetudines quæ ſocietatem inter
coniuges inducunt veluti correctoria iuris
communis odioſa iudicantur;cum receſſus à
iure communi omnis odioſus cenſeatur; ad
tex.in l.quod vero contra,cum vulga.de legi.
omnes in l.ſi vero §.de viro ff.ſolut.matrim.
ſic expreſsim de huiuſmodi legibus vel ſta-
tutis municipalibus ſcripſit Nico. de Vbal.
tract.de ſucceſ.abinteſt. 4.part. refert & ſe-
quitur Caſſane.in conſuetu. Burgun.rubr.4.
§.2.glo.fœminę nu.4. & 16.Benedict.in ca.
Raynuncius verbo & vxorem nomine Ada-
latiam num.792.Dida.Caſtel.Crauet.& An-
to.Gomez. quos refert & ſequitur Burg. de
Paz.quæſt.8. nu.24. quibus ex veteribus ſu-
peraddit Anchar.conſ.102. Bald.conſ.235.
14 & Fabru. dicētē † huiuſmodi ſtatuta ſæpè in
cauſa fore vt per ea liberi ſpolientur & de-
15 fraudentur, cum † morte mariti facilius nu-
bant & ſecundum ditent virum vt experien-
tia docet; Eadem verba refert Benedict.vbi
ſupra nu.786.Boer.in d. rub. & §. col. 2. Et
ſuperiorem etiam opinionē quod huiuſmodi
ſtatuta odioſa ſint tenuit Gutier in d. quæſt.
118.nu.6.ad finem:Simanc. in Catho.inſtit.
ca.9.nu.103.Matien.in d.glo.1.num.77.
16 Valere † autem ſtatuta hęc,quæ talē indu-
cunt communionem certum eſt, ſimiliter &
conſuetudinem ſic Caſſa.Boeri. Pir.Crauet.
Did. Benedic.in locis ſupra citatis Pechi.in
d.ca.1.nu.1.& 2. Matien.in d.glo.2.num.3.
quibus addo Panor.in ca.ſignificaſti nu.3.de
donatio.int.vir.& vxor.vbi Butri.nu.6. An-
char.conſ.102.nu.3.& 4. Andr. Gail. obſer-
ua.86.num.13.14.lib.2.
Ex his ſequitur quod cum de iure cōmuni
nulla cenſeatur contracta ſocietas inter virū
& vxorē, vbi id lege vel conſuetudine ſtatu-
tum non eſt,vt vxor in vim ſocietatis acqui-
rere lucra poſsit, id in contractu matrimo-
nij paciſci debet, ita citati ſuperi⁹ interpre-
tes & Gail. d. obſerua.78.nu.9.Et quamquā
authores prædicti nihil allegent,probat tex.
egregius in l.rei iudicatę §.ſi mulier in verb.
ſocia



ſocia ff. ſolut. matrimo. Gerard. ſingul.99.
Bal. in l. ſi vxor. C. de condi. inſert.Fran.
Mar. deciſio. 508. & eos refert & ſequitur
Canal.deciſio.11.num.5.par.2.
17 Maior † autem occurrit difficultas cum à
lege municipali, ſtatutis, vel conſuetudine
hæc matrimonio cōtrahitur ſocietas,num in
eo contractu poſsit in fauorem mariti, vxor
ſocietati renunciare; non enim valere re-
nunciationem videtur; quia pactum ſit mu-
lieri damnoſum,conſequenter inualidum ad
tex.in l.2.3.& l.Attilicinus ff. de pact.dota-
li.dixi latius hoc lib.quæſt.1.
18 Contrarium † verius videtur vt poſsit ma-
ritus contrario pacto ſibi de bonis acquiren-
dis prouidere iuxta text. in cap. 1. de filij.
nat. ex. matrimo. ad morga. contrac. & ſic
ſenſit Ioan. Fab. & Migoni.quos ſequitur &
citat Pechi. tractat. de teſta. coniuga. lib. 2.
19 cap. 1.num. 3. ea vtitur † ratione quia cum
ſocietas ſub conditione iniri poſsit l. de ſo-
cietate C. pro ſoci. & valeat pactum vt ma-
ritus dotem partis lucretur l. ex morte l. ſi
conuenit C.de pact.conuen. nulla cauſa ad-
eſt ob quam huiuſmodi pactio irritari poſ-
ſi; quod & ſcripſit ſimiliter Rodri. Xuar. in
d.titu. *de las ganancias* quæſt.2.num.24.
Secundo fortius facit poſſe mulierem ne-
dum in contractu matrimonij,ſed & poſt cō-
tractum renunciare in fauorem mariti lucro,
quod vel ex ſtatuto, aut pacto ſibi debetur
moriente ipſa vt multorum authoritate do-
cui hoc lib.quęſt.46.
20 Tertio † quoniam omnia pacta matrimo-
nialia cenſentur permiſſa,quæ non reperiun-
tur expreſsim interdicta, vel non tendunt in
præiudicium mulieris auferendo ſibi iura
dotalia, vel iterum nubendi facultatem.dixi
in quæſtio.1.hoc lib. quibus nunc addo An-
21 dre.Gail.obſerua.78.num.8.& 9. lib.2. is †
docet pacta inter virum, & vxorem celebra-
ta in contractu matrimonij valere omnia,et-
ſi aduerſus ſtatuta ſint locorum, vel conſue-
tudines dum expreſſe non reprobentur; cu-
ius tamen generalis traditio paulo ſuperius
num. 6. Quatenus ait valere omnia pacta
dotalia etiam aduerſus iuris diſpoſitionem
conuenta; vera non eſt; vti admodum gene-
ralis, ex dictis à me dicta quæſt. 1. quæ non
repeto, & ex dictis per eundē Gail.obſerua.
84.num.5.lib.2.

## SVMMARIVM.

1 *Inita ſocietate inter virum & vxorem in cō-*
*tractu matrimonij, ſi poſt illud putatiuum*
*detegatur an lucra ſint communicanda.*
2 *Donatio inter coniuges putatiuos morte non*
*confirmatur.*
3 *Dos putatiua non habet beneficium dilationis*
*à iure conceſſæ.*
4 *Maritus fructus dotis putatiuæ non lucratur*
*vt maritus, ſed vt bonæ fidei poſſeſſor.*
5 *Coniuges putatiui non gaudent lucris, quæ ab*
*ſtatuto deferuntur.*
6 *Matrimonium putatiuum, & verum in omni-*
*bus fere conueniunt.*
7 *Matrimonium putatiuum eiſdem gaudet pr-*
*rogatiuis, quibus & verum.*
8 *Opera, & induſtria præcipue in ſocietatis con-*
*tractu attenditur.*
9 *Matrimonium putatiuum in omnibus vt ve-*
*rum habetur dum coniuges contrahant in*
*facie Eccleſiæ.*

## QVÆSTIO. LXVI.

*CONVENTIONE FACTA, ET*
*ſocietate expreſsim inita in contractu*
*matrimonij, ſi poſt illud putatiuum de-*
*tegatur, an ſint lucra communicanda,*
*ac ſi verum foret.*

1 IN præfatione † huius tractatus
dixi matrimonio putatiuo om-
nia ferè indulta,& priuilegia ve-
ro conceſſa, illi etiam tributa à
iure fuiſſe; quod relatis multis
verum eſſe ſcripſi inibi; Nunc ſe offert quæ-
ſtio diſcutienda an inita ſocietate inter vi-
rum & vxorem,qui ignorantes impedimen-
tum bonafide contraxerant, & ſocietatem
coierant, ſi poſt impedimentum detegatur,
& inter eos legitimum non fuiſſe matrimo-
nium appareat, vtrum lucra communicanda
ſint; Et quidem non fore communicanda
videtur.
2 Primo † ad id ſolet adduci text.in l. cum
hic ſtatus §. fina. ff. de donatio. inter vir. &
vxor. quo in text.probatur donationem in-
ter coniuges putatiuos factam, morte non
confirmari, quoniam iniuſtum fore legiſ-
latori viſum eſt,vt quod matrimonium ille-
gitimum fuit, veri & legitimi pręrogatiuam
conſequatur; quod dixit ſingulare Bald. in
l. eam quam num.22.C. de fideicom. vbi &
Iaſſon.Alexan.in l.ſi cum dotem §. fina.col.
2.ff. ſolut. matrimo. Nouel. tractat. de dot.
part.11.in 2.part.principa. à num.1.vbi la-
tiſsimè diſcrimina matrimonij veri & puta-
tiui recenſet.
3 Secūdo † quia dos putatiua nō habet dila-
tionē à iure cōceſſam ad dotē ſoluendā, iux-
ta gloſam cōmuniter approbatam in l. 1. §.
exactio in gl.magna C. de rei.vxo.actio.quā
dixit communem Nouell.in loco ſupra cita-
to in 12.fallentia. ita fit vt maritus etiā pu-

 tatiuus

tatiuus non gaudeat priuilegio ne conuenia-
tur vltra quam facere poteſt Alexan. in dict.
§. fina. Rip. in rub. ff. ſolut. matrimo. num. 63.
4 Neq. † fructus dotis putatiuæ lucratur mari-
tus quatenus maritus, ſed vt quilibet alius
bonæfidei poſſeſſor l. in inſulam §. fructus ff.
ſolu. matrimo. vbi interpretes omnes. Neq.
ſucceſsio abinteſtato, qua poſt plures ad ſuc-
ceſsionem vocatos datur coniugi ſuperſtiti,
conceditur coniugi putatiuo l. 1. vbi omnes
C. vnd. vir. & vxor.

5 Tertio † & vltimo ſtante ſtatuto de lucro
dotis ſuperſtiti deferẽdo, vel inito pacto de
certa portione lucrãda adinuicem vbi vnius
morte matrimonium ſolueretur, ex recep-
tiſsima opinione traditum eſt, coniuges pu-
tatiuos lucro, quod ab ſtatuto vel pacto de-
fertur minime gaudere poſſe, ex tex. in l. 1.
vbi Angel. & Salicet. C. de condi. ob cau. &
tex. in §. aſcriptitio in auth. de nup. §. ſi vero
ab initio illo eod. titu. ſic adnotarunt Bald.
Angel. Alexan. Iaſſon. Ripp. Barba. Felin.
Ruin. Nouel. Campe. Marſil. & alij plures
quos refert & ſequitur Rolan. tracta. de luc.
dot. quæſt. 97. à num. 5. & 6. Caſſa. in conſue-
tud. Burgund. rubr. 4. §. 2. num. 4. Didac. in
Epito. de ſponſali. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 8.
Tiraquel. qui innumera cõgeſsit de hoc ma-
trimonio putatiuo in ll. connubia. gloſ. 8. à
num. 270.

Contraria opinio & verior & receptior
eſt in ſpecie propoſita vt communicari lucra
debeant perinde ac ſi legitimum fuiſſet ma-
trimonium quando bonafide coniuges con-
traxerunt vt non obſcure innuit text. in ca. 2.
vbi glo. & cęteri poſt eam extra de donatio.
int. vir. & vxor.

6 Secundo † quia matrimonium verum &
putatiuum in omnibus fere conueniunt cap.
debitum de bigam. cap. ad Andientiam de
ſponſa. fusè Tiraquel. in loco ſupra citato.

7 Tertio † nam data iuſta impedimenti ig-
norantia matrimonium putatiuum eiſdem
gaudet prerogatiuis quibus & verum d. l. ſi
cum dotem §. fina. ff. ſolut. matrim. vbi egre-
gie declarat Alexan. porro quoad propoſitã
ſpeciẽ pertinet ratio huius traditionis ma-
8 nifeſta eſt; quia † non aliud quam induſtria
& opera in huiuſmodi ſocietate attenditur,
quæ ſic vindicat in coniugibus putatiuis ſicut
in veris; nam & ſecluſo matrimonio poterat
talis coiri ſocietas, vnde idem ius ſtatuendũ
eſt l. 1. vbi Bald. & Salicet. C. de condi. ob
cau. quam opinionem probarunt ex anti-
quioribus Panormit. in d. cap. 2. de dona. int.
vir. & vxor. fusè Palat. Rube. in rubr. de do-
na. int. vir. & vxor. §. 62. num. 23. & §. 36. n. 2.
Dida. Segur. in tracta. de bo. lucra. conſ. ma-
tri. num. 97. Anton. Gom. in l. 56. Tau. n. 69.
& 77. Tiraq. ad ll. connubia. glo. 8. nu. 270.
Dida. Couar. in Epitom. de ſponſali. 2. part.
cap. 7. §. 1. num. 7. & 8. Caſſa. in conſuetu.
Burg. rubr. 4. §. 2. num. 4. Nouell. tracta. de
dot. par. 11. 2. par. nu. 29. ad finem. Matien.
in l. 2. glo. 1. num. 5. & 6. titu. 9. Rodr. Xuar.
in titu. *de las ganancias* in prin. & nu. 5. & 6.
& ſic deciſum fuiſſe in Senatu Luſitano re-
fert Anton. Gom. deciſ. 89. à num. 1. & iterũ
deciſ. 176. num. 1. Ioan. Garci. tracta. de ac-
queſt. coniuga. num. 159. Dida. Perez. in l. 4.
titu. 4. lib. 5. Azeue. in l. 2. à num. 4. titu. 9.
alios prætereo.

9 Verum † intelligẽda hæc communis opi-
nio eſt, quando coniuges contraxerunt in fa-
cie Eccleſiæ & hodierno iure cum ſolemni-
tatibus requiſitis à ſacro Concilio Triden-
tino cap. 1. ſeſsio. 24. alioquin ſecus, vt rectè
animaduertunt Garcia in d. loco ſupra cita-
to Auenda. reſpon. 20. Baeça tracta. de de-
cim. tuto. cap. 12. nu. 17. Perez. in d. l. 4.

Ex quibus non obſtare priora contraria
apparet in illis enim cauſa finalis matrimo-
nij, quæ occaſionem tribuit conceſsioni, ceſ-
ſat in putatiuo matrimonio; proinde nec do
natio inter eos morte confirmatur; ſic neque
gaudet huiuſmodi matrimonium priuilegio
dilationis à iure conceſſæ, neque alia priui-
legia in tertio contrario enarrata locum ha-
bent propter eandem rationem; in noſtra
ſpecie nihil ad rem ſi matrimonium eſt pu-
tatiuum, cum vt dixi opera, induſtria, & dili-
gentia in ſocietate adhibitæ ſolum conſide-
rentur; nam etſi non fuiſſet contractum ma-
trimonium eadem poterat coiri ſocietas.

## SVMMARIVM.

1 *Lucra ex ſocietate prouenientia an mulier prop-
ter adulterium amittat.*
2 *Mulier propter adulterium dotem amittit.*
3 *Ius proprium difficilius amittitur, quam quæ-
rendum.*
4 *Mulier propter adulterium nedum dotem ſed
& alimenta perdit.*
5 *Mulier propter adulterium bona parapher-
nalia amittit.*
6 *Mulier propter adulterium nedum dotem da-
tam ſed & promiſſam perdit.*
7 *Mulier vidua relicta adulterium comittens
intra annum luctus dotem amittit.*
8 *Mulier propter adulterium ſummam marito
iniuriam infert.*
9 *Maritus propter adulterium maiori efficitur
dolore & iniuria, quam ex filij occiſione.*
10 *Adulterio quemquam offendere magis eſt quã
gladio occidere.*
11 *Statuto ſtante quod mulier bannita poſsit im-
pune offendi, non tamen poteſt adulterari.*
12 *Adulterio, marito, conſanguineis, & Reipu-
blicæ iniuria infertur.*
13 *Tranſactio in adulterio prohibita.*
14 *Mulier adulterio matrimonij ſacramentum
infringit.*
15 *Lucra quæ ex ſocietate proueniunt coniugibus
lege id præcipiente, propter adulteriũ amit-
tuntur.*
16 *Ius quærendum tunc facilius amittitur quam
quæſitum cum eadem ratio vindicat.*
17 *Mulier vidua relicta de iure dotem non amit-
tit ex veriori opinione propter ſtrupum.*
18 *Vidua ſtrupum comittens qualiter iniuriam
mortuo marito inferre dicatur; atq. illius
animam contriſtari propter tranſitum ad
ſcunda vota.*
19 *Iuſtinianus Imperator dum ſcribit animam
defuncti propter tranſitum mulieris ad ſe-
cunda vota contriſtari, maximo errore la-
bitur.*
20 *Animæ cœleſtes nullis ſeculi infortunijs con-
triſtantur.*
21 *Animæ infernales vel quæ in purgatorio ſunt
huius ſeculi facta ignorant.*
22 *Vidua dum vidua eſt in prioris mariti conſor-
tio degere cenſetur.*
23 *Vidua in prioris mariti conſortio degere vide-
tur, attenta iuris fictione.*
24 *Mulieri plus luxuria prodeſſe non poteſt quã
caſtitas.*

## QVÆSTIO. LXVII.

*SOCIETATE IN MATRIMO-
nij contractu inita, muliere adulteriũ
comitente; An ſicut dotem ſic & bona
perdat lucrata, noua quæſtio agitatur.*

1 ETSI multa † interpretes Hiſ-
panici in ll. illas vlterioris Hiſ-
paniæ dixerint quę ſocietatem
inter virum & vxorem ex ipſo
ſolo matrimonij contractu in-
ducunt atq. noſtri etiam interpretes in iuris
communis expoſitione, nullibi tamẽ in ter-
minis tractatum vidi, an mulier quæ viuente
marito propter adulterium dotem perdit,
ſic etiam bona amittere debeat lucrata ex
ſocietate excipio Cancerium, qui eam per-
tingit veluti obiter in ſuis reſolutio. lib. 1.
cap. 9. num. 80. videtur itaq. dicendum ea
2 perdere, quoniam † amittit dotem, quæ ip-
ſius eſt proprium patrimonium l. 3. §. ſed
vtrum de minori. & quę ſuccedit loco legiti-
mæ iuxta Barto. traditionem in l. Titio cen-
tum §. Titio genero vbi cæteri omnes de
condi. & demonſt. Bald. in l. ſanccimus C. de
nup. Surd. tracta. de alimen. titu. 1. quæſt. 31.
num. 30. multo magis amittere bona lucrata
in vim ſocietatis debet: Maior propoſitio
probatur notiſsimo textu in cap. plerumq.
ex. de donatio. int. vir. & vxo. vbi Panormit.
Imol. Anto. & alij omnes Bolog. Dida. Bal.
Nouel. & alij plures, quorum communem
dixit ſententiam Iuli. Clar. in §. adulterium
num. 13. Guid. Pap. Tiraquel. Deci. Henri.
Collect. quos ſequitur & refert Surd. tracta.
de alimen. titu. 7. quæſt. 16. num. 20. 21. 22.
quo loci ex communi opinione idem eſſe
dixit in vxore putatiua; Atq. idem aduerſus
Barto. etiam ſi maritus conuincat vxorem in
iudicio ciuili.

3 Secundo † id ipſum aſtruere videtur quia
difficilius amittitur ius propriũ & iam quę-
ſitum, quam ius quærendum & ab alio præſ-
tandum, atq. ideo facilius hoc vltimum re-
mittitur glo. & interpretes in l. ſeruus. ff. de
pact. dotali. l. qui autem in princi. ff. quæ in
frau. credito. egregie Becci. in conſ. 56. num.
36. Surd. tracta. de alimen. titu. 7. quæſt. 16.
num. 19. idem Surd. conſ. 351. num. 38. li. 3.
Cordub. in l. ſi quis à liberis §. ex his nu. 75.
4 ff. de libe. agnoſcen. & † in his locis citati in-
terpretes docuerunt; vxorem ratione com-
miſsi adulterij perdere dotem proprium il-
lius iam quæſitum patrimonium, conſequen-
ter magis multo amittere alimenta, quę ſibi
à marito debentur; ita fiet vt ſi propter adul-
terium mulier dotem amittit, multo magis
lucra conſtante matrimonio per maritũ ac-
quiſita ſuo labore & induſtria.

5 Tertio † propter adulterium mulier ne-
dum amittit dotem ſed & bona parapher-
nalia, quæ extra dotem habet glo. communi-
ter recepta in d. cap. plerumq. & licet aduer-
ſus gloſam tenuerint Panormit. & Præpoſi.
eam tamẽ fere omnes alij ſequuti ſunt. qua-
les Roma. Iaſſon. Gerard. Palat. Rube. Hip-
poli. & alij quos citat & ſequitur Dida. Co-
uar. in Epito. ad 4. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 2.
Claru. in d. §. adulterium nu. 15. Quinimo &
arras perdere ſupra relati affirmant & com-
munem itidem eſſe opinionem teſtatur Di-
da. d. §. num. 2. Claru. d. §. adulterium nu. 15.
Matien. in l. 5. gloſ. 8. titu. 9. num. 19. lib. 5.
Gerard. Boeri. Celſ. Hugo. & Rip. quos ſo-
los citat Cancer. lib. 1. reſolutio. cap. 9. nu.
69. & 70. vbi idem & rectè aſſerit fore de
6 iure noſtro Regio Cathaloniæ. Dos † etiam
nec dum data ſed etiam promiſſa propter
adulterium perditur l. ſi mulier ff. de condi.
inſtitu. vbi Bald. Pala. Rube. in rubr. de do-
natio. int. vir. & vxor. §. 20. num. 1. Et in ſpõ-
ſa de prǽſenti, quos & ſequitur omnes Surd.
d. quęſt. 16. num. 28. 29. 30.

7 Quarto fortius, vidua † quę morte mariti
ab illius iure & legibus (vt Apoſtolus ait) ſo-
luta

luta eſt, adulterium comitens ſaltim intra
annum luctus dotem amittit, quæ viri hære-
dibus applicatur Paul.de Caſtr.in l. fideicō-
miſſum C.de fideicom. Prępoſi. Marſil.Ge-
rard.Pala.Rub.quos citat Dida.Couar.dict.
§.num. 10. quo loco licet multos alios con-
trariam tenentes adducat quales Alex.Caſ-
ſan.Carol. Molin. Choueri. Crauet. Pinel.
Crot.Acoſt. dubiam tamen aſſerit inibi hāc
extremam. Verum his non obſtantibus con-
trarium verius michi videtur. Moueor quod
8 contraria, nullo iure probetur. Secundo † nā
ratio prҫcipua, qua mulier propter adulteriū
dotem & iura dotalia perdit ea eſt, quoniam
ſummam ex thori violatione iniuriam ſuo
infert marito, cuius ratione inducitur à iure
Canonico ſeparatio ca. ex litteris de diuor-
tijs.perpenſa delicti grauitate cap. etſi cle-
rici §. de adulterijs de iudi. vt nulla poſsit
cauſa tantum ſcelus iuſtificari cap. etſi Chri-
9 ſtus de iur.iuran. Et maiori † maritus afficia-
tur dolore & iniuria, quam ex filij occiſione
l.codicillis §. inſtituto de lega. 2. in verbis
filium interfecit, & alia deteriora fecit, quæ
verba omnes illic interpretes de vxoris in-
tellexerunt adulterio. Pala. Rub.in rub. de
donatio. inter virum & vxor. §. 88. num.
3.Tiraq.in ll.connubia.l. 13.nu. 26. Manti.
Alex.Neuizan.& alij relati per Surd.d.quęſ.
16.num.25. quo in loco pulchre multorum
10 authoritate ſcripſit, † plus fore quemquam
adulterio offendere, quam illum gladio oc-
11 cidere; atq. ideo † inquit ſtante ſtatuto, quod
mulier bannita poſsit impune offendi, non
tamen poterit adulterari §.1. in auth. de le-
12 noni. Quoniam † ex adulterio marito, con-
ſanguineis, & reipublicæ infertur iniuria l. 1.
§. vſque adeo l. ſtichum ff. de iniur. Vnde
13 † & de adulterio tranſactio non fit l. tranſi-
gere vel paciſci C.de tranſ.dixi & explo.iur.
Hæc ſanè ratio ceſſat in bonis propter ſo-
cietatem initam acquiſitis perdendis, quia
non vt vxor, ſed vt quilibet ſocius & extra-
neus acquiſiuit; & poterat contrahi ſocietas
inter eos etiam ſecluſo matrimonio. Atque
ex hac eadem ratione ex communi opinione
reſolui ſuperius quæſtio.62. in matrimonio
putatiuo conferri hinc inde lucra deberi;
quoniam non principaliter propter matri-
monium ſocietas deſcendit, & lucra, quæ ex
ea obuenerunt, ſed ex opera induſtria & di-
ligentia coniugum; vnde etſi poſt matrimo-
nium illegitimum detectum ſit, non inde ſo-
cietatis iure acquiſita mulier perdere debet.
hanc opinionem, & rectè tenet dictus Can-
cerius vbi ſupra maxime attento iure huius
principatus, quo ſecundum regias conſtitu-
tiones vidua ob ſtrupum non amittit bona
propria.

Contraria vero ſuperius adducta non ob-
ſtant, nam perdit dotē mulier propter adul-
terium & alia etiam, quæ veluti acceſſoria
ſunt ad dotem, & matrimonium qualia ſpō-
ſalitium, bona paraphernalia & his ſimilia;
14 iuſtum enim viſum † eſt eam, quę adulterio
admiſſo in corpus ſuum peccans tantum, &
tam magnum matrimonij Sacramentum in-
fringit & labefactat, vt dote & alijs omni-
bus matrimonij occaſione adductis priue-
tur, opera autem, induſtria, & diligētia in ſo-
cietate inita, cuius occaſione lucra hinc inde
acquiſita fuerunt nihil commune cum adul-
15 terio vel matrimonio habent, Atque † ideo
vbi lege, ſtatuto, vel conſuetudine ex contra-
ctu matrimonij ſocietas ipſo iure contrahe-
retur, vt in vlteriori Hiſpania, & quibuſdam
Galliæ locis, exiſtimarem lucra ſimul cum
dote propter adulterium amitti. Et video
legibus illis Hiſpaniæ iuſtiſsime id ſancitū
fuiſſe, nedum in muliere adulterium comit-
tente durante matrimonio, ſed & poſt illud
ſolutum, in vidua dum viduitatem agit.
16 Verum † & ratio illa quod facilius amit-
titur ius quęrendum & ab alio præſtandum
quam iam quæſitum, tunc procedit cum quę-
ſitum ius & quærendum, vnam habet & can-
dem rationem, ſecus vero ſi diuerſam, vt ex
citatis interpretibus colligitur: ita fit vt mu-
lier, quæ dotem propter adulterium perdit
multo magis alimenta à marito pręſtanda: in
noſtra autem ſpecie induſtrię, & operæ in ſo-
cietate pręſtitę ratio alia eſt, ab ea, qua dos
17 amittitur vt ſuperius dixi. Sed & † quod de
vidua extremo adduxi, quoad ius commune
pertinet, verum non eſt vt dotem amittat §.
fina.in auth. de reſti. & ea quæ par. quo in
text. aperte probatur viduam ex ſtrupo co-
miſſo intra annum luctus ſolum puniri in eo
lucro, quod ex bonis viri habitura fuiſſet,
vnde & amittit quartam debitam ex diſpo-
ſitione auth.prętereа C.vnd.vir.& vxo.Pala.
Rub.in Rub.de donati.int.vir.& vxor.§.67.
num.15.quem ſequitur nouiſsimè Surd. de-
ciſsio.68. num. 14. de dote autem, quę pro-
prium eſt mulieris patrimonium text. ille
non meminit; ſumma autem inter dotem &
lucra differentiæ ratio eſt, *non enim par ea-
demque ratio eſt* ( inquit Iuſtinianus) *debita
amittere & lucra non capere* l.fina. C.de Co-
dicil.l. aſsiduis §.fin. C.qui potio. in pigno.
habean. & probatur ſuperior traditio l. ſi
vxor §. diuus in verbis, *matrimonium nec
ſpem matrimonij violare permittitur* ff. ad l.
Iuliam de Adult. vnde finito morte matri-
monio non irrogatur pœna. His & alijs ple-
riſque rationibus hanc opinionem tuetur
Pinel.in l.fina.num.20.de bon. mater. Cod.
Alex.Iaſ. Crauet.& alij quorum ęquam ma-
gis



gis dixit opinionem Didac. Couar.in dict.§.
num.11.Deci. May. Carol.Molin. Caſſana.
Crot.Rip.Anton. Gom. Ioan. de Garroni.
Duare.Boeri.Bon.de Curtil.Dueny. Dida.
Perezi.Eman. A coſt. quos refert & ſequitur
Matien.in dict.gloſ.8.lib.5.num.12.tit.9.
18 Neque his obſtaret † ſi quiſpiam diceret
viduam ſtrupum comittentem iniuriam etiā
mortuo inferre marito, & ſimul illius ani-
mam contriſtare; nedum quidem ex ſtrupo
ſed & ex tranſitu ad ſecūda vota §. quæ vero
nunc in verſic. Nam nec illud in auth. de
nupti.& ſicut viuens vir contriſtaretur atque
19 iniuria afficeretur ſic mortuus. Nam † Iuſti-
nianus d. §. quę vero in verbis illis; *Deum
ſimul & animam defuncti contriſtaret*, &c.
in alienam meſſem manū conſtat appoſuiſſe,
de his quę in cœlo, purgatorio, vel infernis
aguntur iudicando, in quibus omnibus lap-
20 ſus fuit; quis enim † credet animam mariti
ſi ea ęterna gloria & beatitudine fruitur,
poſſe vmquam ex quibuſuis huius ſeculi in-
fortunijs contriſtari, vbi nulla iuxta fidem
Catholicam triſtitia, nec dolor ſed ſempi-
terna ex D. O.Maximi viſione, gloria, & iu-
21 cunditate perfruuntur animę beatæ; ſed †
quæ in purgatorio ſunt vel inferno facta hu-
ius ſæculi ignorant iuxta S.Thomam 1. par.
quæſ.82.art.8.in corpore articuli; niſi aliud
contingeret in exiſtentibus in purgatorio
propter aliquam particularem reuelationē;
vnde ratione nulla effici poteſt vt mortuorū
animæ ex adulterio, & minus multo ex tran-
ſitu ad ſecūda vota, quod iuſte & ſancte. Se-
cundum Apoſtolum fieri poteſt, contriſtari
poſsint: vt hæc & alia aduerſus Iuſtinianum
rectè animaduertit Viui.inter ſuas commu-
nes opiniones, opinione 852.a num. 4. cum
ſequent.multis.
22 Rurſus † nec inſtet aliquis dicens viduam
dum vidua eſt, in prioris mariti cōſortio de-
gere cenſeri l.fina. C.de bon.mater. cum a-
lijs à me citatis quæſ. 58.verſic.Quinto mu-
23 lier; nam † reſpondi illic id per fictionem
eſſe non in veritate cum mors omnia ſoluat;
verum fingit lex aliquando in obſequio ad-
huc mariti fore viduam in his, quæ illius fa-
uorem & priuilegium concernunt; ſicque in
fauorabilibus non pœnalibus de quibus lo-
quimur.vel quod vidua cenſeatur eſſe in ob-
ſequio mariti, intelligi poteſt quoad domi-
cilium, nomen, & aliqua alia, quæ ſanè amit-
tet omnia ſi impudice & turpiter viuat, ne ex
infami & turpi vita plus conſequatur com-
modi quā conſequeretur ſi ad ſecundas nup-
tias tranſiret, quæ proculdubio amitteret:
24 neque † enim mulieri plus prodeſſe luxuria
quam caſtitas poteſt §. fina.in auth. de reſti.
& ea quæ par.Boeri. deciſ.338. Matien.qui
alios d.gloſ. 8.nu. 14.vbi ex Ioan. de Garr.
& alijs num. 13. ineptam dixit argumenta-
tionem multorum, qui ex dict.l.fina. & ſimi-
libus paſsim argumentantur de vidua, quæ
dum vidua eſt cenſetur eſſe in obſequio ma-
riti demortui; vnde & ego dict.quæſtio. 58.
in verſic.Quintę rationi reſpondetur, verio-
rem opinor ſententiam mulierem indotatā
poſt mortem mariti alendam non eſſe ab
hæredibus illius. Quare quod vidua vt mo-
do dixi in fauorabilibus cenſeatur adhuc de-
gere in conſortio mariti, non ſemper verum
eſt, ſed vbi ita ius ex aliqua cauſa id ſtatuit
in alijs ſecus.

## SVMMARIVM.

*1 Societas in matrimonio contracta an tradu-
ctionem vel cohabitationem requirat.*
*2 Matrimonium verum eſt ante traductionem.*
*3 Sponſa de præſenti in fauorabilibus appellatio-
ne venit vxoris.*
*4 Lucrum dotis vindicat in vxore deſponſata de
præſenti licet nondum traducta.*
*5 Sponſi de præſenti, ſocij dicuntur diuinæ, &
humanæ domus.*
*6 Cohabitatio non eſt de ſubſtantia matrimonij.*
*7 Societas ex legibus vlterioris Hiſpaniæ con-
tracto matrimonio eo ipſo etiam contracta
cenſetur.*
*8 Traductio & cohabitatio inter virum & vxo-
rem neceſſaria ſunt ad lucra nuptialia con-
ſequenda.*
*9 Societas conuentionalis in contractu matri-
monij inita cohabitationem requirit.*
*10 Text.in l.Deo nobis C.de Epiſ. & Cleri. de-
claratur.*
*11 Societas ſemel contracta durare præſumitur.*
*12 Societas ſimultanea qualiter requiratur inter
maritum & vxorem ad lucra nuptialia cō-
ſequenda.*
*13 Separatione facta inter maritum & vxorem
culpa viri, mulier ad bona lucrata admit-
titur.*
*14 Socius qui in fraudem ſocij ſocietati renūciat,
perinde habetur ac ſi non renunciaſſet.*
*15 Societati renuncians in fraudem alterius pro
ſocio habetur.*
*16 Societas inter maritum & vxorem contracta
ceſſat quando in totum fit ſeparatio toori.*

## QVÆSTIO. LXVIII.

*CONTRACTA IN MATRI-
monio ſocietas an cohabitationem &
traductionem requirat mariti & vxo-
ris vt communicari lucra debeant.*

EXIS-

EXISTIMARVNT aliqui
1 † ſocietati inter virum & vxoré
contractæ locum eſſe,etſi mulier
ad domum mariti traducta non
fuerit;vel cum ipſa vir habitaue-
2 rit:cum enim ante † traductionem vere ma-
trimonium conſiſtat,& vir ſint & vxor ratio-
ne conſenſus qui ſufficit ad conſtituendum
matrimonium , l. nuptias de regu.iur. quod
aperte conſtat quia inter Ioſeph.& Beatiſ-
ſimam Virginem Mariam verum fuit matri-
monium , vt hæc & alia his ſimilia congeſsi
lib.1.comparatio.3.quo etiam in loco mul-
torum authoritate ſcripſi cohabitationem
de ſubſtantia matrimonij non eſſe. quam-
quam aliquando ex ipſa cohabitatione ma-
trimonium præſumi poſſet, dixi etiam com-
paratio.12.eod.lib.

3 Secundo † accedit quod in l.non ſine C.
de bon.quæ liber.docuit egregie Cyn.in fa-
uorabilibus mulieri, ſpóſam de præſenti lo-
co vxoris eſſe , vxoris ſcilicet appellatione
ſponſam per verba de præſenti cótineri, etſi
ſecus foret vbi de odio ageretur:quem inibi
alij ſequuntur & ex Hiſpanicis ſcriptoribus
Matien.in l.2.glo.1. num.41.titul. 9.libr.5.
alios adduxi quæſ.27.verſic.Tertio amplia-
tur,præcipue Andr.Gail.obſer.80.a num. 1.
lib.2.ſed & hoc eodem libro dict. quæſt.27.
4 & dict.verſic.Tertio † ampliatur communis
regula,dixi ſtatutum , vel conuentionem de
lucro dotis loquentem locum vindicare in
vxore nondum traducta,ſponſata autem per
verba de præſenti;quia tunc vere & proprie
vxor dicitur vbi & hanc communem retuli
citatis multis.

5 Tertio comprobare † eandem opinioné
videntur text.in l.Deo nobis C.de Epiſc. &
Cleri.quo in text.probatur ſponſos de præ-
ſenti ante traductionem vel cohabitationé
dici ſocios diuinæ & humanæ domus quoad
lucra;ſic enim ait Iuſtinia.in verſi.Vnuſquiſ-
que:vnuſquiſque eorú res ſuas recipiat quos
pro dote vel ante nuptias donatione rece-
perat,& hoc tantummodo lucri nomine có-
ſequatur ab eo qui ſolitariam vitam elege-
6 rit : Non † enim vt ſuperius dixi quidquam
cohabitatio facit ad matrimonij perfectio-
nem l. cum hic ſtatus §. ſi mulier & maritus
ff.de dona.int.vir.& vxo.deficientibus con-
iunctis virum & vxorem ab inteſtato vocari,
& vxorem etiam non traductam eo potiri
priuilegio vt hæc & alia congeſsit his ſimi-
lia Palat.Rub.in l.16.Tau.a num.13.

7 Quarto † cenſuerunt ex Hiſpanicis ſcrip-
toribus aliqui quod etſi ex legibus illis ſo-
cietas eo ipſo quod contrahitur matrimo-
nium cenſetur etiá contracta , tum & ex eiſ-
dem legibus conſtat mortua vxore rebus in
eodem ſtatu manentibus durare ſocietatem
inter patrem & filios,conſequenter inferunt
cohabitationem neceſſariam non eſſe , quia
vxore mortua durat ſocietas : ſufficit enim ſi
contractum ſit matrimonium & communi-
cata dotalis pecunia abſque vlla cohabita-
tione.Bar.in l.Titium §.altero verſi.Quæro
an ſocietas ff.de admi.tuto. in hac opinione
fuerunt Pala.Rub.in loco ſupra citato & no-
uiſsimè Ioan. Gar. vir doctus tracta. de ac-
quæſt.coniug.num.56.57.vbi & num. 58.ea
vtitur argumentatione quia inquit ſi ſemel
vxore traducta vir poſtea peregre vellit pro-
ficiſci ad nouum orbem vel alias longinquas
regiones (quod in dies fit) negotiandi gra-
tia , vel ex alia quauis cauſa publica vel pri-
uata ; cum in his caſibus ceſſet cohabitatio,
ceſſaret etiam ſocietas, id autem verum non
eſt , cum non requiratur perpetua & conti-
nuata per omne vitæ tempus cohabitatio vt
iura de viro & vxore loquentia locum ha-
beant l.cum hic ſtatus §.ſi mulier & maritus
ff.de dona.int.vir.& vxo.

8 Contraria † opinio & verior & receptior
eſt , ſiue contracta fuerit ipſo facto ſocietas
inter virum & vxorem vt in legibus vlterio-
ris Hiſpaniæ , ſiue conſuetudine obtentum
quemadmodum apud Gallos , ſiue ex con-
uentione vt nonnullis huius principatus lo-
cis & Regni Aragonię.

Imprimis traductionem requiri cenſue-
runt innumeri ex Hiſpanicis ſcriptoribus
quales Montal.Dida.Segur.idem Pala.Rub.
Dida.Caſtel.Ciſuent.Anton.Gomez, Dida.
Couar.quos citat & ſequitur Matien. in l. 2.
gloſ.1. num. 41.& 42. titul. 9.& præter eos
Auend.reſpon.20.limi.6. Gutier.de iuram.
confir.1.part.cap.7. num.56.Gam. deciſio.
176. num. 2. & deciſio. 357. vbi iudicatum
aſſerit , alias eſt deciſio. 360. de Luſitaniæ
Regni legibus loquitur idem ſtatuentibus
quod leges Regnorum Caſtellę.

Ex Gallicis interpretibus ſic conſuetudi-
nem ſuam interpretantibus cenſuerunt etiá
Caſſane.in conſue.Burgun.rub.4.§.6.verbo
Marię, Boeri.deciſio. 22.num. 27.Deci. qui
Gallos ſequitur conſil.160.& conſil 54.num.
7.idem Boeri.in conſue. Bituricen. titul.de
conſue.matri.§.2.& ij omnes referunt ſic in
curia iudicatum fuiſſe Pariſien.

Addo † ipſe idem non aliud iudicandum
9 cum conuentione ſocietas in contractu ma-
trimonij initur ; cuius ratio efficax eſt quo-
niam ex cohabitatione mulier ſocietatis of-
ficium exercere poteſt,& abſque ea præſtare
illud nequit,veluti operam impédere in re-
bus domeſticis conſeruandis & augendis , &
innouiter acquirendis ; & præcipuus finis &
ſcopus coniugum ſocietatem in matrimonio
contra-



contrahentium eſt vt ex ipſa cohabitatione
perfecta adimpleatur ſocietas , qua ſublata
neque de facili præſumi neque etiam poteſt
adimpleri:qua ratione conſiderata non ob-
ſtant duo priora argumenta in contrarium
adducta vere enim vxoris appellatione in
his quæ fauorabilia ſunt , ſponſa de pręſenti
continetur,in noſtra ſpecie minimę , quoniá
inter illos & hunc caſum ratio differentiæ
maxima eſt, in illis nulla ex parte mulieris
opera vel induſtria requiritur , in quæſtione
propoſita opera,ſolertia,& induſtria vxoris
vt ſocietatis iura adimpleantur neceſſaria
ſunt; quam diuerſitatis rationem poſt vete-
res ff.Hiſpanię vlterioris interpretes reddit
Matien.in dict.glo.1. num.41.

10 Non obſtat † tertium ex l.Deo nobis C.
de Epiſco.& Cleri.quem text. pro contraria
parte adduxit Ioan.Garcia in loco ſupra ad-
ducto,nam vera illius & ſimilium iurium in-
terpretatio á nobis tradita fuit hac ſectione
quæſ.61. quod intelliguntur de ſocietate in
his operis pręſtandis quas neceſſario vxor
marito impendere tenetur veluti obſequia-
libus,& domeſticis paruæ eſtimationis, verú
cum de lucro loquitur in illo tantú caſu pro-
cedit,quia appellatione vxoris vt modo di-
xi in fauorabilibus ſponſa de pręſenti con-
tinetur non vbi vxor operam & induſtriam
præſtare cogitur vt in ſocietate quæ apte niſi
cohabitatione exerceri nequit.

Neque oberunt quæ idem Garci. poſt Pa-
la. Rub. adducunt in quarta argumentatio-
ne; ſufficit enim quod á principio coniuges
cohabitauerint,licet poſt vnus ex illis dece-
dat vel peregre ad negotiandum proficiſ-
11 catur , contracta † enim ſemel ſocietas legi-
timè durare pręſumitur, cum enim diuiſio á
ſocietate contracta ſit quid facti non præſu-
mitur niſi probetur Maſcard.in commen.de
probatio. conclu.525. num.1. Menochi. de
præſ.lib.3.pręſ.60.num.1. quamquam con-
iecturis probari receſſus á ſocietate poſsit
quas Menoch.dict.præſ.adduxit. Atque hæc
12 † ſimultanea habitatio mariti & vxoris ad
ſocietatem ineundam non tam neceſſaria eſt
vt perpetuo in eadem domo & ſub eodem
tecto commorari debeant , ſat enim etſi ſi
vnam domum retineant & eádem familiam
etſi alter ex his negociationis prætextu ab-
ſit l.1.§.domum ff.de libe.agnoſ.vbi Barto.
& alij argu.text.in l.quæſitum §. 1.de lega.
3. ſic dictio ſemper perpetuitatem inducit
etſi aliqua contingant interualla. Accurti. in
proe.inſtitutio.in verbo ſemper Auguſtus,&
idem contingit in ſeruitutibus quæ cauſam
continuam habent interpretes in l. 2. C. de
ſerui.& aqua.

13 Sané † ſi ſeparatio mariti & vxoris poſt
cohabitationem cótingeret culpa viri, vxor
ad bona lucrata ratione ſocietatis admitte-
retur ne ex dolo & proprio delicto maritus
commodum reportaret;conuerſo ordine, ſi
ſeparatio culpa vxoris fieret , maritus ad
bona lucrata per vxorem ratione cómunio-
nis admitteretur l. ſi filia ff. de diuorti. vide-
tur enim lucrum hoc coniugibus deferri vt
ſuperius dixi , veluti tacita quadam adiecta
conditione ſi cohabitauerint,quo in caſu có-
ditio habetur pro adimpleta, vbi vnius cul-
pa conditio defecit l.quæ ſub conditione §.
quoties dę condi.inſtitu. l.iure ciuili de con-
di. & demonſ. & comprobat text. in l. fina.
C.de repud. quo in text. probatur maritum
expellentem abſq. cauſa legitima ſuam vxo-
rem puniri in amiſsione quartę partis bono-
rum ſuorum.Vnde multo magis effici prop-
ter illius culpam debet , vt quod legitima
conuentione mulieri debetur id illi præſta-
re cogatur.

14 His ſimile † eſt quod vbi ſocius præuidés
lucrum ex negociatione ſua prouéturum ca-
lide in alterius ſocij fraudem ſocietati re-
nunciat ne lucra comunicare illi teneatur,
perinde habetur ac ſi nuſquam renunciaſſet,
ne ex dolo lucrum conſequatur , vnde com-
municare cogetur. §. manet inſtit. de ſocie-
ta. l. actione §. diximus ff. pro ſoci. intem-
15 peſtiue † enim renuncians ſocietati perpe-
ram agit, & pro non renunciante habetur l.
actione §. labeo ff. pro ſoci. vnde quęſita
ante cohabitationem & poſt cohabitationé
communicanda ſunt; ſic ex citatis iuribus &
rationibus docuit Pala. Rub. in repe. rubr.
de donatio.inter.vir.& vxo.§. 64.num. 2.&
ſequent.multis.idem in l.16.Taur. num.29.
Anton.Gom.in l.53. num.72. Dida. Caſtel.
in l.16. gloſ.magna col. 7. verſic. Sed pone
quod vxor Segur. in l. vnum ex familia. §.ſi
fundum num.39.de lega.2.Pinel.in l.1.par.
1.num.58.C.de bon.mater.Matien.in dict.
gloſ.1.num.45.46.47.Couar.in Epito.ad 4.
2.part.cap.7.§.1.num.6.Ioan.Garci.in tra.
de acquęſ.coniuga.num.59.

Tuetur ſuperiora quod ſcripſi quęſt. 39.
quo loci ex cómuni reſolui maritum expel-
lentem vxorem abſque illius culpa amitte-
re lucrum dotis quod ſibi ab ſtatuto defer-
tur.

16 Intelligenda † auté ſunt ſuperiora omnia
quando ſeparatio mariti & vxoris non fie-
ret in totum , veluti cum propter rixas vel
mariti ſeuitiam vxor cohabitare cum eo nó
poſſet;ſecus vbi iudicio Eccleſię in totú vnus
ab alio diuertit , tunc ceſſaret ſocietas quaſi
ab ea vtriuſque voluntate receſſum videre-
tur: ratio eſt quoniam dato legitimo diuor-
tio tenetur vir vxori reſtituere dotem , &
quic-

quicquid occaſione matrimonij percipit ca.
2.de donatio.int.vir.& vxo. quinimo & fru-
ctus dotis quemadmodum ſcripſi.dict. quęſ.
39.ita fit vt cum reſtituta dote & illius fru-
ctibus vxor de ſuo viuere debeat dict. ca. 2.
conſequenter ſibi operetur vxor non viro,
nulla conſiderari ſocietas poteſt,à qua vt di-
xi veluti contraria conuentione receſſum vi-
detur:ſic ex mente antiquorum & rectè qui-
dem declarauit Ioan. Garci.d.tract. de con-
iuga.acquęſ. num.60.vnde ſeparatis adinui-
cem ex iuxta cauſa coniugibus ex legitima
diſpenſatione, vel ex communi voto caſti-
tatis, ceſſabit conſequenter ſocietas. Palac.
Rub.in dict. l. 16.num. 33. Matien. in dict.
gloſ.1.num.56.

SVMMARIVM.

1 *Viri ſæpius amore mulierum capti eas indota-
tas accipiunt.*
2 *Societas leonina qualis.*
3 *Mulier, quæ dotem non attulit viro, donatio-
nem propter nuptias lucrari non poteſt.*
4 *Opera ſocij ſæpius cum pecunia alterius com-
penſatur.*
5 *Societas in foro conſcientiæ valida, cum quis
operam, alter pecuniam confert.*
6 *Opera vnius ſocij ſæpius excedit emolumẽtum
pecuniæ alterius ſocij.*
7 *Societas in vlteriori Hiſpania inter virum &
vxorem eo ipſo contrahitur, etſi mulier in-
dotata ſit.*
8 *Societas in Gallia inter virum, & vxorem, eo
ipſo contrahitur etſi mulier indotata ſit.*
9 *Maritus vbi vxorem accipit ſecundum mores
illius regionis accepiſſe cenſetur.*
10 *Maritus contrahens matrimonium cum mu-
liere inope, & è contra cenſentur adinuicem
ſibi remiſiſſe, quæ ex cauſa inopiæ obijci
poſſent.*
11 *Societas inter virum & vxorem contracta, vt
mulier nec operam nec pecuniam impendere
teneatur, nulla.*

## QVÆSTIO. LXIX.

*MVLIER ETIAM INDOTATA
quemadmodum ad ſocietatem admitti
poſſit: Et an ſocietas leonina valeat iu-
dicari.*

1 IVSTINIANVS † noſter in
auth.vt li.ma.& aui.§.quia verſi.
*Legem ait, vſu venire ſæpius vi-
ros amore mulierum captos eas
indotatas in vxores ducere:* In-
cidit nunc dubitatio an ſi mulier indotata ad
ſocietatem admiſſa fuerit, num ſocietas hæc
veluti iniqua à viro aduerſus vxorem lucra
2 repetentem dici poſſit: Et † quidem videtur
leonina, nam nihil amittere mulier poteſt ex
dote ſua cum nullam pręſtiterit, poteſt igitur
lucrari, perdere minime, hæc autem conuen-
tio nulla eſt l.ſi non fuerit §.Ariſto. vbi glo.
& cæteri ff. pro ſoci. vnde cenſuerunt ferè
omnes quod vbi quis alteri pecuniam dedit
vt ea negotietur adiecto pacto vt ſemper &
in omni caſu ſit ipſi ſalua, neq. vllum vſquam
damnum ſentire poſſit communicatis lucris
hinc inde, non valere cõuentionem ſed vſu-
rariam fore omnino, quia lucrari velit ſem-
per, damnum autem ſentire numquam; ſic
docuit Paul.de Caſtr.in l.ſi is qui §.1.ff.com-
mo.Bald. Salice. Panormita. Calderi.& alij
multi quos refert & ſequitur Gomez in to.
2.reſolutio.cap.5.num.5.in verſi. Tertio in-
fertur. vbi multis comprobat Azpilcue. in
Manua.Confeſſ. cap.17. à num.1.alios præ-
tereo.
Secundo facit tex.in §.final.in auth.de nõ
eligen.ſecun.nuben.colla.1. quem textũ ad
hanc probandam ſententiam dixit ad litte-
ram Caſſa. in conſue.Burgun.rub.4.§.2.glo.
in verbo Mariæ.
3 Tertio † adduxit Caſſan.in ſuam opinio-
nem tex. in auth. ſed quæ nihil C. de pact.
conuen. non enim debet mulier lucrari do-
nationem propter nuptias, vel ſponſalitiam
largitatem, quæ nihil in dotem viro ſuo ad-
duxit l.vſuras §.in inſulam ff.ſolut.matrimo.
auth.dos data C.de do.ant.nup.vnde vt dixi
Caſſane.hanc tenuit opinionem tam in loco
nunc citato, quam in eo §. in verbo fœminæ
marice nu.14.verſ.Limita ſecundo, & Caſſa.
ſequutus eſt ex Hiſpanicis Montal.in l.1.tit.
3.lib.3.in glo.verbo *el Rey*.
4 Contraria † opinio & verior & receptior
eſt, licet enim mulier nullam dotem præſti-
terit operam tamen diligentiam & induſtriã
impẽdere debet, quæ talis eſſe poteſt vt exe-
quari pecuniæ mariti, cũ qua negociatur va-
5 leat: Et † tenet ſocietas etiam in foro conſ-
cientiæ cum quis ex vna operam alter pecu-
niam confert, vt ex communi Theologorũ
& Canoniſtarum reſoluit Azpilc. in d.ca.17.
Secundo quia cũ mulier in hac ſpecie te-
neatur præſtare operas nulla ad dotem datã
ratione habita, ſed ad communionem tantũ,
quæ perfectè adimpletur præſtando induſ-
triam & diligentiam in rebus domeſticis &
in acquiſitis per maritum augendis, ſuperlu-
crando in ipſis; certè nihil impedit quomi-
nus ſocietas iuſta debeat iudicari.
6 Tertio † & in iure noſtro communi rata
ſocietas habetur, in qua quis pecuniam ex
vna alter ex altera operam præſtat & induſ-
triam,



triam, compenſatur enim opera cum patri-
monio & capitali alterius; quinimo & ſępius
& excedit l. ſi non fuerint ff. pro ſoci. l. ſo-
cietas contrahitur ff.illo.titu.l.1. C.eodem
Barto.Alberi. quorum communẽ dixit opi-
nionem Gomez dict. cap.5. num.5. Quarto
ſufragantur quę in fortioribus terminis tra-
diderunt Rodrig. Xuar.in l.1. titul.3. *de las
ganancias*, limi. 5. Anton. Gomez in l. 93.
Taur.num. 70. ad finem quos ſequitur Ma-
7 tien.in l.2.gloſ.1. num.8. titul.9. † cum ex
legibus vlterioris Hiſpaniæ contracto ma-
trimonio eo ipſo contracta cenſeatur ſo-
cietas; quod vbi vir vxorem accipit indota-
tam adhuc & ſocietas ipſa ex legibus illis
inducitur; rationẽ reddiderunt ſuperius ad-
ductam, quoniam opera vxoris conſideratur
ad inducendam communionem bonorum
potius, quam dotis conſtitutio.
8 Id ipſum † obſeruantia multarum regio-
num Galliæ recipitur vt cum ex vi conſuetu-
dinis illic matrimonio contracto & ſocietas
ſimul contracta cenſeatur abſq. vlla pactio-
ne, vbi vir vxorem accipit indotatam & ip-
ſam in ſociam ſuſcepiſſe cenſetur: quod do-
cuit Caſſane. ſibi contrarius in dict. Rub. 4.
§.2.in gloſ. verbo Mariæ, vbi dicit hanc o-
pinionem eſſe veriorem & magis fundatam
quam contrariã: eandem amplectitur Boer.
9 deciſi.22.num.31. † nam vbi maritus vxo-
rem accipit, eam ſecundum mores regionis
in qua verſatur ad partem acquiſitorum ad-
miſiſſe videtur l. quæro. §. inter locatorem
ff.locat.omnes in l.hęredes mei §. cum ita
10 ad S.C.Trebellia.dixi quęſtio.60. Rurſus †
& contrahens matrimonium cum inope cẽ-
ſetur ei omnia remiſiſſe, quæ ex cauſa inopiæ
maritus ſibi obijcere poſſet l. ſi creditores
ff.de priui.credito.quibus extremis rationi-
bus ſtante dicta conſuetudine idem cenſuit
non relatis Caſſ. nec Boeri. vel ex Hiſpani-
cis vllo.Pechi.tract.de teſt.coniu.lib.2.cap.
3.a num.1.Non obſtant ſuperiora argumen-
ta quæ vno tolluntur verbo; operam & in-
duſtriam mulieris efficere vt ſocietas iuſta
ſit, & legitima nedum in foro exteriori, ſed
in interiori. iura vero in contrarium citata
in ſuis caſibus procedunt, habet enim aug-
mentum dotis & ſeu donatio propter nup-
tias neceſſariam relationem ad dotem, ſo-
cietas vero quæ contrahitur in matrimonio
minime, ſed ad ſolam operam & diligen-
tiam vt toties dixi: vnde hæc vera procul-
dubio opinio eſt neque in iudicando & con-
ſulendo recedendum ab ea.
11 Sanè † vno caſu recipi contraria ſenten-
tia poſſet quando ſcilicet conuentum foret
quod vxor inops nec operam etiam pręſtare
teneretur: Ratio eſt quoniã huiuſmodi mo-
dus ſocietatis inter virum & vxorem cenſe-
retur mera donatio iuxta textum notabi.
vbi. gloſ.in l. ſocietas in 2. ff. pro ſoci. quæ
prohibita eſt cap.fina. de dona.inter. vir.&
vxo. & eſſet leonina ſocietas dict. l. ſi non
fuerint cum alijs adductis per Rodri. Xuar.
in l.1.*titulo de las ganancias*, num.39.

SVMMARIVM.

1 *Societas turpis quæſtus an detur.*
2 *Lucrum etiam dicitur quod ex maleficio quæ-
ritur.*
3 *Filius ex pecunia peculij profectij turpiter ad-
quirens, patri adquirit.*
4 *Societas in turpi lucro non datur.*
5 *Lucrum turpe dicitur quod aduerſus legis pro-
hibitionem adquiritur.*
6 *Turpis pecunia dicitur, quæ aduerſus legum
diſpoſitionem adquiritur.*
7 *Turpiter pactus dicitur, qui lege prohibente
conuentionem facit.*
8 *Statum vel lex municipalis de rebus quæſitis
vel querendis verba faciens, de iuſtis & li-
citis intelligenda ſunt.*
9 *Societas rerum inhoneſtarum non contrahi-
tur.*
10 *Peccatũ non dimittitur niſi reſtituatur abla-
tum.*
11 *Socius male lucrata reſtituere poteſt inuito
ſocio.*
12 *Dominium rerum acquiſitarum per ſocium
non tranſit in alium abſque traditione.*
13 *Dominium in alterum ex ſocijs tranſit abſque
traditione quando vniuerſalis ſocietas fuit
contracta.*
14 *Communio in rebus illicitis non datur.*
15 *Iuriſconſulti parum de foro conſcientiæ cura-
runt.*
16 *Mulier ex meretricio quæſtu lucrata reſti-
tuere non tenetur.*
17 *Turpis petitio repellenda. Et poſſidentis me-
lior eſt conditio in pari cauſa turpitudi-
nis.*
18 *Turpitudinem propriam detegere non licet.*
19 *Cautela qualis apud aduocatos vt bona turpi-
ter quæſita petere poſſint.*
20 *Turpitudinem propriam notoriam & manife-
ſtam detegere licitum eſt.*
21 *Turpitudinem propriam detegere licet quan-
do agitur de exoneratione conſcientia.*
22 *Bona in dubio præſumuntur iuſte quæſita.*
23 *Lucrata turpiter ſi ſponte fuerint communi-
cata, in diuiſione veniunt.*
24 *Lucra turpia in petitione hæreditatis ve-
niunt.*
25 *Vxor res alienas vel male partas domi cuſto-
diens reſtituere tenetur, & pœnam ſimul.*

## QVÆSTIO. LXX.

*SOCIETATE IN MATRI-
monio contracta, An turpis & illiciti
quæſtus inita cenſeatur.*

1 CVM lucri † appellatio genera-
lis ſit, ſocietate inter virum &
vxorem contracta quæ turpiter
ab vxore adulterio alioue mo-
do quæſita ſunt communicanda
videtur; ſed & à marito lenocinio, furto, ra-
pina lucrata, pari ratione ad vxorem perti-
nebunt. Vnde Paul. *quæſtus ab acquirendo
dicitur, qui ex opera cuiuſque deſcendit.* l.
quæſtus ff. pro ſoci. & in l. ſed ſi adijciatur
eo. illo titul. *Sed ſi adijciatur* (inquit) *vt &
quæſtus & lucri ſocij ſint, verum non eſt ad
alium lucrum quam quod ex quæſtu venit, hãc
quoq. pertinere adiectionem, conſequenter &
male parta in communione venient.*

2 Secundo † id ipſum ſuadetur quoniam
quod ex maleficio adquiritur lucrum dicitur
l. apud Celſum §. authoris autem ff. de do.
except. & quod quis in ludo Vincens ſuſci-
pit lucrum dicitur & ex titulo lucratiuo ha-
bere Bald. authore in l. 1. ad finem C. ſi quid
in fraudem patroni & in l. 1. C. de his quę in
frau. credito. Pute. tract. de lud. nu. 52. vnde
intulit ibi ex eiuſdem Baldi ſententia, quod
cum hæc acquiſitio fiat titulo lucratiuo, pa-
ter ludendo & perdendo nequit præiudicare
filijs ſuis in legitima, & poſſent eo in caſu
reuocare alienata vſque ad legitimam ſicut
ſi pater donaret, vel alio lucratiuo titulo a-
lienaret, quod eſt notabile verbum.

Tertio docuit † glo. inſignis in l. cũ opor-
3 teat C. de bon. quæ liber. quod vbi filius fa-
milias ex pecunia peculij profectitij ſibi per
patrẽ conceſsi acquirit, turpiter vſuras exer-
cendo, id patri adquirere ac ſi legitimo mo-
do adquiſiſſet, ſimiliter & teneri conferre
cæteris fratribus Bald. in l. 2. de his qui ſunt
ſui. vel ali. iur. Fulgoſi. & Alexand. in l. quod
ſeruus de adquir. poſſeſsio.

4 Contraria † opinio verior eſt neq. vllam
admittere dubitationem poteſt: non enim in
turpibus & illicitis dari poteſt ſocietas, ve-
luti in furto, maleficijs & his ſimilibus l. ꝙ
autem cum l. ſeq. ff. pro ſoci. neq. etiam in re
bus inhoneſtis l. ſi a reo §. fin. ff. de fideiuſſo.
5 Turpe enim † lucrũ lex exiſtimat quod ad-
uerſus legis prohibitionẽ adquiritur: veluti
ob falſum teſtimoniũ, vel venalem ſentẽtiã:
l. in hæredem in verbis, conſtitutũ eſt turpia
lucra ab hæredibus quoque extorqueri ff. de
calumnia. ſic & mercalem vxorẽ habere tur-
pitudo eſt l. mercalem C. de condi. ob turp.
cauſ. ita & cũ quis in pignore dato aureo æs
ſubiecíſſet furti teneri: quod ſi in dando æs
ſubijeciſſet turpiter feciſſe, non furẽ eſſe, di-
xit tex. in l. ſi pignore ff. de pigno. actio. l. cũ
6 æs ff. de furt. Et turpiter † accepta pecunia
dicitur, quę aduerſus legum placita accepta
7 eſt l. ſi tutor 1. ff. de tutel. & turpiter † pa-
ctus quis dicitur cũ à lege improbatam cõ-
uentionem init l. 3. §. 1. in verbis, de pactus
autem dicitur turpiter pactus ff. de calum. &
his alia adiungit ſimilia Rebu. in l. probum
verſi. Turpe lucrum ff. de verb. ſignificatio.

8 Ita fit vt † ſtatutũ vel lex municipalis de
rebus acquiſitis vel acquirendis verba faciẽs,
de his intelligatur, quę iuſte acquiruntur non
de his, quæ iniuſte, cap. conqueſtus de for. cõ-
peten. quem textum dixit ibi Barba. eſſe ad
litteram, citat & tex. in l. quod ſeruus ff. de
acquir. poſſeſ. l. cum oporteat C. de bon. quę
libe. l. certè §. mala medicamẽta ff. fami. her-
9 ciſcun. † quoniam rerum inhoneſtarũ non
contrahitur ſocietas, neq. inde quæſita com-
municantur l. ſi fratres §. ſocium ff. pro ſoci.
l. nec prętermittendum l. quod antẽ ex furto
illo eo. tit. comprobat multis exemplis Pa-
la. Rub. in rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 65.
num. 1. cum ſequent. multis. Rodri. Xuar. in
l. 1. tit. 3. *de las ganancias*, limi. 4. Matien. in l.
2. gloſ. 1. num. 61. tit. 9. Ioan Garci. tract. de
coniug. acqueſ. nu. 71. Dida. Perez. in l. 2. tit.
4. lib. 5. Caſſane. in conſue. Burg. rubr. 4. §.
2. in verbo & acquæſt. num. 16.

10 Vnde cum † non dimittatur peccatũ niſi
reſtituatur ablatum regu. peccatũ cum ſimili.
11 de reg. iur. poterit vnus † ex his coniugibus
qui illicite lucrati ſunt reſtituere, quibus de-
bent vbi reſtitutioni locus eſt; neq. ex hac
reſtitutione iura lædentur ſocietatis quando
cõmunicanda non ſunt ſic multis docuit ra-
tionibus Pala. Rub. in d. §. 65. a num. 10. cum
ſequent. multis vbi egregie vt ſolet multa
cumulat, quinimo addentes ad eum ibi cen-
ſuerunt adeo verum eſſe vt nulla habita ra-
tione, an bona male acquiſita communicata
fuerint nec ne poſsit huiuſmodi fieri reſtitu-
tio; nam Palac. Rub. cenſiſſe videtur, quod
ante cõmunionem fieri poſsit poſt eam mi-
nime ca. ſicut non ſuo 46. diſtin. citat & Ale-
xan. in dict. l. quod ſeruus niſi tamen inquit
coniunx, qui male acquiſiuit condemnatus
fuiſſet, tunc enim poſt communionem poſ-
ſet, iuxta textum ſingularem in l. quod enim
ff. pro. ſoci. qui ad id expreſſus eſt. Ratio-
12 nem † reddunt quoniam dominium acqui-
ſitorum per vnum ex ſocijs non tranſit in a-
lium ipſo iure ſed per traditionem, quando
deducitur in communi, iuxta textum cele-
brem in l. ſi quis ſocietatem contraxerit,
ff. pro ſoci. gloſſ. in l. 1. §. in ſocietate cod.
tit. docet Gomez libr. reſolu. 2. cap. 5. nu. 3.
ad



ad medium verſic. Item quæro vbi commu-
nem dixit.

Ex his deduxit Palaci. Rub. in loco citato
num. 11. verſic. Idem dicendum videtur;
hoc ipſum extendendum fore in vxore vt ex
his quę maritus acquiſiuit conſtante matri-
monio dominium in vxorẽ tranſlatũ non vi-
deatur pro dimidia ipſam pertingente niſi
facta traditione, citat Anchatra. conſil. 101.
13 in Chriſti. † Cæterum ſi inter maritum &
vxorem contracta fuiſſet vniuerſalis ſocie-
tas bonorum præſentium & futurorum quę-
ſitum cenſeretur dominium rerum ſocieta-
tis etiam nulla adſtante traditione l. ſocie-
tatem vniuerſarum fortunarum ff. pro ſoci.
quod tamen intelligitur in præſentibus bo-
nis non in futuris, iuxta declarationem Bar-
tol. Alberic. & communem quam ſequitur
Gomez in loco citato de qua latius ſuo loco
dicemus. Ad propoſitum reddendo coniunx
qui male & inique acquiſiuit poterit reſti-
tuere ante communionem & poſt eam ad-
uerſus Pala. Rub. iuxta addent. ad eum quos
libenter ſequor; quia ratio illa prædicti au-
thoris vera non eſt, dum ait poſt comunio-
nem dominium acquiſitorum tranſlatũ fuiſſe
in alterum, quoniam text. ab eo citatus in
dict. l. ſi quis ſocietatem contraxerit & com-
munis doctorum opinio id affirmantium lo-
quuntur in acquiſitis legitimo titulo & lici-
14 to, non in illicito. † eorum enim quæ illicite
acquiruntur ſocietas non datur, aut commu-
nio: Neque officit text. in dict. l. quod enim,
quem expreſſum dixit Pala. Rub. quoniam
textus ille non meruit allegari ad propoſi-
tum noſtrę quæſtionis in qua de reſtitutione
15 in foro conſcientię agitur, † Ethnici enim
& Gentiles illi Iuriſconſulti de reſtitutione
in foro conſcientię & animæ iudicio non cu-
rarunt Fidei & religionis Catholicæ Roma-
næ traditionum ignari. Quare cæteri poſt
dictum Pala. Rube. authores Hiſpanici in-
diſcriminatim docuerũt fieri reſtitutionem
poſſe (quamquam non ſic declarent vt feci
in ſuperioribus) ij ſunt Grego. Lop. in l. 8,
titul. 10. par. 5. Baeça tract. de decim. tuto.
cap. 28. num. 8. Ioan. Garcia tract. de coniug.
acqueſ. num. 71. Matien. in l. 2. gloſ. 1. num.
64. in fine tit. 9. ſenſit & Pechi. trac. de teſta.
coniu. lib. 2. cap. 2. a nu. 1. alios prætereo.

Sanè quæ de muliere, adulterio & turpi
queſtu acquirente non communicando dixi,
non eo modo quo de marito vſuris lucran-
te vel alio illicito modo intelligenda ſunt;
licet enim vterque reſtituere male parta te-
neatur proinde nec communicare, mulier,
16 tamen, † reſtituere meretricio quęſtu lucra-
ta non tenetur; etſi enim turpiter faciat me-
retrix, non tamen turpiter accipit l. 4. §. ſed
quod meretrici ff. de condi. ob tur. cau. l. 2.
C. de condi. ob tur. cau. proſequitur poſt S.
Thomam Caietan. & alios Didac. in regula
peccatũ 2. par. §. 2. a n. 1. cum ſeq. de reg. iur.
17 Quid igitur † dicendum vbi maritus vel
ẽconuerſo vxor aut illius hæredes partem
petunt bonorum turpiter lucratorum, & qui-
dem cum petitio improba ſit & turpis re-
pellenda eſt in pari enim turpitudinis actu
potior eſt conditio poſsidentis l. cum per
delictum vbi Deci. & Cagno. de regu. iur.
l. penul. §. porro. ff. de cond. ob tur. cau. ve-
rum ſi vnus ex his aut hæres partem horum
bonorum peteret non turpiter quæſita di-
cendo, ſed quia acquiſita in ſocietate in
18 cõmunionem venire aſſerat, nequiret, † qui
turpiter & illicite ea quæſiuit dicere turpi
queſtu lucrata non venire in communionem
quoniam detegeret turpitudinẽ ſuam, quod
non licet l. alias vbi Bartol. & alij ff. de iur.
iuran. l. cum profitearis C. de reuo. donatio.
l. ſi creditoribus C. de ſer. pigno. da. manum.
Tiraquel. de retract. conſangui. §. 1. gloſ. 18.
num. 20. Crauet. conſil. 936. num. 32. Surd.
deciſio. 196. num. 6. idem deciſio. 309. num.
16. quare in prędata ſpecie teneri commu-
nicare turpiter & illicite acquirentem cen-
ſuerunt Angel. de Aretin. & Rapha. Fulgoſi.
quos citat & ſequitur Pala. Rub. in dict. §.
65. num. 8. Alex. in dict. l. quod ſeruus de ac-
quir. poſſeſsio. Matien. in dict. gloſ. 1. num.
63. ad medium.

19 Ex qua † traditione habeant aduocati
pulchram cautelam ad petendum bona tur-
piter quæſita; vt in petitione minime dicãt
bona fuiſſe turpi quęſtu lucrata, ſed ſimpli-
citer petant ea tamquam cõmunia, quæ cer-
tè eſt mirabilis doctrina: quam tamen limi-
20 tandã cenſeo egregie duob' modis, † primo
niſi is, qui malè acquiſierat iam diffamatus
fuiſſet de turpi & illicito quęſtu, & detecta
foret ſua turpitudo vt quia publice vxor me-
retrix eſſet, & maritus vſurarius & pro tali
habitus, & reputatus, & forte conuentus in
eccleſiaſtico iudicio; licet enim quis turpitu-
dinem ſuam allegare non poſsit, poteſt ta-
men iam detectam l. alias vbi Barto. & alij
ff. de iur. iuran. Alex. & cæteri in l. fina. C. de
æden. Bal. Salice. & Ruin. quos refert & ſe-
quitur Surd. deciſio. 280. num. 7.
21 Secundo † ſingulariter limitatur quãdo is,
qui male & turpiter acquiſiuit vel ipſius hæ-
res allegaret turpitudinem; vt vel ſuæ ſaluti
aut teſtatoris à quo cauſam habet conſulat
in exonerationem animæ; poſſet enim tunc
acquirens propriam allegare turpitudinem
gloſſ. Panor. & alij in cap. & tenore de teſ-
tib. ſic in ſpecie propria reſoluit Pechi. poſt
relatos ab eo d. cap. 2. li. 2. de teſta. coniuga.

quę omnia bene notanda ſunt quia quoti-
22 diana. ✝ In dubio vero bona præſumuntur
iuſte quæſita niſi turpiter probetur habita,
l. merito ff. pro ſoci. cap. cum dilecti de ac-
cuſatio. Pala. Rub. d. §. 65. num. 9. Matien. in
d. gloſ. 1. nu. 63. fuſè multis exemplis docet
Menoch. lib. pręſump. 5. præſ. 2. a num. 1.
cum ſequen.
23 Tertio ✝ limitatur vbi maritus vel vxor
illicite lucrata ſpõte cõmunicauit, & ad do-
mũ detulit, non enim poſtea poterit acqui-
rens retrocedere ſed venient diuidẽda l. cer-
te §. mala medicamẽta ff. fam. herciſ. quo in
textu dixit Iuriſcõſultus. (Mala medicamẽta
venena & libri reprobatæ lectionis veniunt
diuidenda iudicio familię, herciſcundæ;) quẽ
textum ſingulariter declaraui lib. 1. de vete.
enuclea. iu. diſcipli. collapſa reſtituẽda n. 152.
vbi qui eo tẽpore libri improbatę lectionis
dicerentur ſcripſi: probat text. in l. ſed etſi
24 poſſeſſori ff. de petitio. hęredi. vbi ✝ & in pe-
titione hæreditatis veniunt turpia lucra l. ꝙ
autẽ ff. pro ſoci. Pala. Rub. d. §. 65. num. 9.
25 Matiẽ. in d. glo. 1. n. 64. Ex quo ibidẽ ✝ rectè
intulit quod nihilominus tenebitur ea mari-
tus reſtituere vel illius vxor, quia cum onere
reſtitutionis, cui obnoxia ſunt delata, cẽſen-
tur; quinimo & pœnã ſoluet vxor ſi res alie-
nas vel malè partas ſciens domi ſuę recepit,
ſecus vero ſi ignoraret; quoniã eo in caſu de
bonis communibus reſtituet, pœnã vero mi-
nime l. ſi igitur ex hoc ff. pro ſoci. Bal. Salic.
& alij quos refert & ſequitur idem Matien.
ſup. n. 64. poſt Pala. Rub. in d. §. 65. num. 10.
cum ſequent. quo in loco multa de reſtitu-
tione pręclare ſcripſit.

## SVMMARIVM.

1 *Societas in Cathalonia non contrahitur inter virum & vxorem niſi ex conuentione.*
2 *Societas omnium bonorum vel rerum particularium contrahi poteſt.*
3 *Societatis conuentiones ad libitũ poni poſſunt.*
4 *Societas expreſſe & tacite contrahi poteſt.*
5 *Societas quæ ex actibus ſocialibus tacite inducitur, præſumptionibus probatur.*
6 *Societas inter quoſcumque contrahi poteſt, ſiue maſculos ſiue fœminas.*
7 *Societas quæ in matrimonio contrahitur an diſolui poſsit conſtante matrimonio.*
8 *Societas quæ contrahitur in matrimonio veſtitur illius coherentia.*
9 *Pactum de hæreditando filios in matrimonio veſtitur cohærentia matrimonij.*
10 *Societas vno volente diſſoluitur.*
11 *Societas adiecta conuentione ne ab ea recedere liceat, inualida.*
12 *Societas ſeruitutis ſpecies eſt.*
13 *Societas in perpetuum contrahi non poteſt.*
14 *Societas parit diſcordias.*
15 *Societatis contractus ſtipulatione roboratur.*
16 *Societas eo modo quo inter coniuges in Cathalonia contrahitur diſſolui non poteſt, inuito altero.*
17 *Maſſuerij traditio celebris.*
18 *Diſpoſitio alias ex ſe inefficax ratione adiuncti quandoque ſuſtinetur.*
19 *Filius de iure huius principatus Cathaloniæ non poteſt reſtituere ſibi donata à patre contemplatione matrimonij, eidem patri.*
20 *Formula contrahendæ ſocietatis inter virum & vxorem in hac Prouincia Cathaloniæ.*
21 *Emptionis & venditionis appellatione omnis ſpecies alienationis continetur.*
22 *Emptionis & venditionis appellatione in ſtatutis & contractibus ſolum venit proprius emptionis contractus.*
23 *Societas quæ inducitur inter virum & vxorem odioſa*
24 *Emptionis & vẽditionis appellatione in odioſis ſolus contractus emptionis continetur.*
25 *Verba in contractibus ſunt ſtricte capienda.*
26 *Verba ſtricte interpretanda in diſpoſitionẽ quæ aduerſatur iuri communi.*
27 *Meliorationis appellatione quid veniat.*
28 *Meliorationum appellatione veniunt ædificia, reparationes, diſboſcationes, plãtationes oliuetorum, vinearum & his ſimilium.*
29 *Melioratio propriè dicitur quando qualitas bonorum & ipſorum bonitas aucta eſt.*
30 *Vinearum plantatio melioratio non dicitur.*
31 *Vſusfructuarius mutare qualitatem rei non poteſt.*
32 *Melioratio non dicitur illud quod naturaliter naſcitur de perſe abſque induſtria hominis.*

## QVÆSTIO. LXXI.

*SOCIETAS QVE ET QVAlis inter coniuges contrahi poſsit; Et de vulgari contrahendæ ſocietatis inter ruſticos formula in Cathalonia.*

1 NVLLA in his ✝ tribus citte-
rioris Hiſpaniæ celeberrimis
regnis lex eſt quæ ex ipſo ma-
trimonij contractu ſocietatem
inducat vt apud vlterioris Hiſ-
panię regna; neque etiam conſuetudo id
recepit vt apud pleroſque Gallię regiones;
non aliqua igitur ex contractu matrimonij
ſocietas contrahitur niſi expreſsim in ma-
trimonio fuerit conuentum: propterea cau-
te adiungendæ ſunt traditiones interpre-
tum legum regiarum Caſtellæ & conſuetu-
dinũ Galliæ ad conuẽtiones huius regni, quæ
etſi in aliquibus cõueniant, in multis tamen
adiungi vel accõmodari non poſſunt vt rectè
ad aliud tamen propoſitum aduertit. Rodri.
Xuar. in l. 1. tit. *de las ganan.* nu. 57. ad me-
dium, & clarius Matien. in l. 5. glo. 6. num. 7.
ad finem tit. 9. totum ergo ad iuris commu-
nis diſpoſitionem referendum eſt.
2 Poteſt vero ✝ ſocietas contrahi vel omniũ
bonorũ vel rerũ particularium, vel in mobi-
libus, aut immobilibus, in certo negotio, vel
pluribus, ad vitã, ſeu ad vnum vel plures an-
3 nos; ✝ Demum poſſunt adijci pacta, cõuen-
tiones, & conditiones ad placitũ cõtrahen-
tium l. 1. l. 4. l. cũ duobus cum multis alijs
titul. ff. pro ſoci. §. 1. cum ſequent. inſtit. de
ſociet. docet magiſtraliter Gomez. lib. reſo-
lu. 2. ca. 5. à n. 1. Mozi. de cõtractu eod. titu.
de ſoci. Rodri. Xuar. in dict. l. 1. num. 24.
Bald. Socin. Alexand. Caſtren. Crot. Io-
ſeph. Ludo. & alij, quos refert Caual. deciſ.
10. n. 2. par. 2. & deciſ. 11. n. 4. vnde cum ſit
facti nõ præſumitur niſi probetur l. in bello
§. factæ ff. de ca. & poſtli. reuer. Deci. cõſ. 22.
Cępha. conſ. 63. n. 6. li. 5. idẽ Caual. d. deciſ.
10. num. 1. & deciſ. 11. num. 3.
4 Rurſus poteſt ✝ cõtrahi expreſſe vel tacite;
expreſſe per verba clara, & aperta adhibita
ſtipulatione l. ſocietatem ff. pro ſoci. tacite
vero ex actibꝰ ſocialibus præſumitur Socin.
ſeni. conſ. 4. n. 1. li. 4. Menoch. de præſump.
5 li. 3. præſ. 56. n. 3. & 4. ✝ Extremo hęc ſocie-
tas, quæ ex actibus ſoialibus inducitur, cõie-
cturis & præſumptionibus probatur Bald.
Deci. & alij quos refert Meno. d. præſ. nu. 4.
Caual. d. deciſ. 10. à n. 5. cũ ſequent. multis.
6 Poteſt ✝ etiam contrahi ſocietas inter om-
nes ſiue ij maſculi ſint, ſiue fœminæ aut maſ-
culi cum fœminis ſimul. Addent. ad Alexan.
conſil. 103. circa. num. 6. lib. 3. vnde ſoror
cum fratre, vxor cum marito, ſocietatem
contrahere poſſunt l. rei iudicatæ §. ſi mu-
lier verſi. Socia ff. ſolut. matrimo. Gerard.
ſingu. 99. Bald. Salice. Angel. & alij in l.
ſi vxor C. de condi. inſert. Fran. Mar. &
alij relati per eũdem Caualcan. d. deciſ. 11.
n. 5. ſic obſeruatur in Cathalonia vt vix cum
vxore in matrimonij contractu ſocietatem
ineat, quod niſi fiat contracta non cenſetur.
7 Cæterum ✝ cũ à matrimonio recedere nõ
liceat cũ ſit vinculũ indiſſolubile & magnum
Eccleſiæ Sacramentũ, ad ea, quę millies dixi
hoc tractatu. lib. 1. quæ non repeto, an idem
dicendũ ſit in ſocietate, quæ in matrimonio
8 contrahitur videndum eſt; Nam ✝ cum ve-
ſtiatur coherentia cõtractus matrimonij ſo-
cietas ipſa, vt irreuocabile eſt matrimo-
niũ, ita ſocietas; ad ea quæ dixi in ſimili hoc
li. quæſ. 3. verſi. Extende regulã primo, vbi
authoritate Vincẽ. de Fran. Menoch. & alio-
9 rum ✝ ſcripſi pactum de hæreditãdo vel do-
nando bona omnia primogenito vti veſtitũ
cohęrentia matrimonij minime poſſe tolli,
etiam de voluntate coniugum, ſicut nec ma-
trimonium ipſum, & latius quæſt. 2. verſ.
Quinto loco adducitur.
In contrariũ facit vt ſocietas inter virũ &
vxorem cõtracta cõuentione cõtraria poſsit
tolli l. 4. verſi. Diſſociamur ff. pro. ſoci. l. verũ
§. fina. eod. tit. l. tamdiu C. pro ſoci. §. manet
10 inſtit. de ſocieta. ✝ Quinimo non amborum
conſenſus ad tollendã ſocietatem neceſſa-
rius eſt, ſed vnius ſufficit renũciatio d. §. ma-
net in verbis, & cum aliquis renũciauerit ſo-
11 cietati. Neq; valeret ✝ ſocietas adiecta con-
uentione ꝙ ab ea recedere ſocij nõ poſſent,
eſſet enim pactũ contra ſubſtantiã, & naturã
cõtractus vt dixit tex. in l. ſi cõuenerit ff. illo.
12 titul. vbi Bar. & cæteri docẽt. ✝ eſt enim ſo-
cietas veluti quędã ſeruitutis ſpecies, quę fa
13 cile tollitur; proinde ✝ neq; in perpetuũ cõ-
trahi poteſt l. nulla. ff. pro ſoci. Gomez. d. ca.
14 5. n. 1. ad finẽ, & ✝ quia ſolet diſcordias ex-
citare l. cũ pater §. dulciſsimis vbi Interpre-
tes de lega. 2. Neq; facit ꝙ de cohærẽtia di-
xi, quia in ſpecie illa fauore matrimonij, &
ne prędiudicium filijs, qui vocati fuerãt infe-
ratur pactũ reuocari non poteſt; tũ & ꝙ tale
pactũ valeat id nõ ex iuris cõmunis diſpoſi-
tione efficitur, ſecundũ magis cõmunẽ opi-
nionem, ſed ex conſuetudine, quæ his pactis
15 vim tribuit vt ibi dixi fuſius: Rurſus ✝ ſocie-
tas, quę cõtrahitur in matrimonio non pactũ
nudũ eſt ſed veſtitũ, quia ſtipulatione perfi-
citur l. ſocietatẽ ff. pro ſoci. neq; celebratur
habitu reſpectu ad matrimoniũ cũ ſine ma-
trimonio poſsit inter eos cõtrahi talis ſocie
tas. quare matrimoniũ efficere nequit vt na-
turam ſuam ſocietas amittat, quæ vt ſuperius
dixi huiuſmodi eſt, vt quandocumq; ad nutũ
citra tamen fraudẽ & dolum diſſolui poſsit.
16 His ✝ non obſtantibus affirmandum eſt ſo-
cietatẽ niſi de conſenſu mulieris diſſolui nõ
poſſe eo modo & forma, qua in Cathalonia
contrahitur. Ratio efficax eſt quoniã verge-
ret in maximũ mulieris detrimentũ ſi poſſet
maritus facto ſemel matrimonio retrocede-
re, remaneret enim decepta, quæ alias mini-
me nupſiſſet niſi maritus eã in ſociã recepiſ-
ſet, quod eſt certiſsimum in hac patria; po-
tiſsima enim ratione parentes filias aliqui-
bus nuptui tradunt, vt in ſocietatem recep-
te meliorem reddant conditionem ſuam,
quod tunc maxime contingit cum honeſtio-
res minus honeſtis, aut habentes amplam
dotem viris non habẽtibus eximium patri-
monium nubunt; vnde concurrit in hac ſpe-
cię fauor matrimonij, conſequenter pactum

hoc illius coherentia veſtitur, vt dixi relatis
multis in d.quæſt.2.verſi.Quinto loco addu-
citur,&c. Vbi fere in eiſdẽ terminis adduxi
17 Maſſuerium † in prac. titul.de ſocieta. verſ.
item licet nũ.5.ad mediũ qui ait, quod licet
alias de conſuetudine illius regionis, teſta-
mentaria inſtitutio inter virum & vxorẽ nõ
valeat niſi vſque ad quartam partem, tamen
illa quæ eſt incidens & conuentionalis valet
in duobus caſibus,in cõtractu ſocietatis bo-
norũ omnium;& etiã matrimonij, ita quod
ſi in dicta aſſociatione fuerit conuentũ quod
ſuperuiuens ſuccedat pręmorienti valet, &
idem in cõtractu matrimonij; Et lex illa C.
de pactis loquitur in ſimplici, & nuda con-
uentione, ſed in caſu noſtro hæc cõuẽtio ad-
heret contractui,& dat eſſe conuentioni, vt
18 † diſpoſitio de ſe ineficax tranſeat in natu-
ram adiuncti & valeat ſecundũ naturã actus
cui adheret acceſſorie vel incidenter iuxta
textũ in l.ſi tibi rem ff.de pręſ.verb.ſi remu-
nerandi §. apud.ff.manda. & nota in l.1.C.
de pac.l.vbi de dona.cau.mor. hæc ſunt ver-
19 ba Maſſue.in dicto loco;vnde † quẽadmodũ
ſecundũ ius huius regni,cõſtitutione illa per
foragitar ſtaus, nequit filius cui pater con-
tẽplatione matrimonij aliqua dedit,ea poſt
contractũ matrimoniũ reſtituere patri, quia
remaneret vxor decepta quæ nõ alias cõtra-
xiſſet matrimoniũ illud, quemadmodũ dixi
hoc libro quæſt. 3. verſ. Vnde cũ cõſuetudi-
ne,vbi hanc citaui regiã legem, atq; eãdem
de iuris communis diſpoſitione procedere
oſtendi, ita ratione eiuſdem fraudis & de-
ceptionis vitandæ nequit maritus ſocietati
renunciare quæ ſunt vera & bene notanda
etſi à nullo hucvſque animaduerſa.
20 Forma † autẽ ineundę ſocietatis inter virũ
& vxorẽ in hac prouincia hæc eſt, rara certè
& ruſtica,vt ruſtici ſunt qui eã cõtrahũt, ij in
capitulis matrimonialibus ita aiunt:N.futu-
rus maritus:N.vxoris etiã futuræ,ratione tã
grati & accepti matrimonij aſſociat prædi-
ctam N.in emptionibus & meliorationibus
quas deo dãte faciet durãte dicto matrimo-
nio,&c.Ex quibus verbis cõſtat prædictã ſo-
cietatẽ nõ vniuerſalẽ eſſe,ſed particularẽ ad
certas res,emptiones ſcilicet & melioratio-
nes: vnde neceſſe eſt ante omnia inquirere
quid appellatione prius veniant emptionis,
Secũdo quid veniat appellatione melioratio
num, quãdo niſi in his tantum duobus caſi-
bus ſocietas contrahitur.
21 Et licet † appellatione emptionis & vẽdi-
tionis relatiue omnis alienationis ſpecies
cõtineatur l.ſtatu liberi ad finẽ ff.de ſtatu. li-
be.l.ſicut §.vẽditionis ff.qui.mo.pig. vel hy-
pothe.ſol.cũ latius adductis per Tiraq.trac.
22 de retract. ligna.glo.2. a nu.1. † Emptionis
tamẽ appellatione maxime in ſtatutis & cõ-
tractibꝰ ſolũ venit cõtractus propriꝰ emptio
nis l.1.de con.emp.l.1.de re.permu.cũ alijs
adductis per Fabiã.de Mon.trac.de ęmptio.
& vẽdi.q.2.n.1. vnde fit quod vxor in rebus
emptis per maritũ dimidiã cõſequetur,nõ ď
alijs permutationis, emphiteoſis,vel alterꝰ
23 cuiuſuis cõtractus titulo acquiſitis. † Ratio
multiplex eſt,prima quia vt dixi q.61.ad me
diũ huiuſmodi cõuẽtione tãquã cõtrarię iuri
ſcripto cẽſentur odioſæ;quẽadmodũ & repu
tãtur odioſa ſtatuta vel cõſuetudines quæ ex
ipſo cõtractu matrimonij ſocietatẽ ipſo fa-
cto inducunt inter cõiuges, vt inibi dixi.cõ-
ſequẽter ſuccedit notabilis fere omniũ tra-
ditio affirmãtiũ, ꝙ licet alias vẽditionis ap-
pellatione quiuis alienationis contractus vt
24 modo dicebã cõtineatur, † tamẽ in cõſtitu-
tionibus,ſtatutis,vel cõuentionibus odioſis,
cõtra iuris diſpoſitionẽ, venit tantũ propria
vẽditio,neq; ad alios caſus vel cõtractꝰ tra-
hi poteſt glo.in l.fina. verbo permittimꝰ de
pręcdi.curiali.vbi Luc.de Pen.& Ioã.de Plat.
& innumeris relatis ad hoc inſtitutum ſolus
ſufficiet idem Tiraq.in d.glo.2. num.2.
25 Secũda † ratio quia in cõtractibꝰ verba sũt
ſtrictè & ꝓprie capiẽda l.quicquid aſtringẽ-
dę de verb.oblig.l. fideiuſſo. magiſtratuũ §.
pro aurelio ff.de fideiuſſo. Becci.qui multos
cõſ.105.n.29.Surd.deciſ.283.n.5. id maxi-
26 me † obtinet cũ verba proferũtur in diſpo-
ſitionequę iuri aduerſãtur(vt cõuẽtio noſtra)
Rimin.ſeni.cõſ.298.nu.16. Calcan.& Natt.
quos refert & ſequitur idẽ Surd. deciſ. 119.
nu.25.vnde emptionis appellatione in hiſce
cõuentionibꝰ emptio tãtum intelligetur ea
quæ vere & proprie emptio eſt, nõ quæ per
interpretationẽ,extentionẽ, vel alio modo.
27 Meliorationis † autẽ appellatione venit
incremẽtũ rei ꝙ dñs & poſſeſſor vel opera,
induſtria,aut expenſa propria fecit; quæ niſi
facta fuiſſent,res nõ tãti valuiſsẽt, hoc enim
ꝓprie melioratio dicitur. Vnde Vlpian.in l.
æquiſsimũ §.vnde quęſitũ ff.de vſuf.meliora-
re proprietatẽ dixit cũ qui in lapidicinis ex-
truẽdis pretioſiorẽ reddit fundũ quã antea
erat,quia plus redditꝰ ex his quã ex vinetis,
arbuſtis,vel oliuetis, quæ fuerant recepit.
Sic Iuſtinianꝰ egregie in l.ſi cõtrouerſia C.
de euictio.ad finem hęc verba ſcribit:in quo
contineatur etiã eorũ perſecutio quæ in rem
emptã à te vt melior fieret erogata sũt l.fin.
de fund.rei.priua.li.11.C. in verbis, vel me
lioratæ rei fructuũ ex actioni cõpenſationẽ
opponere in l.2.C.de iur.emphiteo. ſi enim
per trienniũ emphiteota canonẽ nõ ſoluerit,
nulla ei(inquit Iuſtinianus) in poſterũ allega
tione nomine meliorationis vel eorum quæ
emponemmata dicuntur,vel pœna opponẽ-
da:



da: ſed omnimodo eo (ſi dominus volue-
rit) repellendo: Et in l.fina. eod.tit.in ver-
bis, *Emphiteotas ſuos accipere prætia me-
liorationum, quæ inuenerunt:* & ad finẽ;ver-
bis: *neceſsitatem autẽ habere dominos ſi alijs
melioratio ſecundum præfatum modum ven-
dita, &c.* Et in eundem modum intellexit
Roma.Ponti.in ca.potuit in verbis, *vel à de-
nunciationis tempore duorum mentium ſpa-
tium ſit lapſum meliorationes, & ius ſibi cõ-
petens alijs vendere.* & in §. ſcire autem in
auth. de Alien. & Emphiteo. Tiraq. in l. ſi
vmquam verbo ſuſceperit liberos n.1.C.de
reuo.donatio. Aluar. Valaſ.trac.de iur. Em-
phiteo.quęſt.2.n.8.Ioan.Garci.tract.de Ex-
28 pen.& meliora.ca.1.num. 8. † Ita fit vt me-
liorationum nomine veniãt ædificia per do-
minum & poſſeſſorem facta,tuguria,repara-
tiones neceſſarię, disboſcationes agrorũ &
ſiluarum,plãtationes oliuetorum, vinetorũ,
& omnium eorum,quæ durationem habent;
ſic in erigendis & plantandis ſalicibus & cę-
teris arboribus impenſum melioratio dici-
tur, in foſſatis ageribus, propagationibus,
repoſitionibus vitiũ & quorũcumq; fructuũ,
quemadmodum in his & alijs caſibus in va-
rijs cauſarum figuris reſponderunt noſtrates
Bart.conſ.193.n.2.li.1.Florian. conſ.1.n.2.
Pau.de Caſt.conſ.270.li.2.a n.1. Ruin.conſ.
134.li.3.pulchrè Rolan.conſ.28.a n.1.& 2.
li.1.Menoch.in commen.de recup. poſſeſsi.
remed.15.q.39.num.500. Neguſan. trac.de
pigno.par.5.4.memb.num.11. Ioan.Garci.
tract de meliora.& expen.cap.1.n.8.& 9.&
ca.15.a nu.1. Aluar. Valaſ.tract.de iur. em-
phiteo.quęſt.25.num.13.14.15.cũ ſequent.
multis. Federi. Scot.conſ.5. Riminal. iuni.
conſ.242.nu.17.lib.3.Caual.deciſ. 32.n.39.
par.2.idem Caual.deciſ.44.num. 59. par.1.
& in ædificijs reparandis antiquis, vt melio-
rationes dicantur Surd.deciſ.300.num.4.
29 Vnde † proprie melioratio dicitur quãdo
qualitas bonorum & ipſorũ bonitas mutata
eſt & aucta,vt cẽſuit Bero.cõſ.88.n.35.li.1.
Natt.Areti.Boſsi. & Meno. qui alios refert
d.quęſ.39.n.500. quẽ & alios perperam re-
prehendit Garci.d.cap.1.n.8.ad finẽ exiſti-
mans non rectè meliorationem in hunc mo-
dum accipi poſſe; quia inquit vſufructuarius
meliorat rem in qua vſumfructũ habet qua-
litatem vero rei fruendæ mutare nõ poteſt,
cum nequeat ex vineto oliuetum,ex oliueto
ſiluam vel aliud quidpiam reddere l. æquiſ-
ſimum ff.de vſufruc.tradit idẽ Garci. d.trac.
cap.11.num.38.
30 Secundo † argumentatur quod plantatio
vinearum non videtur melioratio aliqua li-
cet rei qualitas mutetur,& res pretioſior fiat
Pau.de Caſ.cõſ.270.li.2.Neguſan.de pigno.
par.5.memb.4.num.11.
31 His enim † reſpõdetur ad primũ nõ poſſe
vſumfructuarium mutare qualitatem rei in-
teruertendo ipſius propriã qualitatẽ,cęterũ
non prohiberi non mutata qualitate melio-
rare rem ipſam augendo illius valorem d. l.
æquiſsimum,in quo etiam caſu mutatio rei
contingit quinimo & vſufructuario id quan-
doq; licet d.l.æquiſsimum.
Non obſtat ſecundũ, quoniam nec Pau.de
Caſt.nec Neguſan.dixerũt plantationem vi-
nearum meliorationem non eſſe, ſed totum
contrarium: Et verba Neguſantij in d. loco
ſunt hæc: Et adde inquit huic concluſioni
(quod expẽſæ factæ in disboſcẽdo vel arã-
do terras non ſunt reficiendæ; expẽſæ autem
factæ in plantandis vitibus vel arboribus ſi
arbores ſint fructifera vt vites,& oliuę, ſunt
reficiendę,vt latè examinat Pau.de Caſt.cõſ.
327. viſo puncto in tertio dubio vbi vidè
omnino;) hæc illius verba, vnde à præfata
Menochij & aliorum declaratione receden-
dum non eſt.
32 Sanè quercus, † nœmus, agri fœnum pro-
ducẽtes,ſilua cedua,& his ſimilia, quę natu-
raliter naſcuntur de perſe abſq; aliqua plã-
tatione vel hominum induſtria, nõ rectè di-
centur melioramenta, vnde nec deducentur
ab emphiteota vel conductoribus, nec poſ-
ſunt incidi in totum abſque licentia domini
directi, quia naturaliter naſcuntur, & ſunt
veluti pars ipſius fundi, vt egregie ſcripſit
poſt veteres Bero.q.96. à n.1.& 2.Caualca.
deciſ.32.nu.16.& n.40. 2.par. ſic etiam nec
vxor in caſu conuentionis de qua agitur po-
terit partem harum meliorationum deduce-
re,quia non proprie dicũtur meliorationes.

## SVMMARIVM.

1 *Augmentum valoris quod temporis beneficio prouenit in rebus mariti,an vti meliorationem vxor petere poſsit.*
2 *Tempus in rerum æſtimatione attenditur quod poſt ſuperuenit.*
3 *Ædificium quod reſtituendum eſt, æſtimatur quãti nunc valet tempore reſtitutionis, non quantum in eo impenſum eſt.*
4 *AEſtimatio ædificiorũ habenda eſt de tẽpore præſenti.*
5 *Meliorationes, quæ in rebus fiunt abſque opera vel induſtria hominis, non proprie meliorationes dicuntur.*
6 *Communicanda non ſunt vxori ea, quæ rebus mariti accedunt abſque aliquo illius facto.*
7 *Augmentum beneficio temporis prouenìens, lucrum dici non poteſt reſpectu vxoris.*
8 *Augmentum officiorum venalium communicandum non eſt vxori, & quare.*
9 *Maritus cõmunicare non tenetur vſumfructũ*

*vxori quem habuit conſtante matrimonio.*
10 *Communicanda non ſunt bona vxori, quæ ex cauſa de præterito proueniunt.*
11 *Alluuione quæſita communicanda non ſunt vxori.*
12 *Legitima non debetur filijs in illis bonis, quorũ poſt acceptam legitimam valor creuit.*
13 *Legitimam filius petere poteſt atque etiam incrementum, quando ſibi à principio integre non fuit ſoluta.*
14 *Filius qui poſt mortem patris diu diſtulit petere legitimam vel illius ſupplementũ, quia doloſe diſtulit petere, augmentum beneficio temporis proueniens pro legitima petere non poteſt.*

## QVÆSTIO. LXXII.

*AVGMENTVM VALORIS quod temporis beneficio prouenit in rebus mariti, an vti meliorationem vxor petere poſsit.*

1 CVM † vxor in vim conuentio-
nis de qua agimus meliora-
tionum omnium particeps ſit,
opportune nunc quæritur, an ea-
rũ meliorationũ partẽ recipere debeat quas
nõ induſtria opera vel diligẽtia mariti fecit,
ſed temporis curſus: ſi tẽpore cõtracti ma-
trimonij prędia mariti niſi centũ valebant,
poſt vero auctus fuit valor in ducentis, an in
his centũ quinquaginta petere poſsit. Et vi-
detur poſſe; nam cum fuerit admiſſa in ſociã
in meliorationibus, & negari nequeat quin
bonitas hæc temporis beneficio proueniens
melioratio dicatur, meliorẽ enim rẽ reddit
quemadmodũ quæſtio. dixi pręcedẽti, ita vi-
detur vt earum quoque meliorationum par-
tem petere poſsit.
2 Secũdo † in huiuſmodi meliorationib⁹, &
earũ æſtimatione attenditur tẽpus ſuperue-
niens & augmentũ ꝙ poſt cõtingit tempore
reſtitutionis, ſicut è cõtra detrimẽtum l. do-
3 mos ff. de lega. 1. † vbi ex eo textu notauit
Bar. ꝙ ſi heres fecit ędificiũ ꝙ tẽpore reſtitu
tionis nõ ſit duraturũ niſi quinq; annis, æſti-
matur quãti nũc valet nõ quantũ in eo im-
penſum fuit; ꝙ ſequitur ibidẽ Bal. & Angel.
Caſtren. Alex. Iaſ. & omnes alij. Vnde cum
vxori meliorationes debeantur poſt mortẽ
viri, vel ſi is pręmoritur eo tunc, illius ſanè
temporis quo reſtitutio meliorationum fa-
cienda eſt, ratio haberi debet.
4 Tertio hoc † ipſum reſpõdit Pau. de Caſt.
cõſ. 270. lib. 2. is docuit ædificia æſtimãda fo
re habito reſpectu ad tẽpus pręſens, ſcilicet
quo reſtituuntur, nõ autẽ ad tẽpus quo facta
ſunt Carol. Molin. ad cõſue. Pariſi. tit. 1. §. 1.
glo. 5. n. 97. Natt. cõſ. 321. ad finẽ Rolan. qui
alios pleroſq; refert cõſ. 28. n. 13. li. 1. Meno.
in cõmen. de recup. poſſeſſio. reme. 15. q. 39.
n. 557. & alios quidem recenſet Molin. tract.
de Hiſpa. primo. li. 1. cap. 26. Franc. deciſio.
Neapoli. 109. Theſau. deciſ. Pedemon. 251.
Bertazol. conſ. 79. num. 15.
5 Cõtrariũ verius † eſt vt meliorationes ſolo
curſu tẽporis prouenięntes vxori nõ debean-
tur: Primo quoniã vt dixi antecedẽti queſtio
ne ad finẽ, ea quæ abſque vllo hominis mini-
ſterio vel opera producuntur nõ propriæ di-
cuntur meliorationes, cõſequẽter dixi ex ſil-
uis, cædris, nemoribus, & his ſimilibus vxori
quidquã ratione meliorationũ non deberi.
6 Secũdo † ea quæ reb⁹ mariti accedũt abſq;
aliquo illius facto, non ſunt vxori cõmunicã-
da l. verũ §. penul. ff. pro ſoci. cuius text⁹ au-
thoritate dixit Pala. Rub. in repeti. rubr. de
donatio. int. vir. & vxo. §. 62. nu. 11. quod ſi
maritus tẽpore coniugalis cõtractus habe-
bat fundũ valentẽ centũ, poſt cõſtãte matri-
monio ex intrinſeca ratione curſu temporis
effect⁹ eſt valoris ducẽtorũ aureorũ, ſuperue
niẽs hoc augmẽtũ minime fore vxori cõmu-
nicandum, quã ſententiã probarunt alij poſt
Carol. Molin. in conſue. Pariſien. tit. 1. §. 30.
quæſt. 50. Grego. Lop. in l. 18. in glo. verbõ
*eſtimada no fueſſe* titul. 11. qui aliquos in
hãc citat opinionẽ Dida. Couar. in epi. ad 4.
2. par. ca. 7. §. 1. num. 9. Matien. in l. 2. glo. 1.
tit. 9. num. 88. qui & alios ſuperaddit. Ioan.
Garci. tract. de expen. & melioratio. cap. 22.
n. 18. in verſi. Quod ſi nec expenſæ: vbi me-
minit etiam traditionis Pala. Rub. & Dida.
7 ſubditq; † ꝙ augmẽtũ beneficio tẽporis pro-
ueniens nõ prodeſt vxori, nõ enim lucrũ dici
poteſt quoad vxorẽ id ꝙ tẽporis curſu mari-
to & illius rebus accedit, argum. tex. in l.
fructus ff. de vſur.
8 Tertio † ſuffragatur quod ſcripſit idẽ Ioã.
Garci. d. ca. 22. n. 19. augmentũ officiorũ ve-
naliũ ꝙ ſolo curſu temporis prouenit abſq;
aliqua induſtria cõmunicanda non eſſe, quia
augmẽtum ſequitur rem & ad eum pertinet
cuius res eſt l. cum in fundo §. fina. ff. de iur.
doti. quod ille latius illic proſequitur.
9 Quarto † idq; fortius eſt, nõ tenetur marit⁹
cõmunicare vxori vſumfructũ quem nactus
fuit cõſtante matrimonio, cuius ante matri-
moniũ contractum proprietatem habebat;
quoniã vſusfructus proprietati conſolidatus
iure ius proprietatis exiſtimatur l. vſusfruct⁹
in multis ff. de vſuf. l. ſi proprietati ff. de iur.
doti. vnde cum proprietas communis nõ ſit,
conſequenter nec vſusfructus. tum & aliam
ad inſtitutum noſtrum rationem reddiderũt
interpretes modo citandi, quoniã quæ rebus
mariti



mariti accedũt beneficio temporis vel alio
modo abſque facto & induſtria mariti non
ſunt vxori communicanda l. verum §. penul.
10 dixi ſupra in verſi. Secundo ea. † Sed & al-
teram adiungũt rationem quoniam quod ex
cauſa de præterito contingit ſine aliquo ho-
minis miniſterio ad primam cauſam referẽ-
dum eſt totum l. in ratione 1. huius nomi-
nis §. Imperator ff. ad l. falci. l. Pomponius
2. de nego. geſt. l. Iulianus §. non ſolum ff. ad
S. C. Macedo. Ex his huius fuere ſententiæ
Caro. Molin. Dida. Couar. Grego. Lop. An-
ton. Gomez. Oldrad. & alij quos refert & ſe-
quitur dicens veram & receptiorem ſenten-
tiam Matien. in d. glo. 1. nu. 87. cũ ſequent.
vſque ad num. 93. Multo ergo minus valor
rerum quem temporis curſus auxit in com-
munione venire poterit.
11 Quinto † conducit admodum tex. inſignis
in l. ſi proprietate ff. de iur. doti. quo in tex-
tu probatur quæſita alluuione fundo mariti
illius effici propria; ſic & in fundo vxoris vt
alluuionis commodum ad ſolam ipſam per-
tineat ſi illius fundo acceſſerit, quoniã aug-
mentum hoc ſequitur dominum & illius na-
turam cui res accedit; quemadmodum & in
alluuionis augmẽto pignori quęſito l. ſi fun-
dus hypothecæ ff. de pigno. l. ſi conuenerit
§. ſi nuda ff. de pigno. actio. Et authoritate
horum iurium & his ſimilium docuit in ter-
minis noſtris Grego. Lop. in l. 15. titu. 13.
par. 5. poſt Bartol. Oldrad. & alios quos re-
fert non communicari alluuionis commodũ
vxori etſi ſocia facta ſit ſecundum leges Ca-
ſtellæ, quia ſine opera vel facto mariti acce-
dit vtilitas. Grego. Lop. ſequitur & refert
Ioan. Garci. tract. de expen. & melioratio.
cap. 22. num. 36.
12 Sexto † ex magis communi ſententia re-
ceptum eſt data filijs legitima ipſis petenti-
bus ab illorum parentibus, vbi poſt eam ac-
ceptam bonorum valor incrementum curſu
temporis accepit, non poſſe poſtea filios le-
gitime petere ſuplementum, quoniam valor
ille accreuit parentibus vti dominis nõ au-
tem filijs qui ius ſuum receperũt; ſic Romã.
Natt. Rodri. Xuar. Mencha. Curti. ſeni. Ca-
rol. Moline. Eman. Soar. & alij quos refert
Craſ. in §. legitima quæſt. 13. Et licet inibi
ille multos referat contrariam opinionẽ te-
nentes quorum etiam dixit eſſe magis com-
munem & æquam prout & dixit Viui. ad-
ductis multis in commu. ſuis, opinio. 456.
verior tamen & magis recepta ſuperior vi-
detur quemadmodũ egregie ex Ruin. Deci.
Alciat. Tiraq. Boeri. Grabi. Gram. & alijs
pleriſque oſtendit Anchar. Rigien. quæſt. 51.
à num. 1. lib. 1. Bal. Pala. Rub. & Pariſi. quos
ſequitur Caual. tract. de vſufruct. muli. relic.
num. 94. 95. verſi. Et ſi eſt conſignata in vita
tota legitima, vbi hanc ipſam dicit magis
13 communem; dum † tamen tota integra legi-
tima data fuiſſet ſecus ſi pars, non enim tũc
prohiberetur filius petere ſupplementũ iux-
ta valorem temporis quo bona aucta fuerũt,
idem ſenſit poſt alios multos in hac ſpecie
Graſſ. in d. quæſt. 13. num. 2. & 3. quod tamẽ
limitauit ſingulariter idem Caualca. in dicto
14 loco. in verſi. † Atſi iſta legitima, quãdo fili⁹
poſt mortem patris diu diſtulit petere legi-
timam vel illius ſupplementum, tunc enim
in pœnam morę, & quia doloſæ diſtulit pe-
tere vt augmento gauderet, augmentum ad
commodum hæredis non filij attendendum
eſſet vt ille ibi, quod placet; vnde à cõtrario
ſi filius quia abſens vel alias legitime impe-
ditus non petiſſet, augmentum ad illius cõ-
modum conſiderandum eſſet: Sed quia hæc
extra inſtitutum tractatus non diſputo.

Non obſtant quæ in contrarium ſupra ad-
ducta ſunt. Non primum quia reſpondetur
valorẽ ſeu augmentũ pretij quod curſu tem-
poris creſcit abſq; aliqua hominis induſtria
non dici proprie meliorationem, ex text. in
d. l. fructus ff. de vſufruct. & his quæ in ſupe-
rioribus tradidi.

Neq; etiã obſtãt ſecundum & tertiũ, quo-
niam verũ quidẽ eſt æſtimationẽ faciendam
eſſe regulariter habito reſpectu ad tempus
præſens quo res reſtituitur vt ex citatis locis
apparet, & dicetur in ſequenti quæſtione, id
tamen verum eſt quãdo reſtitutio ſit vel fie-
ri debet vero domino, at in noſtra ſpecie
meliorationes huiuſmodi quæ beneficio
temporis contingunt, non ſunt reſtituendę
vxori, quare fruſtra ęſtimationis ratio conſi-
derari poteſt.

## SVMMARIVM.

1 *Æſtimationis ratio qualis in meliorationibus fieri debeat.*
2 *Meliorationes et expẽſæ diuerſi ſunt termini.*
3 *Vxor non conſequitur meliorationes etſi fuerint factæ expenſæ in re quæ meliorata non fuit.*
4 *Melioratum non attenditur ſed quantum impenſum.*
5 *Electio debitoris eſt quid ſoluere vellit an expenſas vel meliorationes.*
6 *Aduocatorum cautela qualis eſſe debeat in petendis expenſis & meliorationibus.*
7 *Solutio fieri debet habitu reſpectu ad meliorationem, ita vt eam non excedat.*
8 *Fauore eius cui res reſtituenda eſt attenditur id quod minus eſt.*
9 *Authoris opinio qualis.*
10 *Meliorationum pretium tempore reſtitutionis conſiderandum.*

11 *Augmentum meliorationum ad commodum poſſeſſoris pertinet.*
12 *Meliorationes quemadmodũ æſtimari debeant per ſe in ædificijs.*
13 *Meliorationes in plantis quemadmodum æſtimentur.*
14 *Conuentiones interpretandæ iuxta iuris communis diſpoſitionem.*
15 *Diſpoſitio correctoria interpretationem nõ recipit à iure communi.*
16 *Meliorationes cum deteriorationibus qualiter compenſentur.*
17 *Societas leonina qualis.*
18 *Meliorationes cum deteriorationibus confunduntur.*
19 *Mulier meliorationes quaſcumque petere poteſt.*
20 *Poſſeſſor bonæ fidei voluntarias meliorationes deducere non poteſt abradere vero vtique.*
21 *Poſſeſſor malæ fidei neceſſarias tantum petit expenſas.*
22 *Societas generalis meliorationes omnes includit.*
23 *Sermo generalis ab homine prolatus, nullam recipit reſtrictionem.*
24 *Vxor meliorationes petere non poteſt, quæ tempore reſtitutionis perierunt.*
25 *Reſtitutionis tempus in meliorationibus attenditur.*

## QVÆSTIO. LXXIII.

*ÆSTIMATIONIS RATIO qualis in meliorationibus fieri debeat: Tum quid quãdo magis impenſum, velelioratum, aut è contrario.*

1 SOLET † plerumq; ſuper ęſti-
matione meliorationũ diſcep-
tari, vnde vt articulus hic pateat
2 animaduertendum † aliud eſſe
expenſas, aliud meliorationem, melioratio
abſque expenſa fieri nequit, expenſa autem
ſepius fit ſine melioratione, cum contingat
in dies expendere in fundo ad eum meliorã-
dum non autem ipſum meliorare; quinimo
3 quandoque deteriorare: Igitur † vbi quis
expendit, ſed non meliorat nihil debebitur
mulieri, neque expenſa, neque melioratio;
contingit etiam vt quis parum expendat, ſed
multum melioret, quandoque multum ex-
pendat, ſed parum melioret, videndũ in his
caſibus quid vxori debeatur: In priori arti-
culo vbi quis expẽdit ſed nõ meliorat nihil
debebitur mulieri; non impenſa, quia ſecun-
dum ſe ipſam melioratio non eſt, ſed ne-
que melioratio quia nihil melioratum.
Ad ſecundum quando parum quis expen-
dit ſed meliorat multum, attenta iuris com-
4 munis diſpoſitione aperta eſt deciſio; † non
enim attendendum eſt quid vel quantũ me-
lioratum ſed quantum expenſum, ita vt ad
commodum eius cui reſtitutio fieri debet,
quod minus eſt æſtimari debeat & præſtari.
Et idem in tertio caſu quando plus melio-
5 tum quam impenſum, † eſt enim in electio-
ne debitoris quid ſoluere vellit an impen-
ſam vel meliorationes: l. in fundo vbi gloſ.
Barto. & alij ff. de rei vendi. ca. 1. vbi Panor.
& cęteri canoniſtæ ex. de in inte. reſti. idem
Panor. in cap. quod quibuſdam num. 9. ex. de
fideiuſſo. Felin. in cap. cum cauſam ad finẽ.
num. 28. ex. de re. iudica. Neguzan. tract. de
6 pigno. 4. memb. 2. par. principa. nu. 11. † vbi
inſtruit aduocatos vt ſint cauti in modo ar-
ticulandi concludendo tam circa expenſas,
quam circa meliorationes rerum deducẽdo
quod in tantum res præcioſior effecta fuit
propter expenſas, quia vtrumque copulatiue
requiritur.
7 Rationem † reddiderũt interpretes, quia
expenſæ & ſumptus veniunt ſoluendi, verum
ſolutio debet fieri habito reſpectu ad me-
liorationem ita vt eam nõ excedant l. ſump-
tus ff. de rei vendi. d. l. in fundo & d. cap. 1.
de in inte. reſtitu. vnde apud omnes fęre
Barto. opinio Panor. & aliorum quos nunc
retuli recipitur & paſſim apud tribunalia
ſecundũ eam iudicatur Capi. deciſ. Neapoli.
93. num. 9. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſi. 24.
& 58. num. 14. Magoni. deciſ. Floren. 81.
num. 26. Nico. Boeri. deciſ. 44. Vincen. de
Fran. deciſio. Neapoli. 109. à num. 1. par. 1.
Bartol. Coſtal. Bero. Neguſan. Curti. iuni.
Brun. Alciat. Capi. & Rolan. quos refert &
ſequitur Valaſ. tract. de iur. Emphi. quæſt.
25. num. 28. Anchar. Rigien. quæſt. 45. lib. 1.
Menoch. qui alios conſ. 64. nu. 5. lib. 1. Bur-
ſat. Pancirol. Rodoan. Mago. Ruin. & alij
plures relati à Caual. deciſio. 28. nu. 4. 1. par.
Ioan. Garci. tract. de expen. & meliora. cap.
28. num. 1. & 2. Petra. tract. de fide. quæſ. 15.
num. 271. & nouiſsimè M. An. Peregri. tract.
de fidei. arti. 50. par. 3. de impen. num. 70.
Verum vt dixi hæc de iuris cõmunis diſ-
poſitione procedunt, an vero eadem obſer-
uanda ſint in his conuentionibus quæ apud
ruſticos in vſu ſunt in hac prouincia: Et exi-
ſtimo minime adiungi poſſe; quoniam viri
vxores in ſocias admittunt in emptionibus
& meliorationibus, finis autem & intentio
vxorum nubẽtium tota derigitur ad melio-
rationes, quæ fiunt per maritos conſequen-
ter ad valorem ipſarum, quare ſiue minus
impenſum quam melioratum, vel è contra,
totum ad valorem meliorationum referen-
dum eſt, vt in æſtimatione earum partem di-
midiam conſequantur.

Tum



Tum cum aliud ſit impenſa aliud melio-
ratio vt dixi in principio quæſtionis neq; ad
impenſam habitus ſit reſpectus per contra-
hentes, ſolius meliorationis ius appẽdendũ
eſt: quod enim de iuris communis diſpoſi-
tione aliud ſit in bonę vel malę fidei poſſeſ-
8 ſore diuerſam habet rationem † vt ad fauo-
rem eius, cuius res eſt, & cui reſtituẽda venit
attẽdatur id, quod minus eſt: quemadmodũ
Barto. & cæteri ſuperius etiam relati docẽt;
in ſpecie propoſita nulla reſtitutio facienda,
proinde opinor æſtimationis valorem attẽ-
dendum etiamſi impenſa minor ſit æſtima-
tione vt & inferius dicam.
9 Cæterum † etſi hæc vera eſſe exiſtimem,
ſentio tamen huiuſmodi æſtimationis ratio-
nem habendã fore eo tempore quo melio-
rationis valor à muliere vel hæredibus illius
peti poteſt, vel cum maritus præmoritur, aut
ipſa mulier, & hæredes meliorationes pe-
10 tunt; nam † generale eſt meliorationũ pre-
tium ad tempus reſtitutionis conſiderãdum
eſſe, vt quid tunc valeant non ꝙ antea præ-
ſtandum ſit. l. domos de lega. 1. in verbis &
*ædeficiorum qualitatibus exiſtentibus æſti-
matis, &c.* Proinde prout ſunt tempore, quo
æſtimari debẽt, ac ſi nunc ædificium vel alia
quæuis melioratio fieret: inde cenſent ferè
omnes quod ſicut ſi res in pretio per vſum,
& temporis curſum vel ex alia quauis cauſa
à vera ęſtimatione deficerent, damnum eſſet
poſſeſſoris, ſic è contrario vbi pretia rerum
ex tempore augerentur, augmentũ ad eiuſdẽ
11 poſſeſſoris veniret commodum; † ſic ſi lapi-
des, ferramenta, miniſtrorum opera, cemen-
ta, & his ſimilia plus valerent tempore æſti-
mationis hoc eſſet pretium ſequendũ. Bart.
in d. l. domos quem ſequuntur multi à me
relati quæſtio. antecedẽti in principio verſi.
Secundo in huiuſmodi meliorationibus, &
in verſi. ſequenti. Quibus nunc addo multos
alios adferentem M. A. Peregrin. tract. de
fideico. art. 50. 3. par. de impen. num. 72.
Et præter citatos ab eo idem voluerunt
Neguſan. Iaco. de Aren. Barto. Bald. Angel.
Imol. Alexan. & Iaſſo. Pau. de Caſt. Ruin.
Boeri. Pariſ. Grat. Curti. iuni. Crem. Gomez
& Pinel. quos refert & cõmunem dicit opi-
nionem Aluar. Valaſ. tract. de iur. Emphi.
quæſt. 25. num. 28. circa mediũ Ioan. Garci.
tract. de expen. & meliora. cap. 24. nu. 3. &
ſequent. Caual. qui & alios d. deciſ. 28. n. 4.
12 Meliorationes † autẽ an æſtimari debeant
vt cimenta, vel rudera & lapides per ſe, vel
vt integrę vt in ędificio repoſitę ſunt, duplex
eſt opinio; quidam enim exiſtimarunt æſti-
mandas res eſſe vti directas de per ſe; alij vt
integra eſt melioratio in ædificio, & hæc
magis ęqua opinio videtur, quemadmodum
ex Vincen. de Fran. Pancirol. Burſat. Achil.
Perſo. & alijs reſoluit Caualca. deciſ. 32. nu.
51. par. 2. quamquam is inibi diſtinguat ali-
ter: quoniam qualis res inuenitur ita ęſtimã-
da videtur argu. text. in l. moueor C. de ſer.
& aq. & quia præſens tempus inſpiciendum
eſt in huiuſmodi æſtimationibus non præte-
ritum regulariter d. l. domos cum ſimilibus
de lega. 1. reſoluit ſic iudicatũ dicẽs Theſau.
deciſ. 251. à nu. 1. vſque ad finem & his non
relatis eandem opinionem tenet Peregrin.
d. art. 51. num. 73. ad finem, expreſsim aſſe-
rens quod communis eſt concluſio, & etiam
practica, vt ædeficia æſtimentur prout extant
pro pretio temporis prę́ſentis ad commodũ
vel incommodum poſſeſſoris, qui impendit;
ita inquit ille ſi lignamina vel alia per vſum,
& temporis curſum atrita ſunt, æſtimãtur vt
talia & quanti nunc valerent ſi in opere po-
nerentur; ferramenta autem, lapides, operę;
& alia æſtimantur ſimiliter vt nunc valent
hæc Peregrin. idem Peregri. d. loco num. 78.
13 † Subiungit deinde, in plantis autem arbo-
rum & vitium æſtimatio fiet non habita cõ-
ſideratione prout nunc valent arbores virẽ-
tes & fructificantes, ſed quanti impenſum
fuit tempore plantationum in operis & eo-
rum pretio; habita etiam conſideratione ad
cuſtodiam, & curam adhibitam per multos
annos, ac conſiderato quod ex mille plan-
tis vitium & arborum plurimæ pereunt &
moriuntur, & ſic inquit iudicatũ vidi. eiuſdẽ
eſt ſententiæ Caual. d. deciſio. 28. n. 2. vbi Pa-
nor. Felin. Pau. de Caſt. Pancirol. Rodoan.
Mago. & alios multos citat.
Tamen etſi in hoc extremo capite quoad
iuris diſpoſitionem pertinet vera ſit traditio
Peregrini, tamen attento communi vſu con-
trahendi ſocietatẽ inter ruſticos in hac pro-
uincia vt etiam ante dixi ſuſtineri hęc opi-
nio non poteſt; quoniam vt dixi ſuperius in
verſi. Verum vt, attenta forma contrahendi
& vxorẽ in meliorationibus aſſociandi quæ
in vſu eſt hic, nulla habetur conſideratio ad
operas, cuſtodiam, vel alia, quę minuere poſ-
ſunt meliorationes; finis vero eſt vt mulier
his gaudeat qualeſcumq. ſint ipſę, quod au-
tem tradunt interpretes modo citati ſuam
habet rationem, quę noſtris his conuentioni-
bus minime poteſt accommodari, ſcilicet vt
ad commodum eius, cui res reſtituẽda venit
ęſtimetur, id quod minus eſt habita ratione
operæ & cuſtodiæ, vt & animaduerti in d.
verſi. Verum vt. in noſtra ſpecie nulla reſti-
tutio facienda eſt; & cum maritus vxorẽ aſſo-
ciat in meliorationibus, eo ipſo aſſociare vi-
detur in omnibus in quibus meliorationes
æſtimari poſſunt aliquo non detracto. Neq;
14 obſtaret ſi quiſpiã † diceret ſubtiliter quod
huiuſ-

huiuſmodi cõuentiones ſicut ſtatuta & quã-
uis aliam diſpoſitionem interpretanda eſt
iuxta iuris communis diſpoſitionem ad tex.
in l. ſi ſerui veſtri C.de noxa.actio. ca.cũ di-
lectus de conſuetu.Barto.in l. §. lex falcidia
ff.ad. l.falcid. Deci.conſ.527.num.9.Pariſi.
conſ.95.num.3.lib.1. Crauet.conſ.259.n.2.
Becci.conſ.32.nu.12. alios ſciens prætereo.
Vnde cum iuxta iuris communis diſpoſitio-
nem opera, induſtria, & impenſa ſubducẽda
ſint à poſſeſſore, conſequenter videtur quod
in his conuentionibus à marito vel illius hę-
15 redibus ſubduci etiam poſsint. † Quoniam
reſpondetur ſubtilius quidem animaduertẽ-
do huiuſmodi conuentiones fore odioſas &
correctorias diſpoſitionis iuris cõmunis ſe-
cundum quod quod quærit maritus, ſibi quę-
rit & non vxori; ſimiliter vxor ſibi non ma-
rito, vt dixi ex communi q.61.diſpoſitio au-
tem correctoria iuris cõmunis nequit à iu-
re communi interpretationem recipere, eſ-
ſet enim implicare duo contraria, & quia in-
ducta ad vnum finẽ non poſſunt operari cõ-
trariũ ad text.in l. legata inutiliter ff. de le-
gat.præſtan.eſt mirabile dictũ Bal. in l.ma-
ximũ vitium nu.15.C.de libe.præte.Pau. de
Caſt.in l. fina.§. in computatione C.de iur.
delibe.Alexan.conſil.20.n.9.li.1. Ruin.cõſ.
32.n.11.li.3.Deci.in l.nemo.n.5. C.qui te-
ſta.face. poſſ. Meno. qui alios recẽſet conſ.
4.n.30.li.1.Neuizan.conſ.95.nu.18. Socin.
conſ.150.n.38.li.2. Et hæc mihi vera vidẽ-
tur etſi noua, neque ab aliquo animaduerſa
in hac prouincia.

16 Quid † autẽ dicendum quãdo maritus in
aliquib⁹ meliorationes feciſſent in alijs au-
tẽ eiuſdẽ mariti rebus & poſſeſsionibus de-
teriorationes afforent, an nulla habita de-
teriorationum ratione poſsit vxor vel illius
hæres pretium petere meliorationum; hæc
itidẽ quæſtio noua eſt: mihi videtur nõ poſſe
vxorem meliorationes petere niſi habita ra-
tione deteriorationum, quia cum ſit ſocia in
vno & in alio itidem ſocia cenſetur ne cum
mariti iactura locupletetur, id enim impium
foret l. ſecundum naturam cum vulgat. de
17 regu.iur. tum quia videretur ſocietas † leo-
nina vt ſolum commodum non autẽ incom-
modum ſentiret aduerſus tex.in l. ſi nõ fue-
rit §. Ariſto. vbi glo. & alij ff. pro ſoci. dixi
quæſtio.65.

18 Tertio † id apertiſsimum eſt ex iuris cõ-
munis diſpoſitione ſecundũ quã vbi adſunt
meliorationes ex vna parte, & ex altera de-
teriorationes confunduntur adinuicem me-
liorationes cum deteriorationibus, & quod
excedit melioratio deterioratione vel è cõ-
trario id tantum habetur in conſideratione
l.domos l.quod ſi nulla de lega.1.Bartol.in
l.ſi negotia ff.de nego.geſt. Bal. in l. ædem
nu.14.C.de locat.Curt. iuni. Simo.de Prę-
Bertazol.& alij quorũ dicis veram opinio-
nem ſicut euangelium Caual.deciſ.27.n.77.
ad medium par.2.& iterũ deciſio.32.nu.53.
ead.par.2. Pereg.tract.de fideico. artic. 51.
num.78.79.

Et in his locis ex authoritate aliorũ ſubiũ-
git, nedum cõmunẽ procedere vbi in vna &
eadem re cõtingunt meliorationes & dete-
riorationes, ſed etſi in diuerſis rebus, vt ſem-
per fiat confuſio ipſo iure.

19 Porro † poſſet vxor petere meliorationes
qualeſcumque forent ſiue neceſſariæ vtiles,
20 vel voluntariæ, † nam etſi in voluntarijs ſta-
tutum ſit vt eas bonę fidei poſſeſſor deduce-
re non poſsit abradere vero vtique ſine lę-
ſione prioris ſtatus l.vtiles de petitio.hęred.
l.in fundo de rei vindica. niſi dominus para-
tus ſit tantum ſoluere quantum abradendo
poſſeſſor habiturus eſſet d. l. in fundo vbi
21 Bartol. † Malefidei poſſeſſor neceſſarias tã-
tum petat vtiles vel voluntarias abradat l.
domum C.de rei vendi. l. idemque §. idem
labeo ff. manda. cum alijs adductis ad hoc
inſtitutum per authores ſuperius citatos &
per Gar. tract.de expen.& meliora. cap.2.à
n.1.in ſpecie tamen propoſita nulla quoad
vxorẽ diſtinctio fiet, nam cum ſocia effecta
ſit in meliorationibus quecumque ſint in his
22 partem accipiet, & † cum ad meliorationes
ſine aliqua diſtinctione admiſſa ſit ad om-
nes admiſſa cẽſetur argu. l. de pretio de pu-
bli.in rem.actio.cum ſimi.& indiffinita ora-
tio æquipollet vniuerſali l. ſi pluribus de le-
ga.2.l.ſi domus de ſer.vrba.prædio. cũ alijs
ad hoc inſtitutum congeſtis per Surd. deciſ.
210.num.8.

23 Præterea † & quia generalis illa aſſociatio
ad meliorationes omnes continet, & nullas
excludit l.1.de lega.1.& idem operatur ac ſi
de ſingulis expreſsio facta fuiſſet Bar.in l.2.
ff.de nouatio.Crauet.conſ.308.n.6.Cęphal.
conſ.156.n.22.maxime vbi ſermo generalis
ab homine prolatus eſt, quia nullam recipit
reſtitutionẽ Bart. in l. generali. §. vxori. de
vſufruct.lega.Ruin. conſ.61.num.15.lib.5.
Rolan.conſ.27.nu.27.lib. 4. pulchrè Becci.
conſ.94. num.31.

24 Poſſet & ad † prædicta dubitari quid vbi
maritus feciſſet aliquas meliorationes ſed
tempore reſtitutionis perierũt an earũ præ-
tium vel ęſtimationẽ poſsit petere vxor; &
dicendũ nõ poſſe, contra rationẽ eſſet certè
& omnimodam æquitatem quod mulier cõ-
ſequeretur cõmodum ex his rebus quæ ma-
rito & domino earum perierunt; & aperte
probat tex.in d.l.domos de lega.1.in verbis
quantitatibus ædeficiorum extantibus, &
probat



probat tex.in d. l. in fundo de rei. vindica-
tio.cum diſponit vt fundus prętioſior reddi-
tus eſſe oporteat propter meliorationes vt
dominus eorum præſtare æſtimationem te-
neatur Bartol.in d.l.in fundo.

His addendum † quod vt plurimũ in his
æſtimationibus faciendis attenditur tempus
reſtitutionis, id eſt illius temporis, quo rei
melioratę ęſtimatio fieri debet, dixi quæſtio-
ne antecedenti; cæterum ſi nõ ſunt quia pe-
rierũt fruſtra fiet æſtimatio, argu.l.eius, qui
cum ſimilibus de reb.credi.vnde in præfata
ſpecie vbi res perempta fuit, in qua impẽſæ
factæ ſunt & meliorationes, vel vbi ſolę me-
liorationes interierunt, nullam vxor earum
repetitionem intentare poteſt, vt ad inſtitu-
tum, in alio tamen caſu docuit Bartol. in d.
l. in fundo num.8.egregie Peregri.tract. de
fideico.art.51.num.37.& latius num. 76. &
77. omiſſa illius quoad caſum noſtrum di-
ſtinctione quia non accomodatur.

## SVMMARIVM.

1 *Æſtimatores in meliorationibus eligendi.*
2 *Æſtimatores vt eligãt partes intimare Iudex debet.*
3 *AEſtimatores debent iurare de veritate dicenda.*
4 *AEſtimatores ſi diſcordant iudex eligat.*
5 *AEſtimatores vbi diſcordãt iudex eliget tertium.*
6 *AEſtimatores referre debent æſtimationem iudici.*
7 *Citari debent partes quando æſtimatores proficiſcuntur ad faciendam æſtimationem.*
8 *Iudex poteſt ſe ex oficio informare de vero valore æſtimationis.*
9 *Iudex poteſt ex oficio æſtimatores nominare partibus non petentibus.*
10 *Actor ſuam intentionem plene probare debet.*
11 *Iudex non poteſt de facto ſuplere probationes partis.*
12 *Iudex poteſt ex officio peritos in arte aſſumere.*
13 *AEſtimator vnus non ſufficit vbi duo repiriri poſſunt.*
14 *Periti in arte duo ſemper aſſumendi.*
15 *Iudex æſtimatores inſtruere debet, cuius temporis æſtimationem facere debent.*
16 *AEſtimatores cõmunicata prius inter ſe eſtimatione, æſtimationẽ ipſam patefacere debent.*
17 *AEſtimatores de publico deputati compelli per iudicem poſſunt vt æſtimationem faciant.*
18 *AEſtimatores vt ſuſpecti recuſari poſſunt.*
19 *AEſtimatores vbi quemquam grauant in ſua æſtimatione poteſt appellari.*

## QVÆSTIO. LXXIIII.

### *DE ÆSTIMATORIBVS, ET quid in his obſeruandum ſit.*

1 SCIENDVM † autem quod
vbi ad æſtimationem huiuſmo-
di meliorationum deuenitur ea
prius ex æſtimatoribus per par-
2 tes deligendis fieri debet, † intimato per
iudicem illis vt ſingulos nominent pro par-
te ſua hæc eſt enim communis practica om-
nium prouinciarum ſimul & theorica recep-
3 tiſsima; † iurabunt ſe recte æſtimaturos
Barto.in l.ſi quis arbitratu num.7. de verb.
obliga. Bal.in l.hac ædictali §. his illud per
illum tex. C.de ſecun. nupt. Iaſſo. in §.qui-
dam num.78.de actio.Felin.in cap. quia iu-
dicante num.1.de præſ.Deci.latè in ca.pro-
poſuiſti num.15. de probatio.idem Bart. in
l. Theopompus nu.7.de dot.prælegat. Bal.
Salice.Angel.vbi Cagno.num.258.in l.2.C.
de reſ.venditio. Pinel. in eadem l. 2. par.3.
cap. final. num.3. Ioan. Garci.tract. de me-
lioratio.& expen.cap. 24. num.18.Matien.
in l.7.glo.2.num.1.& 2.tit.11.Dida.Couar.
lib.varia.reſolutio.2.cap.13.num.4.

4 Sanè † ſi partes diſcordent in his eligẽdis
iudex eliget. Sic Bartol.in l.3. ad finem. C.
de pigno.Bal.in d.l.2.de reſcin.vendi.n.25.
Cagno.num.259.Decius in d. ca. propoſui-
ſti num.13.Iaſſ.in l.iuſiurandum & ad pecu-
nias §.qui iuſiurandum nu.6. ff.de iur.iuran.
Felin.in cap. ſuper quæſtionum num. 11. de
offi. delega. Pinel. in loco ſupra citato, &
probat text. in l. in venditione ff. de bon.
autho.iudi.poſſ.

5 Sed etſi † à partibus nominati æſtimato-
res in æſtimatione diſſenſerint iudex ex of-
ficio tertium eliget l. item ſi vnus §. fina. ff.
de arbit.ſic relati interpretes ſupra.

6 Hi † vero æſtimatores à partibus aſſump-
ti æſtimare omnia debent, & iudici eandem
referre ęſtimationem. Barto.in d.l.2. n.20.
ibidem Bal.Pau.de Caſt.& Cagno. nu.258.
C. de reſ. vendi.& ſecundum peritiam artis
ſuæ proprium declarabunt iudicium cũ iu-
ramento vt antea dixi. cap.fraternitatis vbi
omnes canoniſtæ de frig.& malefi. Panor.in
d.ca.propoſuiſti vbi alij Iaſſ. in l. admonen-
di num.237.de iur.iuran.

7 Citari † autẽ debent partes quando æſti-
matores proficiſcuntur ad vidẽdum locum,
in quo æſtimatio fieri debet Barto.in d. l.
Theopompus Cagno. qui alios in d. l.2.nu.
262.Dida.d.cap.13.num.5. verſi. Nona ſit
concluſio, qui multos poſt Bart. in hanc ad-
duxit opinionem.
8 Porro † poſſet Iudex ex officio ſi vellet in-
formarę

formare ſe de valore,& iuſta ęſtimatione ab
hominibus peritis,dũ tamẽ nõ adimatur ius
nominãdi & eligẽdi æſtimatores partibus,ꝙ
eis à iure cõceditur vt ſupra dixi ; ſed id po-
teſt facere iudex ad ſciendũ magis rei veri-
tatẽ & conformandũ ſuã opinionẽ cũ dictis
aliorũ æſtimatorũ à partibꝰ electorũ Bart.in
l. ſi quod ex Pamphila de legat.2.Socin.cõſ.
115.n.4.li.2.Purpura.cõſ.31.n.9. Ex noſtris
quidam Ferre.qui vt plurimũ ſine lege , ſine
authore,& ſine ratione loquitur, in ſuis ob-
9 ſeruantijs 1.par.ca.323. & his addo † poſſe
iudicẽ ex officio prædictis æſtimatores no-
minare etiã partibus nõ petẽtibꝰ, idẽ Bart.
in d.l.2.C.de reſ.vẽdi.Guid.Pap.deciſ.221.
ad finẽ ea ratione citati interpretes ducũtur
quia huiuſmodi cognitio magis in artis pe-
ritia quã in teſtiũ ſenſu corporeo conſiſtit.l.
1. §. 2. ff.de ven.inſpi.l.fina.C.de iur.doti.
impe. d. l. hac ædictali §. his illud : Et licet
Angel.Aretin.in §.curare inſtit.de actio.cõ-
trariã tenuerint aduerſus Bart.in d.l.ſi quod
ex Pamphila de lega.2.& alios nunc citatos.
10 Quia inquit † actor debet ſuã intẽtionẽ ple-
ne probare alioquin reus venit abſoluendus
l.qui accuſare cum vulga.C.de ędẽn.& Bal:
ſibimet vt ſolet contrarius in d. l. ſi quod
ex Pamphila.Salice.in d.l.2.C. de reſ.vẽdi.
11 Qui alia vtitur cum nũc relatis ratione ; † ꝙ
ſcilicet non debeat iudex de facto ſupplere
probationes pro actore rub.& li.1.C.vt quę
deſun. aduoca. par.ſuperior tamen opinio
Bar. cõmunis eſt & æqua quã & tenet Fran.
Mar.deciſ.485.n.42.43.1.par.nõ enim vere
ſupplere dicitur iudex actoris probationem
quãdo quicquã facit vt cautius eruat verita-
tem; tunc maxime cum non ſecundum ſuam
peritiam, ſed ſecundum peritorũ in arte iu-
dicium ſententiam ferre tenetur.

12 His addendũ † ꝙ hac ipſa perpẽſa ratione
poteſt iudex ex officio pro ſua informatione
agrimẽſores,& peritos in arte mittere ad lo-
ca,de quibus controuerſia eſt partiũ expẽſis.
l. ſi irruptionis in fine ff.fini.regun.oẽs in d.
ca.propoſuiſti de ꝓbatio.Frã.Mar. d.deciſ.
485.n.39.1.par.Bero.conſ.144. n. 54.lib.3.

13 Nõ autẽ † ſufficiet in prædictis caſibus vnũ
æſtimatorem eligere ſi duo reperiri poſſunt
Crem.in d.l.2.de reſ.vẽdi.n.296.Pinel.ibi-
dẽ 3.par.ca.fin.n.5.ex tex. in §. quid autẽ in
auth.de non alien.reb.Eccleſ.per quem tex.
generalẽ prodidit traditionẽ Bart. in l.1. §.
14 fina.ff.de verb.oblig. † quod vbi peritorũ in
arte iudicio ſtandũ eſt, debent adhiberi duo
ſi reperiũtur in loco, vbi ſequũtur Alex.Iaſ.
n.11.Alciat.& oẽs Deci. in d.ca.propoſuiſti
nu.10.Matien. qui alios in l.1.glo.2.nu.21.
titul.11.Gomeſ.lib. reſolu. 2.cap.10. nu.5.
Ioan. Garci. de expen. & meliora. cap.24.
num. 20. neque aliquis diſſentit.

15 Porro † iudex aduertere debet in huiuſ-
modi ęſtimationibus ęſtimatoribus ipſis cu-
ius tẽporis æſtimationẽ facere debeant , an
pręteriti quo ædificiũ factũ eſt,an pręſentis,
vel an ęſtimare debeãt valorẽ lapidũ,laterũ,
& aliorũ,quæ in ędificio ſunt in abſtracto vel
in concreto vt dicebat Bal.recurrẽdo ad ea,
quæ de hac ęſtimatione faciẽda quoad inſti-
tutũ noſtræ materię dixi ſupra quęſt.69.quia
in æſtimatione aliarum rerũ, quæ in reſtitu-
tione veniũt vt à bonæ vel malę fidei poſſeſ-
ſore aliud ius obſeruandum eſt vt ibi dixi.
16 Æſtimationẽ † autẽ faciant cõmunicato in-
ter ipſos ęſtimatores negotio,neque vnus de
per ſe ſine alio;cũ etſi poſsit quiſque libere
dicere quid ſentiat,præcedere tamẽ promiſ-
cua communicatio debet,cũ poſsit vnus al-
terum in ſuam trahere ſententiam argu. l. ſi
in tres cum l. ſequent. ff. de arbit.

17 Et vbi † æſtimatores de publico deputati
ſunt cogi per iudicẽ poſsũt ſi nollint ęſtima-
re vt id faciãt. Bart.in l. 1. §.citra carnis ff.de
offi.præ.vrb.Bal.Salice. & Alex.in l.inuitus
ff.de procurato.Garci.d.ca.24.n.26.& idem
eſt vbi de publico non eſſent deputati , ſed
partes eos nominarent niſi ex iuſta cauſa id
facere recuſarent,vt probe aduerſus Carol.
Moline.ſentit Garci.d.ca.num.26.

Cæterũ æſtimatores vel tertius in caſu diſ-
cordiæ per iudicẽ nominatus,aut vbi de pu-
18 blico deputati forent , † poſſunt vt ſuſpecti
recuſari;vel etiam quia imperiti in ea arte;
debet enim æſtimatio à nõ ſuſpectis fieri §.
ꝙ autẽ in verbis,& nõ ſuſpectis, in authẽ.de
non.alienã.& à peritis d.§.ꝙ autẽ cũ alijs ſu
pra citatis.Garci.d.ca.nu.27. in verſ.Quini-
19 mo. † Quod ſi æſtimatores in ſua relatione
grauauerint licita erit appellatio; verũ ſi ex
forma ſentẽtiæ conſtet pronunciatũ fuiſſe ꝙ
cõformi æſtimatorũ iudicio relatũ fuerit id
exequatur, & appellatio ſubſequẽs etſi ad ſu
periorẽ negotiũ deuoluat executionẽ tamen
nõ impediet.iuxta textũ ſingularẽ in l. inſtar
C.de iur. fiſc.& probat idẽ Garci.d.ca.n.28.
Quãquã hæc in practica in hac prouincia non
reciperẽtur apud tribunalia inferiora à Sa-
cro Senatu, quia appellatio regulariter ſem-
per deuoluit , nec curaretur an in ſententia
dicta clauſula incerta fuiſſet.

## SVMMARIVM.

*1 Mulier quæ ex ſocietate inita cum marito ac-
quiſiuit,an teneatur reſeruare filijs prioris
matrimonij.*
*2 Mulier quæ ex pacto & cõuentione quærit te-
netur reſeruare filijs prioris matrimonij.*
*3 Quarta quæ debetur vxori ex diſpoſitione
authen. præterea C. vnde vir. & vxo. re-
ſeruanda eſt filijs prioris matrimonij.*
*4 Mulier quæ ex lucro ſtatutario vel ex cõſue-
tudine acquirit tenetur reſeruare filijs prio-
ris matrimonij.*
*5 Mulier quæ ex ſocietate inita inter virum &
vxorem acquirit non tenetur reſeruare fi-
lijs prioris matrimonij.*
*6 Mulier quæ acquirit ex ſocietate titulo onero-
ſo lucratur.*
*7 Mulier renunciare poteſt lucris ex ſocietate
prouenientibus.*



## QVÆSTIO. LXXV.

*BONA AB VXORE QVÆ-
ſita ratione huiuſmodi conuentionis , an
reſeruanda ſint filijs prioris matrimo-
nij, nec ne in vim l. hac ædictali C. de
ſecundis nuptijs.*

1 EGREGIA † ſanè & quoti-
diana ſe offert quæſtio an vxor
quæ acquiſiuit ex hac aſſocia-
tione emptionũ & melioratio-
nũ teneatur ſecũdo nubẽdo re-
ſeruare filijs prioris matrimonij; nam vt vi-
deo in his locis vbi hic conuentionis modus
viget in contractu matrimonij; multi paucis
ab hinc annis dũ cõtrahunt matrimoniũ pa-
ciſcuntur expreſsim quod vxor ſecundo nu-
bens teneatur hæc lucra reſeruare : videamꝰ
an poſsit cautela nũc videtur itaq; dicendũ
mulierem teneri reſeruare ex ſequentibus.
2 Primo † quoniam & ea lucra quæ ex pacto
vel cõuentione quærũtur vni ex cõiugibꝰ re-
ſeruãda ſũt liberis prioris matrimonij auth.
vxore C.de ſecun.nup.Bart.Bal.Angel.Rip.
& alij omnes in l.fœminæ C.de ſecun.nup.
3 Secundo † id ipſum cõfirmat text. in auth.
præterea C.vnd.vir.& vxo.is enim textus in
fortioribus terminis loquens in quarta ſci-
licet debita vxori inopi ex legis prouidẽtia,
ea enim per tranſitum ad ſecũda vota reſer-
uatur filijs prioris matrimonij: nam & lucrũ
quod ab ſtatuto defertur eodẽ modo reſer-
uatur,tamquam tacite voluerint à principio
cõiuges ſe conformare cum diſpoſitione le-
gis ſtatutariæ vt cenſuit Barto.& alij in l.hæ-
redes mei §.cum ita ad S.C.Trebellia. fuſe
qui alios Surd.deciſ.322.num.55.
Tertio probat tex.in d.l.fœminæ illis ver-
bis, Quicquid nuptiarũ ſolemnitate perce-
perint, &c. Quę ſanè verba apertè ad lucra
quę ex conuentionibus hiſce matrimoniali-
bus proueniunt diriguntur.
Quarto probat & tex.in l. generaliter C.
de ſecun.nupti.in verbis, quæ de bonis mu-
lieris ad eum deuoluta ſunt,quæ niſi ad con-
uentionem ſic motam referri poſſunt.
Quinto iuuat §.ſi vero expectet in auth.de
nupti.in verbis,omnis eam deſerit proprie-
tatis modus in his quę ad eam ex priori cõ-
iuge venerunt.& in §.quia vero lucra,in ver-
bis,quęcumque lucrati fuerunt ſiue per do-
tis,vel ſponſalitiæ largitatis occaſionem.
4 Sexto † vt antea dixi,nedum in lucris quę
conuentione vel pactis celebratis in matri-
monio quęruntur,fit reſeruatio,ſed & in his
quæ ex diſpoſitione ſtatutoria vel(quod pro
prius pertinet ad caſum quæſtionis noſtræ)
conſuetudine alteri ex coniugibus quærũtur:
vt ſi cõſuetudine fieret vt apud Gallos quod
mulier medietatem lucraretur eorum quæ
maritus in vita acquiſiuit; & hanc dixit com
munem & veram ſentẽtiam in terminis ſta-
tuti & huiuſmodi cõſuetudinis Nicol.Boer.
deciſ.185. vbi & ſcripſit ſic fuiſſe iudicatum
per tres conformes ſententias,& in terminis
ſtatuti Roman.in l.ſi cum dotẽ in principio
ff.ſolut.matrim.Pau.de Caſt. in l.2.ff. ſolut.
matrim.Alexan.& Iaſ.in l.fina. C.qui teſta.
face.poſ.Cremen.ſingul.vltimo Arelata.qui
communem in d.l.generaliter n.49.Ioan.de
Garro.in auth. ex teſtamento nu. 56. Ruin.
conſ.161.lib.1.Alciat. de verb. ſigni. lib. 1.
nu.34. Caſſan. Dida.Couar. Pinel.Bertran.
Socin. & Pala. Rub. quos citat & ſequitur
Matien.in l.6.glo.2.n.3.li.5. titul.9. vbi &
communem dixit & præter relatos idẽ cen-
ſuerunt Corne.Segur. & Hiero. Grat. quos
ſolos refert & probat Ioan.Garci. tract. de
coniugal. acqueſ. nu.8. Ex his videtur lucra
meliorationum ex cõuentione habita reſer-
uari debere filijs prioris matrimonij vbi
mulier ad ſecunda tranſit vota.
5 Contrarium † tamen verius eſt nihil ſcili-
cet huiuſmodi lucrorum reſeruandum fore
filijs prioris matrimonij : vna ratione iuua-
tur hęc opinio irrefragabili , & qua omnia
ſupra adducta in cõtrarium diſſoluuntur hæc
ipſa eſt; quoniam quæ vxor acquirit in vim
huiuſmodi conuentionis ex illius induſtria,
opera, & diligentia quam præſtat in conſer-
uandis vel augẽdis bonis mariti, & proprijs
ratione ſocietatis initæ inter eos lucratur;
vxor enim vti ſocia effecta laborat in acqui-
rendo & lucrando , quod niſi ſocietas inita
foret præſtare de iure non cogeretur vt dixi
6 quæſtio. 61. hac ſectione,vnde † quod ipſa
lucratur non titulo lucratiuo ſed oneroſo
conſequitur , proinde vti proprium effectũ
non reſeruatur filijs prioris matrimonij: At-
que in hunc modum intelligenda ſunt iura
omnia & traditiones ſuperius relatę quæ de
acquiſitis titulo lucratiuo loquuntur , non de
his quæ titulo oneroſo , quemadmodum
ex Gallicis in conſuetudine illa lucrorum
inter virum & vxorem ſcripſit Arnol. in
conſuetu.

conſuetu. Burde. §. 9. ad finem Caſſan. in
conſue. Burgun. rub. 4. §. 2. num. 6. Carol.
Molin. in conſuetu. Pariſien. §. 25. num. 1.
& 2. Guilier. Benedic. in cap. Raynuncius
in verbo & vxorem nomine Adelaſiam nu.
788. de teſta. Ex noſtris vero Dida. Segur.
in l. 3. §. fina. de libe. & poſthu. & in tract.
de bon. conſtan. matri. acqui. Pala. Rub.
in rub. de denatio. inter virum & vxor. §.
50. num. 35. Grego. Lop. in l. 55. glo. in
verbo comunamente titul. 5. par. 5. Dida.
Couar. lib. 3. varia. reſolutio. cap. 19. nu.
2. idem Dida. in Epito. de ſponſa. 2. par.
cap. 3. §. final. num. 8. Anto. Gomez. in l.
50. Tauri num. 56. Baeca. tract. de non
melioran. cap. 11. Eman. Acoſt. in cap. ſi
pater de teſtam. in 6. par. 1. in verbo le-
gauit, nu. 35. Telli. Ferdinan. in l. 14. Tau.
Ioan. Garci. tract. de expen. & meliora. ca.
13. num. 14. idem Gar. tract. de coniugal.
acqueſ. num. 4. Pinel. in l. 1. par. 1. nu. 37.
& in l. final. num. 2. C. de bon. mater. Ma-
tien. in l. 6. glo. 2. num. 2. titu. 9. lib. 5.
ex Italis Ripa. in dict. l. fœminæ num. 43.
& 45. C. de ſecun. nupt. vnde caute faciunt
hodie viri contrahentes matrimonium, &
vxores ad huiuſmodi lucra aſſociantes, qui
curant & expreſsim paciſcuntur, vt coniunx
lucra emptionum & meliorationũ filijs prio-
ris matrimonij ſecundo nubendo reſeruare
teneatur. Quemadmodum enim illud pacto
efficitur ſic contrario pacto diſſolui poteſt,
ad text. in regula nihil tam naturale cum
7 vulgat. de regu. iur. † quinimo vbi ex lege
ipſa vel conſuetudine huiuſmodi lucra de-
berentur vxori, poſſet his illa renunciare
iuxta glo. in cap. 2. de dona. inter virum &
vxor. vt poſt Ioan. Fabrum, & alios docuit
Rodri Xuar. in l. 1. titul. 3. *de las ganancias,*
limi. 1. & ante ipſum Pala. Rub. in repe.
rub. de donatio. inter virum & vxor. §. 63.
num. 1. Anton. Gom. in l. 60. Tau. Caſſan.
de cõſuetudine Galliæ loquens in conſuetu.
Burgun. rub. 4. §. 2. glo. in verbo. acqueſte
num. 15. limi. 4. Matien. in l. 9. glo. 1. n. 1.
titul. 9. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium vtile eſt maritis conficere ante contractum matrimonium in his locis, in quibus fiunt aſſociationes inter virum & vxorem.*
2 *Mulier an conſequatur partẽ in prædio empto ex pecunia, quam maritus tenebat ante contractum matrimonium.*
3 *Res empta ex pecunia mariti ſubrogatur in locum pecuniæ.*
4 *Rodrici Xuares opinio.*
5 *Hiſpanorum vlterioris Hiſpaniæ opinio.*
6 *Mulier partem conſequitur in emptionibus, quas voluntarie facit maritus ex pecunia quam habebat ante contractum matrimonium.*
7 *Caſſanei opinio.*
8 *Hæreditarium dicitur quod ex hæreditate fuit acquiſitum.*
9 *Pecunia ex re feudali vendita non ſubrogatur in illius locum.*
10 *Hæres ex pecunia hæreditaria emens ſuo proprio nomine ſibi acquirit nec res illa in ſidei commiſſum venit.*

## QVÆSTIO. LXXVI.

*RES A MARITO EMPTAE constante matrimonio ex ea pecunia quam maritus ante contractum matrimonij propriam habebat, an veniant cum vxore communicandæ.*

1 IN his locis † in quibus in hac
prouincia cõuentio, de qua agi-
mus in vſu eſt, crediderũt multi
optime facturos maritos, ſi ante
matrimonium repertorium con-
ficiant rerũ omnium, quas poſsident, quod
in regnis Caſtellæ vtiliſsimum fore dixerũt
Pala. Rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 60. ad
finem Matien. in l. 1. glo. 2. num. 2. titul. 9.
lib. 5.
2 Subinde † inferunt ex noſtris huius regni
iureperitis aliqui quod ſi maritus centum
habebat ante contractum matrimonij, &
poſt cõtractum illico emat fundum, vel præ-
dium, mulier nullam vendicare partem poſ-
3 ſet ratione dictæ conuentionis; † quia in-
quiunt pecunia erat mariti propria ante ma-
trimonium, & res empta in pecuniæ locum
ſuccedit, proinde vti propria in communio-
ne non veniet: Huc pertinet quod res ſub-
rogata eſt eiuſdem iuris cum illa in cuius lo-
cum ſubrogatur argu. l. ſi cum §. qui iniuria-
rum ff. ſi quis cautio. l. filiæ §. Titia cum vul-
gat. de condi. & demonſt. Et in terminis
probat tex. in l. ſi donatæ res §. ſi ſpõſus vbi
Bald. ff. de donatio. int. vir. & vxo. Sic &
pretium ex re hæreditaria hæreditarium di-
citur vt multis oſtendit Ioan. Gall. in areſti.
Galliæ. quæſt. 1. a num. 1. latiſsimè, qui ad
vtramque partem diſputat Tiraq. tract. de
retract. ligna. §. 32. glo. vnica num. 10.
4 Opinio hęc iuuatur † traditione Rodri.
Xuar. in l. 1. titul. 3. verſ. Secundo limita nu.
25. docuit is inibi quod ſi ex pecunia pro-
pria vir emerit conſtante matrimonio rem
aliquam, dum conſtet de ſua pecuna emiſſa,
res



res omnino efficietur illius citra onus com-
munionis cum vxore ſua ineundæ.
5 Secundo † eadem opinio fulcitur ex his
quę tradiderũt aliqui ex interpretibus Reg-
norum vlterioris Hiſpaniæ; exiſtimarunt ij
maritum conſtante matrimonio fundum cõ-
parantem ex pecunia venditionis fundi pro-
prij quæſiti ante contractum matrimonij, ita
eum ſuum facere vt illius pars nullatenus ad
vxorem pertineat, quamuis iuxta leges re-
gias Regni fructus ſint futuri communes. ſic
enim docuerunt Montal. Rodri. Xuar. Ci-
fuen. Pala. Rub. Matien. Tiraq. & alij quos
refert Gutier. libr. 2. pract. quæſtio. 117.
num. 2.
6 Contrariam † ſententiam veriorẽ eſſe in
caſu noſtro exiſtimo vt etſi vir ex propria
ante contractum matrimonium pecunia fun-
dum poſt illud contractum emerit, vt in hac
emptione pro parte vxor admitti debeat: ea
moueor ratione, quod cum maritus vxorem
in emptionibus aſſociauerit, voluntarie emẽ
do de pecunia propria, vltro voluiſſe videa-
tur vxorem ad partem admittere, maxime
vbi nullam adhibuit proteſtationem, quod
de pecunia propria emebat; cenſetur enim
eo ipſo communicata: ſic tenuerunt aduer-
ſus Rodri. Xuar. Hiſpanici interpretes qua-
les Palac. Rub. quem refert & ſequitur Gu-
tier. in dict. quęſ. 117. nu. 2. ad medium; ean-
dem opinionem ſequitur aduerſus prædictũ
Xuar. Matien. in l. 2. gloſ. 2. num. 6. titul. 9.
lib. 5. Ioan. Garci. tract. de acqueſ. coniu-
gal. num. 63.
Secundo confert in huius ſententię tuitio-
nem text. expreſſus in l. coiri, in verbis, *ſi
quod lucrum ex emptione, venditione, loca-
tione, conductione, &c.* ff. pro ſoci. quem
textum ad id expendit Boeri. in conſuetud.
Bituricen. tit. de conſue. dotierij §. 2. verſic.
Et per prædicta idem videtur; vbi & aſſerit
ita de facto obſeruari: eandem opinionẽ ſe-
quitur Caſſa. in d. rub. 4. §. 2. verbo. acqueſt.
num. 6. licet inibi aliqualiter videatur dubi-
7 tare; & dicit † ſibi videri tutius vt cum ma-
ritus emit de proprijs ſui patrimonij pecu-
nijs, quod declaret in præſentia iudicis ſe
velle rem illam emptam de ſua ſubſtantia
in proprij patrimonij locum ſubrogari, quã
alias non emiſſet: Cæterum tex. in d. l. coiri
quem expreſſum dixit Nico. Boeri. euitari
poteſt; cum intelligatur in emptione, quę fit
conſtante ſocietate de pecunijs communi-
bus non de proprijs: quinimo ita intelligen-
dus eſt vt conueniat titulo: & ſecundũ hunc
intellectum parum iuuat prædictam opinio-
nem, quam tamen veram credo ex ſupra ad-
ducta ratione; cum videatur maritum emen-
do nulla præcedente proteſtatione, voluiſſe
vxorẽ in ea emptione tacite aſſociare; nam
& ſocietas nedum expreſsis verbis, ſed & ta-
cite ex pleriſq. actibus præſumitur, quem-
admodum poſt Barto. & alios multos ſcri-
bit Menochi. prę́ſump. 56. a num. 1. lib. 3.
8 Non obſtant † nũc adducta ſupra in con-
trariũ nam quod hæreditarium dicatur quod
ex hęreditate acquiſitum fuit perpetuũ non
eſt, vt multis citatis à Tiraq. in d. §. num. 10.
conſtat; quinimo prætium non ſuccedit loco
rei niſi in vniuerſalibus non ſic in particula-
ribus l. qui vas §. fina. ff. de fur. l. labeo §. ſa-
binus de verb. ſignifi. cum alijs ad hoc inſti-
tutum citatis per Molin. de Hiſpa. primo. li.
9 4. cap. 4. nu. 24. 25. † ita ſit vt re feudali ven-
dita prætiũ illius loco non ſubrogetur que-
madmodum poſt Afflict. & alios Moli. ſcrip-
ſit dicto loco vbi & idem cenſuit in re ma-
ioratus vendita, niſi in certis caſibus quos ille
10 ſua diſtinctione conciliat. Sed † & in rebus
fideicõmiſſo ſubiectis, vbi hæres ex pecunia
hæreditaria quidquam ſuo nomine emit, nõ
efficitur fideicommiſsi l. poſtulante §. ſed &
in huiuſmodi ff. ad S. C. Trebell. ex pecunia
enim aliena emptum noſtrum eſt. l. ſi vt pro-
ponis C. de rei vindi. vt hæc & alia his ſimi-
lia egregia diſtinctione adhibita nouiſsime
docuit Peregrin. tract. de fidei. articul. 44. a
num. 28. cum ſequent. multis.
Non obſtat ſecundum, cui ſecundum vlte-
rioris Hiſpanię leges ſatisfacit Gutier. in d.
quæſt. 117. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Noua quæſtio an vbi vxores ſolent ad lucra admitti, admittantur, ſi nihil exprimatur.*
2 *Regula, ſi voluiſſent dixiſſent, in hoc lucro vrget.*
3 *Sententia affirmans verior.*
4 *Factum præſumitur id, quod conſuetum eſt.*
5 *In locationibus ea veniunt, quæ conſuetudine præſtari ſolita ſunt.*
6 *Idem in conductionibus vectigalium.*
7 *In agrorum cultura conſuetudo etiam attenditur.*
8 *Si inſtrumenta nuptialia facta non apparerent ex ſolito iudicabitur vxorem ad lucra admiſſam.*

## QVÆSTIO. LXXVII.

*AN SI IN CONTRACTV matrimonij coniuges admitti ſoleant ad lucra, ſi dictum nihil ſit nec conuentum, an eo ipſo coniux admiſſa cenſeatur.*

NOVA

1 NOVA quæſtio eſt à nullo † tra-
ctata, videtur coniugem admit-
ti ad lucra mariti nõ poſſe, cum
enim conuentiones ſint iuris
ſtricti & ſtricte interpretandę l.
quidquid aſtringendæ de verbo. oblig. cum
vulga. conſequẽter omiſſum pro omiſſo ha-
beatur, conijciendum noluiſſe contrahentes
quãdo loquuti nõ ſunt voluiſſe ad lucra vxo-
2 rem admittere, † quoniã ſi voluiſſent dixiſ-
ſent l.v. §. ſin autem C. de cadu. Tollen. in
verbis, *nam ſi teſtator contrarium volebat, nulla erat difficultas illud exprimere*: cum
alijs congeſtis per Pedroch. conſil. 30. num.
31. Honde. conſi. 37. nu. 32. lib. 3. cum mul-
tis ab his citatis.

Contrariam exiſtimo veriorem ſuppo-
ſita enim conſuetudine recipiendi vxores
ad huiuſmodi lucra, eo ipſo cenſetur ma-
ritum, niſi aliud conuenerit, admittere
vxorem ad ea ſicuti ſolent cæteri mariti in
3 ea regione. Sic in terminis † augmenti, do-
tis, ſiue donationis propter nuptias, quod
in Cathalonia noſtra eſt pręcipue notan-
dum, docuit Galiau. ad conſil. Alexand. in
4 verbo. viginti, numer. 32. factum enim †
præſumitur id, quod conſuetum eſt, ſecun-
dum tradicionem Bald. in rubrica C. de
fi. inſ. numer. 8. Bartol. Alexan. Felin. qui
multis ornat in cap. cum M. Ferrarienſis nu-
mer. 3. de conſ. Palac. Rubeus. Nat. & alij
quos refert Surd. conſil. 164. numer. 24.
li. 2. & in terminis eiuſdem augmenti idem
Surd. dict. conſil. numer. 33. citans Galiau.
& alios.

5 Sic reſpondit Cæphal. † conſil. 144. lib.
2. numer. 22. ea in locationibus venire, quæ
conſuetudine pręſtari ſolita ſunt, etſi nihil
dictum ſit, vbi multa ſcripſit.

6 Id ipſum in † conductionibus vectigalium
ſcripſit Burſa. poſt multos à ſe relatos con-
ſil. 190. num. 24. lib. 2.

7 Et in agrorum † cultura conſuetudo at-
tendenda etſi nihil ſit expreſſum, l. ſi merces
§. conductor vbi Barto. ff. loca. & coacerua-
uit multa de ſolitis fieri vt facta cenſeantur
licet nulla adiecta conuentio ſit, Caroci.
trac. de loca. ſub rubrica de obliga. Quęſtio.
4. verſic. Principalis materia, & verſic. Seq.
vbi de ſolitis agit.

8 Extenditur † traditio ſuperior vt pariter
procedat quando fuiſſent confecta inſtrumẽ-
ta nuptialia, & non apparerent; quia deper-
dita, ex ſolitis enim æſtimandum foret vxo-
rem ad lucra admiſſam fuiſſe ex eiſdem tra-
ditionibus ſupra citatis: & tetigit hunc ar-
ticulum Cancer. noſter in ſuis reſol. li. 3. ca.
7. num. 168. qui inibi alia adduxit, quę vi-
denda.

## SVMMARIVM.

1 *Diuiſio bonorum inter hæredes qualiter fiat inita ſocietate inter virum & vxorem.*
2 *Lucrum non dicitur niſi deducto damno.*
3 *Mulier inita ſocietate tenetur ſoluere dimidium eorum, in quibus maritus fuit obligatus.*
4 *Mulier conueniri poteſt ob debitum mariti in ſocietate contracti.*
5 *Dos promiſſa à patre filiæ ſolui debet de bonis communibus in ſocietate acquiſitis.*
6 *Dotatio filiorum ad ſocietatem contractam inter virum & vxorem ſpectat.*
7 *Damna & commoda communicanda in ſocietate.*
8 *Ratio communis improbatur.*
9 *Textus in §. ſed & quidem vetuſtas inſtitu. de exhere. libe. nouo ſenſu percipitur.*
10 *Pater filiæ dotem promittens de bonis proprijs promittere cenſetur.*
11 *Pater dotans filiam tam de bonis maternis quam paternis adhuc de bonis proprijs dotare filiam cenſetur.*
12 *Pater dotans filiam & dicens ſe eam dotare de bonis proprijs filiæ & ſuis, cenſetur de proprijs dotare.*
13 *Mulier an teneatur ſoluere de bonis lucratis partem fideiuſsionis, quam maritus fecit conſtante matrimonio.*
14 *Fideiiubens ſua dicitur abuti ſubſtantia.*
15 *Minor fideiubens eo ipſo læſus probatur.*
16 *Fideiuſsionis actus meritorius apud Deum.*
17 *Lucrari dicitur is, qui ſuum adimplet deſiderium & voluntatem.*
18 *Mulier non tenetur ſoluere ex lucratis in ſocietate ea, quæ maritus debet ex fideiuſſione.*
19 *Mulier an habeat partem in emptione facta per maritum ante contractum matrimonij, vbi ſolutio fit conſtante matrimonio.*
20 *Principium diſpoſitionis regulariter attenditur.*
21 *Diſpoſitio regulatur ſecundum principium illius.*
22 *Principium dicitur potiſsima cuiusque rei pars.*
23 *Opinio authoris qualis.*
24 *Mulier an conſequatur partem rei quam maritus vendiderat ante contractum matrimonium cum pacto de retrouendendo, ſi poſt conſtante matrimonio vſus fuit dicta facultate.*





25 *Redimens fundum in vim pacti de retrouendendo vere emere dicitur.*
26 *Mulier an poſsit partẽ petere in ea rei emptione, quæ partim vẽdita fuit partim donata.*
27 *Clauſula & ſi quid plus valet dedit, &c. Quid operetur.*
28 *Donata ſocio non communicantur.*
29 *Societas ſimpliciter contracta tantum extenditur ad adquiſita titulo oneroſo.*
30 *Mulier in diuiſione bonorum non tenetur imputare ea, quæ maritus ludendo vel meretricando alienauit.*
31 *Ludentes & meretricantes in culpa eſſe dicuntur.*

## QVÆSTIO. LXXVIII.

*DIVISIO BONORVM IN HISCE conuentionibus quomodo facienda ſit, & aliæ plures quæſtiones ad dictam diuiſionem pertinentes enucleatæ.*

1 HAC finiam † quæſtione conuẽ-
tionis de qua in hac ſectione
agimus materiam; ſufficit enim
præcipuas adduxiſſe quęſtiones
& frequentiores magis, quod vt
dixi quæſt. 60. & 61. in paucis tantũ locis hu-
ius vaſtiſsimi principatus tales conuentio-
nes in vſu ſint. Sciendum igitur diuiſionem
bonorum ita fieri debere inter hæredes vi-
ri & vxorem, aut eiuſdem hæredes, vt prius
deducendę ſint expenſæ omnes in huiuſ-
modi emptionibus & meliorationibus fa-
ctæ; rurſus damna & alia, quæ patrimonij
communis ſubſtantiam minuunt; quemad-
modum enim lucra communia ſunt, ſic &
damna communia eſſe oportet, & actione
pro ſocio pro dimidia parte exigi poſſunt
l. cum duobus §. quidam ſagariam l. fratres
§. ſi quis ex ſocijs ff. pro ſoci. l. ſi merces §.
2 vis maior ff. locat. lucrum † enim non dici-
tur niſi deducto damno l. 3. ff. de in rem ver-
ſiu. l. ſed ſi adijciatur l. mutius vbi Barto.
3 & alij ff. pro ſoci. Ad † vxorem itaque ſpe-
ctat dimidium ſoluere eorum, quæ vir etſi
4 ſolus contrahendo obligatus eſt; quinimo †
& vxor ſola poſſet inſolidum conueniri ob
partem illam contingentem. l. omne æs
alienum cum l. ſequenti ff. pro ſoci. Palat.
Rub. in rubri. de donatio. int. vir. & vxor. §.
66. num. 2. cum ſequen. Segu. tracta. de bon.
conſ. matri. acqui. num. 6. vbi addentes ad
eum Dida. Couar. lib. 3. varia. reſolutio. cap.
19. num. 3.

5 Ex his † multa inferuntur ſingularia. Pri-
mo infertur dotem promiſſam à patre filiæ,
quę nuptui traditur vel donationem propter
nuptias filio contrahenti matrimonium, ſol-
uendam eſſe ex bonis communibus vbi ac-
quiſita reperiuntur; cenſetur enim promiſiſ-
6 ſe de bonis ex cõmuni ſocietate † cõtractis,
quaſi onus dotandi filios & filias ad ſocieta-
tem pertinere videatur, Rationem reddide-
runt interpretes inferius citandi, quoniam
obligatio dotandi filios contracta fuit conſ-
tante matrimonio, & eſt veluti quoddã de-
bitum naturale cum legali iure coniunctum
d. l. qui liberos cũ ſimilibus de Rit. Nuptia.
debita autem conſtante matrimonio & con-
ſequenter ſocietate contracta ante omnia
exolui debent de lucris communibus vt ſu-
pra dicebam, ita fit vt pater promittendo de
his bonis non de proprijs promiſiſſe cenſea-
tur, id quod legib⁹ vlterioris Hiſpaniæ ſanc-
7 citum fuit; Neq. † à regulis abhorret iuris, cũ
damna & commoda inuicem ſint communi-
canda. l. ſi non fuerint §. Ariſto. cum alijs in
principio adductis ff. pro ſoci. vnde & inter-
pretes Hiſpanici ſic cenſuerunt circa leges
illas, quę vt dixi quęſtio. 60. & 61. illico con-
tracto matrimonio cõmunionẽ bonorũ ip-
ſo iure inducunt, ſic poſt Pala. Rube. & Dida.
Segur. reſoluit egregie Dida. Couar. li. 3. va-
ria. reſolutio. ca. 19. nu. 3. & poſt eum ſequuti
ſunt Anto. Gomez. Grego. Lop. & Montal.
relati à Matien. in l. 3. gloſ. 7. num. 7. titul. 9.
Ioan. Gutier. lib. practi. quęſtio. 2. quæſtio.
125. à nu. 1. cũ ſequen. Ioan. Garci. etſi nullo
relato & paucis verbis tract. de cõiu. acqueſ.
num. 150. idem videtur dicendum in ſocie-
tate ex conuentione inita inter maritum &
vxorem, cũ eadẽ ipſa ratio in pacto militet,
quę in legibus vel conſuetudine hanc cõmu-
8 nionẽ inducentibus. Verum † ſuperior ratio
non omnino ſatisfacit, dicere enim debitum
dotandi fuit contractũ conſtante matrimo-
nio non ſufficit vt ex eo pater dotẽ promit-
tens de cõmunibus, non de proprijs promi-
ſiſſe cenſeatur, quoniã & hac ratione attenta
idẽ eſſet in cæteris ſocijs, qui vir & vxor non
eſſent; pluſquã rediculum autẽ foret affirma-
re ſocios vnius ſocietatis teneri ad dotatio-
nẽ filiorũ alterius ſocij: vnde ſuperior ratio
explicãda eſt, quod ſcilicet debitũ fuerit cõ-
tractũ durante matrimonio, & ambo vir &
vxor ſocij ſuo quiſq. facto operã dedit pro-
creationi liberorum & conſequenter debito
9 dotandi filios: Eiuſdem † naturę mas & fœ-
mina ſunt, vterq. proprio ſemine formã prę-
bet & generationi incumbit Galeno autho-
re in lib. 1. & 2. de ſemi. Auerro. ad Ariſto. de
genera. lib. 2. ca. 4. Ioan. Ferre. de humi. pro-
cre. lib. 7. cap. 6. Aretin. in peripate. quæſtio.
lib. 5. quæſ. 2. quibus Philoſophorũ locis ve-
rus etſi nouus §. ſed hæc quidem vetuſtas
inſtit. de exhęreda. libero. ſenſus elicitur.

(Sed hęc quidem vetuſtas(ait Iuſtinianus)in-
troducebat, noſtra vero conſtitutio inter
maſculos & fæminas in hoc iure nihil inte-
reſſe exiſtimans, quia vtraque perſona in
hominum procreatione ſimili naturæ officio
fungitur,&c.)
10 Contrarium † tamen in ſpecie conuen-
tionis de qua agimus iudicandum eſt; pater
enim promittens dotem filiæ, cenſetur pro-
mittere de bonis proprijs in dubio l.fina.C.
de dot.promiſsio. vbi id adnotarunt Barto.
Bald.Angel.Salicet.& alij: quinimo & præ-
11 dictæ † regulæ locus eſt etſi dixiſſet pater,ſe
dotare tam de bonis paternis, quam mater-
nis iuxta traditionem gloſ.communem in l.
1. ff. ſolut. matrimonio idem exiſtimarunt
Burga.Bart.Imol.Aretin.Socin.Pariſi. Iaſ-
ſo.quos ſequitur & refert Ioſephus Ludoui.
deciſio. Peruſi. 21. num.16. Paul. de Caſtr.
Gerard. Capra. Nouel. Alciat. Socin. iuni.
Plot. & alij plures, quos ſeriatim recenſet
Viui.inter ſuas communes opinio. opini.
12 484.num.13. vbi et ſic iudicatum ſcribit: †
& licet pater diceret ſe dotare de bonis ſuis
& eiuſdem filiæ adhuc communi opinioni
locus eſt. Afflic. vbi Vrcil. ad eum deciſio.
179. Campe. Alciat. Nouel. Crot. Pariſi.&
alij quos nouiſsime refert & probat Surd.
conſil.192.num.29.lib.2.

Non obſtant quæ ſuperius tradidi quo-
niam procedunt ſecundum leges particula-
res vlterioris Hiſpanię, quæ expreſsim ſta-
tuunt patrem dotantem videri dotare filias
de bonis communibus ſocietatis non pro-
prijs; quibus legibus corrigitur diſpoſitio
dict.l.fina. vt citati ſupra interpretes aiunt.
in noſtra ſpecie diuerſum eſt.
13 Secundo † infertur deciſio alterius quæ-
ſtionis, an mulier teneatur ſoluere de bonis
lucratis partem fideiuſsionis, quam maritus
conſtante matrimonio alicui fecit; videtur
enim ipſam teneri, quoniam debitũ contra-
ctũ fuit conſtante matrimonio,& conſequen-
ter damnum dimidiæ partis ad eam ſpectat
d. l. cum duobus §. quidam ſagariam ff. pro
ſoci.& in d.l.omne ęs alienũ eod.titul.Nam
14 etſi † ex hac fideiuſsione non aliud,quã per-
dere maritus poſsit,cum eo ipſo quod quiſ-
quam fideiubet,abuti ſua ſubſtantia dicatur.
vt poſt Alex.nu.14.notauit Iaſ.in l.ſi conſtã-
te nu.158.& Rip.nu. 38.ff.ſolut. matrimon.
Pala.Rub.in cap.per veſtras §.18.a nu.1.de
15 donatio. int.vir. & vxo. propterea † minor
fideiubens eo ipſo læſus dicatur vt reſtitui
poſsit abſque alia læſionis probatione l. ait
prætor §.non ſolum ff.de mino. l.1. C.eod.
tit.Gam.deciſio.162.a num. 1. cum ſequen.
16 † tamen quia fideiuſsionis actus meritorius
eſt apud Deum & homines, vt poſt nonnul-
los ab eo relatos ſcribit Gutier.tract.de iu-
ra.confir.1. par.cap. 72.nu.5. & rurſus obli-
gat eum pro quo fideiubet obligatione anti-
dorali vt tantundem faciat,cum opus ei ſit.
ad text.in l. ſed etſi lege §. conſuluit, cum
17 vulgat.de petitio. hęredi. tum † etiam quia
ſatis lucrari dicitur is,qui ſuę obſequiũ præ-
ſtat voluntati eam exequendo.gloſ.in l.fina.
ff.de vſu. & habita. fusè qui multos Tiraq.
tract. de retract. conſan. in præfa. num. 25.
Neuizan.conſi.74.num.13.Gram.conſi.22.
num.7. propterea vxorem ad dimidiam te-
18 neri fideiuſsionis videtur. Contrarium † ve-
rius eſt, nihil enim commune habent lucra
emptionum & meliorationum,quę vxor ac-
quirit vti ſocia, cum fideiuſsione à marito
facta: is enim contractus extra ſocietatem
eſt, propterea ad incõmodum mulieris per-
tinere non poteſt. Sic in terminis legum vl-
terioris Hiſpanię tenuerunt Montal. quem
citat & ſequitur Matien.in l.3.gloſſ. 7.num.
3. titul.9. Ayor. Mencha. & alij plures re-
lati per Gutierrez libr.2. practica. quæſtio.
quæſtio.128.a num. 1.cum ſequent. vnde ſi
fideiuſsio aliquo modo pertingere poſſet
emptiones vel meliorationes à marito fa-
ctas vt quia in emptione alicuius prædij fi-
deiuſsit, vt alter pro eo fideiuberet in ſimili
emptione, actus huiuſmodi ad ſocietatem
pertinere videretur, & ideo mulier partem
ſuam ſoluere cogi poſſet, vt ex Ayor.tracta.
de partitio.1.par.cap.8.num.13. deducit &
rectè Gutier.d.quæſ.128.ad finem.

Superiora non obſtant, nam etſi debitum
fideiuſsionis contractum ſit conſtante ma-
trimonio,extra cauſam tamen ſocietatis, id
eſt,vt ſupra dicebam. Neq. lucrũ obligatio-
nis antidoralis, & id quod ex implemento
propriæ voluntatis quiſquam conſequitur
conſiderandum eſt; quoniam id in his po-
teſt caſibus vindicare, in quibus dę tertij præ-
iudicio non agitur vt in hac ſpecie: in prę-
iudicium autem eius, qui voluntatem ſuam
adimplet commodum reportari dicitur,
quęmadmodum ex citatis à me interpreti-
bus colligitur.
19 Tertio infertur † deciſio alterius quæſtio-
nis; quid ſi maritus ante contractũ matrimo-
nij fundũ emeret dilata ſolutione,& interim
contrahit matrimoniũ & vxorem aſſociat in
emptionibus & meliorationibus, ſoluit etiã
prętium conſtante matrimonio, an mulier
partem habeat in hac emptione. Et videtur
admittendam non eſſe;quoniam etſi ſolutio
facta ſit conſtante matrimonio, fuit tamen
vera venditio, & ex ea acquiſitum domi-
nium ementi etſi habita fuerit fides de
20 prætio. §. venditæ inſtitu. de rer. diuiſi. †
Secundo quoniam regulariter attenditur
princi-



principium actus ſeu diſpoſitionis l. in ra-
tione prima §. ſi Imperator ff.ad l. falcid. l.
Iulianus §. non ſolum ad S. C. Macedo. l. ſi
21 filius C. eod. & finis † huiusmodi emptio-
nis, ſolutio ſcilicet prętij, trahitur ad ſuum
principium quod regulare eſt in alijs diſpo-
ſitionibus Ruin.conſi.83.num.2.lib.1. a pri-
mordio enim tituli poſterior formatur euẽ-
tus l. ſi quis ex argentarijs §. initium ff. de
edend. l.3.§.ſcio ff.de mino.Crauet. conſil.
461. nu. 40. & diſpoſitio intelligitur ſecun-
dum ſuum principium l.regula §.fina.de iur.
& fac.ignor.Principium rurſus potentius eſt
fine l.1.de origi. iur. Crauet. qui ornat con-
ſil.882.num.13. Caſſan.in ſpecie huic quæſ-
tioni ſimili in conſue. Burgund. rubr.4.§.9.
22 gloſ.de totuts deutes nu.3.& ſequen. † Prin-
cipium dicitur potiſsima cuiuſque rei pars
dict.l.1.de origi.iur.vbi Cagnol.nu.23.vnde
ſi principium attendendum eſt prout atten-
di debet venditio perfecta eſt, conſequẽter
res empta à marito illius propria fiet tam-
quam acquiſita ante contractũ matrimonij.
23 In hac † quęſtione ſic putauerim iudican-
dum,aut maritus ſoluit prætium de propria
pecunia & hoc conſtat,nulla tunc dubitatio
vt nec in re empta vel illius prętio mulier
partem habere poſsit; aut vero conſtat de
pecunia communi ſolutum fuiſſe prętiũ, vel
eſt dubium: vtroq. caſu quamquam vxor ad
rei partem regreſſum non habeat, tenebitur
tamen maritus dimidium prætij refundere
vxori indiuiſione quia pręſumitur maritum
de cõmuni pecunia exoluiſſe; ne igitur rem
& prætium habere videatur ſimul, dimidiũ
cogetur reſtituere prætium vxori;ſic in ſimi-
li retentis eiſdem terminis poſt Ayor. con-
cludit & rectè Ioan. Gar. tract. de coniugal.
acqueſ.num.61.
24 Quarto infertur † ad alterius quęſtionis
ſolutionem,an maritus qui ante contractum
matrimonij fundum vel aliam rem vendi-
derat cum pacto de retrouendendo, poſt
contractum autem matrimonium vſus fuit
facultate illà retrouendendi, & oblato præ-
tio rem recuperauit, an vxor in vim huius
conuentionis partem rei conſequi poſsit; &
licet videretur ex ſuperius traditis in pro-
xima quæſtione quod ratione principij &
originis contractus qui attendi debet, vxor
nullam vindicare partem poſsit, quoniam
ante contractum matrimonij venditio fuit
celebrata, in præſenti tamen ſpecie diuer-
25 ſum iudicandum eſt;vere † enim emit mari-
tus conſtante matrimonio, & prætium ſoluit
licet facultatem haberet recuperandi obla-
to prętio,ad notata per omnes in l. 2. C. de
pact. in. emp. & vendi. compo. Sed & cum
maritus ſponte vſus ſit ea facultate contra-
cto iam matrimonio vxorem vltro in ea ad-
miſiſſe cenſetur ad ea quæ dixi quæſtione
pręcedenti verſic.Contrariam tamen.
26 Quinto † infertur in ſocietate inita iuxta
morem dictum in antecedentibus,non poſſe
mulierẽ partem petere in ea rei emptione
quæ partim vendita fuit partim donata:quæ
noua quæſtio eſt nuſquam ab aliquo tacta; id
contingit cũ amicus vel conſanguineus ma-
riti contemplatione vendidit rem aliquã illi
27 non iuſto prætio adiecta clauſula, Etſi † quid
plus valet dedit &c. quę clauſula apponi ſo-
let in emptionibus ad vitandum remedium
l.2.C.de reſcin. vendi.& quæ clauſula iuxta
receptiorem opinionẽ operatur tantũ in eo
qui verum rei venditæ à ſe valorem ſciebat,
ſecus ſi ignorabat Barto.in dict.l.2.& in l.ſi
quis cum aliter vbi interpretes de verb.ob-
liga.& poſt Bart. Bald. Salice.Pau.Caſtren.
Alex.Soci.Fabian.Deci.Panor.& alios mul-
tos ab eo relatos dixit communem Cagnol.
in d.l.2.num.123.cum ſequent. In eo igitur
quod donatum eſt vltra prætium deſignatum
mulier partem non vindicabit; Rationem
28 huius reſolutionis exiſtimo, † quia iuxta iu-
ris diſpoſitionem donata ſocio etiam ſi do-
narentur quod fortius eſt occaſione ſocieta-
tis ex quo tamen dantur perſonę & non ſo-
cietati, cedunt in vtilitatem donatarij quæ
communicare non tenetur l. ſocium qui in
29 eo §. final. ff. pro ſoci. † tum quod ſocietas
ſimpliciter contracta tantum extenditur ad
acquiſita titulo oneroſo nõ ad ea quæ titulo
lucratiuo donationis vel alio huic ſimili l.
coiri cum l. ſequenti ff.pro ſoci. Barto. Al-
beri. Bal. Salice. quos ſequitur & citat Go-
meſi. lib.2. reſolut. cap. 5.num.4. Rolan.à
Vall.conſil.10.num.8. libr.1. fusè Gutierr.
lib.2.practica.quęſtio.120.num.6.cum ante
& poſt ſequent.
30 Sexto † infertur ex dictis in principio nõ
teneri mulierem indiuiſione bonorum im-
putare ea quę maritus ludendo vel meretri-
cando alienauit,quoniam ludo perdita, lata
culpa amiſſa dicuntur l.pactum C. de colla-
tio.& meretricio conſumpta dolo conſump-
ta cenſentur l.ſi vero §.adoleſcens ff.manda.
de his igitur damnis nihil imputandum eſt
vxori ex d.l.cum duobus §.damna ff. pro ſo-
ci. † quia in ludo & adulterio vtrobiq. culpa
arguitur l. adeo §. penul.in verbis, quod in
alia vel adulterio ff. pro ſoci.l.ſi is cũ quo ff.
commu. diuidun.l. coheredes §. ꝙ ex facto
ff.fami.herciſ. d.l.cũ duobus §. dãna.& licet
apud interpretes legum vlterioris Hiſpanię
his modis perdita vxor ad partem imputare
debeat iuxta communem obſeruantiam il-
lius Regni de qua teſtatur Rodrig. Xuarez.
in l. 1. titul. *de las ganancias*. Gregor. Lop.

Anton. Gomez. & alij quos recenſet Matien.in l.5.gloſ.76.num.7.titul.9.& Gutier. lib. practica.2. quæſtio.120. nu.7.vbi Burg. Baccam.& alios retulit. Id tamen ex ea obſeruantia tolleratur & quia ex legibus illis competit marito facultas alienandi lucra conſtante matrimonio quæſita vt animaduertit Matien.in dict.l.5.num.7.in fine; quæ omnia ceſſant in ſpecie propoſitæ conuentionis & ſocietatis initæ inter virum & vxorem & expreſsim regulanda eſt iuxta iuris communis diſpoſitionem.

# SECTIO QVINTA.

## PREFATIO.

QVONIAM in prima ſectione actum fuit de donationibus quæ fiunt in capitulis matrimonialibus, in ſecunda actum eſt de vinculis, ſubſtitutionibus, & conditionibus, quæ in his apponuntur; in tertia ſectione varia fuerunt pacta & conuentiones explicatæ, quæ in matrimonij contractu adijciuntur; in quarta proxima de ſocietate inita inter maritum & vxorem actum eſt; ſupereſt vt in hac extrema tractemus de renunciationibus, quæ per filios & filias potiſsimum fiunt in contractu matrimonij, dum dote contentæ bonis renunciant paternis & maternis.

### SVMMARIVM.

1 *Renunciatio donatio eſt.*
2 *Renuncians in alterius fauorem eidem donare cenſetur.*
3 *Donatio non præſumitur.*
4 *Donationis coniectura vbi alia capi poteſt, capienda eſt.*
5 *Renunciatio in dubio non præſumitur.*
6 *Renunciationis coniectura capienda non eſt.*
7 *Renunciationes ſtrictiſsime interpretandæ.*
8 *Renunciationes nihil aliud continent, quam quod expreſſum eſt.*
9 *Renunciare iuribus ſibi competentibus nemo præſumitur.*
10 *Pactum & renunciatio qualiter differant. ex gloſæ opinione.*
11 *Pacti & renunciationis differentia in quo conſiſtat.*
12 *Verba renunciationis parte præſente prolata vim pacti habent.*
13 *Mens potius quam verba attendenda.*
14 *Pactum de liberando ſi non valet eo modo, quo agitur, valet vt valere poteſt.*
15 *Renunciatio parte præſente & tacente facta, vim pacti ſuſtinet.*
16 *Donatio facta parte præſente licet tacente valet.*
17 *Renunciationis & pollicitationis differentia qualis.*
18 *Renunciatio facta parte abſente acceptata nomine illius, ſequuta poſt ratificatione, vim pacti habet.*
19 *Renunciatio quæ vim pacti habet ſic ſuſtinetur dum ea, quæ pertinent ad pacti ſubſtãtiam interueniat.*
20 *Laudum vltra contenta in compromiſſo latum nullum.*
21 *Exceptiones, quæ aduerſus laudum emologatum competunt.*
22 *Renunciatio in ſcriptis facta vim pacti habet, etſi acceptata non fuerit.*
23 *Confeſsio parte abſente facta in ſcriptis plenè probat.*
24 *Renunciatio in iudicio facta calore iudicij ſuſtinetur.*
25 *Renunciatio in iudicio facta, acceptatione indiget.*
26 *Renunciatio acceptata vim pacti habet, quando ius, quod renunciatur re ipſa competit.*
27 *Renunciatio hæreditatis viuentis nulla.*
28 *Viuentis beneficium impetrari non poteſt.*
29 *Renunciatio illius qui de morte teſtatoris dubitat nulla.*
30 *Renunciatio, quæ vim pacti habet ſi in futurum conferatur, ius re vel ſpe competens continet.*
31 *Renunciatio in dubio ius futurum non comprehendit.*
32 *Diſpoſitio quæuis ad futura non extenditur.*
33 *Iuramentum ſemper intelligitur rebus in eodem ſtatu manentibus.*
34 *Renunciatio per fratrem vel ſororem alteri facta contemplatione matrimonij, intelligitur ſi matrimonium ſequatur.*





## QVÆSTIO. LXXIX.

*RENVNTIATIONEM VIM donationis habere, neque ipſam præſumi: Rurſus in quo differat à pacto, & alia curioſa indagine declarata.*

1 RENVNCIATIONEM † dona-
tionem fore veteres prodide-
runt ex l.poſtquã liti C.de pact.
l.ſi quis delegauerit vbi Bartol.
de ſolutio. Deci. in d.l.poſtquam
liti num.15.Curti.iuni.num.5.Menochi. qui
alios memorat in commen.de præſump.lib.
3.præſump.45.num.11.idem Menochi. lib.
6.preſump.41.num.2. vbi Tiraquel. præte-
rijt.fuſius diſerentem & alios multos in hãc
adducentem ſententiam in l.ſi vmquam ver-
bo donatione largitus, num. 173. C.de re-
uocan. donatio. & in præfatio. eiuſdem le-
2 gis num.129.& dixit † Bald. in l.quod do-
tali quæſt. 5. C. de collatio. quod alteri re-
nuncians eidem donare cenſetur, alios re-
cenſet Surd. deciſio.14. num.2. & in ſpecie
de renunciationibus, quæ á filijs parentibus
fiunt vt donationes videantur Bald. in l. pa-
ctum dotali quæſt.8. C.de collatio. Crauet.
conſil. 142.num.7. Menochi. conſil. 6.num.
3 5.libr.1.idem conſil.371. num.17.libr. 5. †
Ita fit vt cum donatio renunciatio ſit, & do-
natio non preſumatur, ſed fatuitas potius vt
noſtri dixerunt Bald. aſſertore in conſi.189.
in fine lib.2.Surd. qui egregie tract. de Ali-
men.titul.6.quæſ. 1.num.5.& 9.quinimo er-
ror Iaſſon.qui veteres refert in l.iuriſgentiũ
4 §.ſed cum nulla mem. 28. de pact. † Et vbi
alia quam donationis coniectura capi poteſt
hęc capienda ſit. l.eleganter §.qui reprobos
de pigno.actio.l.ſi cum aurum ff. de ſolutio.
Menoch.in commen. de arbi.iudi.quęſt.lib.
2.caſu.88.a num.1.idem lib.præſ.3.prȩſum.
12.num.11.& præſ. 71.num.2. Surd.tracta.
de Alimen.tit.6. quęſ.1.a nu.4.5.& 6.idem
Surd.conſi. 431.num.18.& deciſio.317. nu.
5 23. Sic † neque renunciatio præſumetur in
dubio, donationis inſtar Menochi. d. præ-
ſump.45.lib.3.num.11.& præſum. 41.num.
2. Tiraquel.Surd.& alij ſupra citati nouiſsi-
mè Peregrin. conſil. 93. num.3. & tract. de
6 fidei.artic. 52.num. 25. † Et vbi alia conie-
ctura quam renunciationis capi poteſt ca-
pienda erit Surd.conſi.321.num. 61.libr.3.
Pariter cum donatio renunciatio ſit neque
inter patrem & filium regulariter præſume-
tur Menoch.in commen.de præſ.libr.3.præ-
ſum.30.num.29.
7 Hinc conſequenter † docuerunt omnes
renunciationes præſſe & ſtrictim interpretã-
das eſſe Alex.conſi.115.libr. 5.Natt.conſil.
78.num.6.Menochi.qui multos conſil. 1.nu.
216. Gail.obſerua. 77.num. 5.libr.2.Pariſi.
Zaba.Calde. Deci. Gozadi. Tiraq.Decian.
Riminal.Purpura.Beret.Paſet. Gabri.quos
citat Surd.conſi. 431.num. 20.libr. 3.vbi &
refert Gabr.dict.conſil. dicentem quod hu-
iuſmodi renunciationes ſtrictiſsime inter-
pretantur, tam reſpectu rerum & iurium,
quam perſonarum.
8 Inde ſequitur † renunciationes reſtringi
ſolere vt non alia quam expreſſa contineãt.
ideoq. ad extranea trahi non poſſunt Alex.
Cæphal. Burſat. Becci. Riminal.& alij citati
9 ab eodem Surd.d. conſ.431. nu.15. † Neq.
cenſetur aliquis in dubio renunciare iuribus
ſibi cõpetentibus ca. ſuper hoc de renuncia.
coaceruat Bald. Tiraq. Deci. Crauet. Pariſi.
Natt. Cæphal.Gabr.Decian.Menoch. idem
Surd.d.conſi.nu.16.vbi nu.17.ſcribit autho-
ritate Cuman. Alex. Ruin.Decian.& Meno.
quod potius prȩſumitur error quam renun-
ciatio. His & alia egregia ſimilia adiungit
Surd.d.conſi.431.a nu.12.cũm ſequent. li.3.
10 Pactum † vero & renunciatio authore Ac-
curſio in l.1.in gloſ.magna ff.de pact.in hoc
differunt, quod pactum duorũ conſenſu per-
ficitur, Renunciatio ſolius renunciantis volũ-
11 tate; Pacti itidem † natura eſt vt obliget pa-
ciſcentem in futurum ad non petendum li-
cet verbis expreſsis nihil dictum foret l.talè
pactum in princi.vbi gloſ. ff.de pact. Salice.
in l.1.num.7.eodem titul. Rurſus qui renun-
ciat ſolum agit vt renunciatum à ſe abdicet,
& in alterum alienet, ſed qui paciſcitur ſe eo
ipſo obligat ad numquam petendum in fu-
turum. ſic Iacob. Butrica.in dict. l. 1. C.de
pacti.quem inibi ſequuntur Bart.Cyn.Bald.
Salicet. & omnes. ſubinde inferunt non va-
lere ſimplicem renunciationem iuris futuri,
licet valeat pactum, quia renunciatio huiuſ-
modi non ſuſtinetur niſi detur aliquid, quod
renunciari de præſenti poſsit, at quod quis
nondum habet renunciare non poteſt.
12 Sané † vbi renunciatio fit parte præſente
de cuius intereſſe agitur, eo in caſu ſuſtine-
tur in vim pacti, & tollitur ius de futuro cõ-
petens. Barto.in d.l.1. poſt principiũ verſic.
Vlterius oppono.vbi & ſcribit hanc opinio-
nem fore Iaco. de Areti. quam ſibi placere
affirmat, quia verba renunciationis parte
præſente prolata habent vim pacti obliga-
torij de non petendo in futurum vt modo
dicebam, ex d.l.tale. pactum vbi gloſ.& cæ-
teri Peregrin.tract.de fideico. artic. 52.nu.
11. Sed & dixit egregie Salice. in eadem l.
1.num.7.quod etſi verba ſonarent in renun-
ciationẽ adhuc cenſeretur pactum, cũ mens
13 potius † quã verba attẽdi debeant.ad tex.in
14 l.etiã cum vulgat. C.de iur.doti. tum † quia

vbi deliberando agitur ſi nõ valet quod ago
vt ago valet vt valere poteſt. l.ſi vnus §. pe-
nulti.ff.de pact.

15 Neq. vbi † pars tantum præſens eſt & ac-
ceptat renunciatio vim habet pacti, ſed &
vbi præſens & tacens, habetur enim tacitur-
nitas pro expreſſa quia agitur de commodo
tacentis ita Cyn.in d.l.1.num.2.ex l.qui pa-
titur ff.manda.glo.inſignis & famoſa in cap.
ſicut de electio. in 6. & habet vim pacti in
hac etiam ſpecie; & Cyn. opinionem dixit
veram & communem Alexan. ibidem nu.5.
poſt Caſtren.num.6.Iaſſ.nu.17. Deci.nu.26.
Curti.ſeni.in repeti.num.26. qui & receptã
dixit,vbi pars præſens tacuit.Curti.iuni.nu.
38.qui & receptiſsimam repetit,& ab ea nõ
diſcedendum dicit. Goza.num. 19. & com-
munem affirmat Zuchar. num.134.vbi mul-
tas adduxit rationes & argumenta in tuitio-
nem communis ſententię, & ſimul obiectis
Ripæ reſpondit.Hiero.Cagno.nu.69.& 70.

Adſtipulatur ſuperioribus ea quę dixi hoc
16 libro ſectio.1. quæſt. 5. ad finem vbi † mul-
torum ſcripſi authoritate donationem alicui
factam expreſſe non acceptatam valere, dũ
tamen pars foret præſens licet tacens, quia
taciturnitas pro acceptatione habetur quo-
niam agitur de commodo illius.

17 Hinc obiter † inter renunciationem quæ
fit parte præſente & tacente & inter pollici-
tationem diſcrimen adnotandum eſt quoniã
pollicitatio tunc fit cum promittitur aliquid
pęnitus abſenti l. pactum ff. de pollicita. &
mando abſentis conſenſus non intercedit
expreſſus vel tacitus authore Alberi.in l.iu-
riſgentium §.quinimo ff.de pact.

18 Eadem † communis opinio vindicat quã-
do pars eſt abſens ſed aliquis nomine illius
acceptat renunciationem dum ſequatur poſt
ratificatio abſentis, inducitur enim tunc pa-
ctum cuius vi renunciatio ſuſtinetur docuit
eruditè Panormi.in cap.ex multiplici nu.7.
ex.de decim. Imol. & alij multi quos refert
& ſequitur Surd.conſ.267.nu.21.lib.2.idem
Surd.conſ.136.num.10.lib.1.

19 Sic autem ſuperiora † declaranda ſunt vt
valeat renunciatio in vim pacti dum tamen
quę ad pacti naturam & ſubſtantiam perti-
nent interueniant. vnde ſi deficiant eiſdem
modis quibus pactum infringi poterit: cele-
bris traditio Surd. conſ. 136. num.53. cum
20 ſequent.lib.1. vbi † ſimile de laudo adducit
vltra contenta in cõpromiſſo lato quod nul-
lum eſt l.non diſtinguemus §.de officio ff. de
arbi.ſuſtinetur tamen in vim pacti vel tran-
ſactionis vbi emologatum à partibus ſit.glo.
in l.2.vbi cæteri C.commun.vtri.iudi. atta-
21 men † aduerſus laudum ita emologatũ dan-
tur omnes exceptiones quæ dantur aduerſus
pactum,citat Angel.Deci. & Cacialup. vnde
quemadmodum in pacto adeſſe debet ſimul-
taneus conſenſus l.1.ff. de pact. ſic in renun-
ciatione, quod ille latius proſequitur illic:
intelligendus eſt Surd. de conſenſu tacito
vel expreſſo vt in ſuperiorib⁹ dixi alias ma-
le & aduerſus communem loqueretur.

22 Porro † renunciatio in ſcriptis facta vim
habet pacti licet acceptata non fuerit, per-
inde enim eſt ac ſi facta fuiſſet parte præſen-
te Rip.in d.l.1.num.19.C.de pact.quem ſe-
23 quitur Surd.conſ.136.num.12.lib.1. ſicut †
in confeſsione quę facta parte abſente non
officit, facta tamen in ſcriptura plene pro-
bat. l. deſiderium vbi Bald.C.de po.Barto.
Marſil.& Crem.relati ab eodem Surd. dict.
conſ. num.13.

24 Equidem † renũciatio iuris proprij in iu-
dicio facta licet videatur quod vti calore iu-
dicij fomentata nulla egeat acceptatione
propter iudicis pręſentiam.glo.in l.1.de cu-
rato.bo.dand.Iaſſ.in d. l. 1. num. 15. C. de
pact.vbi teſtatur ita omnes tenere Gozadi.
nu.7.Deci.Rip.Zuchar. Cagnol. & alij quos
25 refert Surd.conſ.136.nu.11. lib.1. tamen †
niſi à iudice acceptetur non nocet renunciãti
ex magis recepta ſententia Bal.Alex.Curti.
ſenio.Gozadi. Iaſſ. Curti.iuni.Rip.Zuchar.
Cagno. Ruin. Rolan. quos coaceruat & ſe-
quitur idem Surd. d. conſ. 136. num.56. ad
medium verſi. Secunda vero reſponſio.quæ
vera eſt opinio;& eandem ſequitur non rela-
tis ſuperioribus Peregrin. tracta. de fideico.
arti.52.num.11.

26 Ad hęc notandũ † ſummopere(hinc enim
ſuperiora omnia declarantur)quod licet re-
nunciatio valeat in vim pacti quãdo fuit ac-
ceptata expreſſe vel tacite, id intelligẽdum
quando ius quod renunciatur cõpetit re aut
ſaltim ſpe probabili & à iure non improba-
27 ta:Exemplum † in eo qui renunciat iuri ſibi
competenti in hęreditate viuentis cuius ſpes
improbata eſt à iure l.poſt emancipationem
§.final.ff.de libe. legat. l. qui ſuperſtitis vbi
glo.& alij ff.de acquir.hęredi.Bart.& cęteri
28 omnes in d.l.1.C.de pact. proinde † nec vi-
uentis poteſt impetrari beneficium ad text.
in ca.1.de cõceſsio.præben.ſpes enim mor-
tis alterius improbata eſt ca.2.de conceſsio.
29 præben.glo.in regula Cancella.20. Simile †
exemplum perhibet Bart.in d. l. 1. quando
renuncians dubitat de morte teſtatoris neq.
enim huiuſmodi renunciatio probatur à iu-
re; parificantur enim duo ij caſus vel quod
teſtator viuat aut quod de eius dubium ſit
morte Bal.in d.l.1.num.6.& Alex.nu.4. vbi
ſcripſit notandum ſecũdum omnes Cagnol.
num.60. vbi igitur ius nec re aut ſpe proba-
bili competit renunciatio non valet.

Verun-



30 Veruntamen † vbi verba renunciationis
quę in vim pacti valet in futurum conferren-
tur ius re vel ſpe competens renunciari poſ-
ſet l.nec nos C.de cap.& poſt.reuer. l. 1. §.
quod ait in ſecundo ff. quo legato. ſic poſt
Barto.Caſtren.in dict. l.1. C.de pact. num.
7.poſt Angel.ibi, & fore communem teſta-
tur Curt.ſeni.num.30.Iaſſ.num.13. Deci.nu.
32.Gozadi. num. 15.& communem repetit
Curti. iuni. num. 48. Cagnol.num. 60.cum
multis ſequent.

31 Renunciatio † autem in dubio non inclu-
dit ius futurum etiam ſi renunciatio. iurata
foret quia reſtringitur ad ius quod de præ-
ſenti competit capi.2.vbi Panor.in 2. nota-
bili Anto. & alij ex. de renuncia. Socin. in
conſi.50.ad finem li.1.alios citat Surd.con-
32 ſil.70. num. 7. lib.1. † generale eſt enim in
quauis diſpoſitione vt ea ad futura non ex-
tendatur l.quod ſeruius vbi gloſ. ff. de con-
dic.ob cau.l.quæro §. inter locatorem ff. lo-
cat. cum latè congeſtis per Tiraq. in præfa-
tio.l.ſi vnquam num.166. cum ſequent. C.
de reuo.dona.Natt.conſ. 50.nu.2. Cæphal.
conſi.118.num.31.Neuizan. conſi.62. num.
28.Becci.conſi.58.num. 23.alios Menochi.
conſi.27.num.28.lib.1. Oſaſ.deciſio. Pede-
33 mont.91.num. 2.Surd.deciſ.163.num. 13. †
Et iuramentum ſemper intelligitur rebus in
eodem ſtatu remanentibus ſecundum gloſ.
& alios in cap. quemadmodum de iur. iur.
Tiraq.& alij nunc relati.

34 Extremo † renunciatio per fratrem vel ſo-
rorem alteri facta intuitu & contemplatio-
ne matrimonij conditionem tacitam habet
ſi ſequatur ideo eo non ſequuto irritatur, ſic
in terminis Alexan. Rauden.conſi. 41.num.
1.li. 1. etiamſi adeſſet iuramentum vt idem
Raud.ibi num.2.quod eſt notandum.

## SVMMARIVM.

1 *Filius poteſt ſe priuare hæreditate paterna.*
2 *Filius poteſt conſentire præteritioni vel exhæ-*
*redationi paternæ.*
3 *Primogenitus poteſt iuri primogenituræ re-*
*nunciare.*
4 *Ius nondum competens remitti poteſt.*
5 *Ius ſpe debitum renunciari poteſt.*
6 *Beneficium in inuitum non confertur.*
7 *Renunciare fauori ſuo quilibet poteſt.*
8 *Propoſitum in propoſito quod operatur, idem*
*oppoſitum in oppoſito.*
9 *Filia quæ nuptui traditur de iure ciuili re-*
*nunciare hæreditati paternæ vel maternæ*
*non poteſt.*
10 *Ius publicum priuatorum conuentione remitti*
*non poteſt.*
11 *Succeſsionum iura ob publicam vtilitatem in-*
*troducta.*
12 *Ratio communis improbata.*
13 *Filij ad paternam reuerentiam non pactis ſed*
*meritis ſunt vocandi.*
14 *Ratio interpretum ſubuerſa.*
15 *Pacti affirmatiui vel negatiui differentia.*
16 *Filij modico contenti ſæpius lucroſæ hæreditati*
*renunciant.*
17 *Didaci improbatio.*
18 *Soliciti homines eſſe non debent de hæreditate*
*viuentium.*
19 *Didaci ratio.*
20 *Didaci ratio improbatur.*
21 *Ratio authoris noua.*
22 *Fœminæ verecundiores ſua natura viris.*
23 *Mulierum conſilium fragile.*
24 *Mulieres ſua natura imbecilles.*
25 *Mulieres facile decipiuntur.*
26 *Opinio authoris.*
27 *Textus in cap. quamuis pactum de pact. in 6.*
*declaratur.*
28 *Ratio authoris noua.*
29 *Text.in l. non putauit §. ſi quis ſua manu ff.*
*de bono.poſſe contra tab.declaratur.*
30 *Taciti & expreſsi eadem virtus.*
31 *Expreſsi maior eſt virtus quam taciti.*
32 *Tollerantur multa quæ in pactum deduci non*
*poſſunt.*
33 *Text.in l.1. & in l.cum proponas C. de pact.*
*declaratur.*
34 *Fideicommiſſum renunciari poteſt.*
35 *Pactum de non ſuccedendo in contractu ma-*
*trimonij factum nullum.*
36 *Pactum de non ſuccedendo conſuetudine robo-*
*ratur.*
37 *Emancipatio à patre facta accepta pecunia, &*
*cum pacto ne ſibi filius vnquam ſuccedere*
*poſsit, ſuſtinetur.*
38 *Patronus qui vt ſeruum manumittat pecuniã*
*accipit contra tabulare liberti teſtamentum*
*non poteſt.*
39 *Pater pecuniam accipiens à filio in præmium*
*emancipationis non turpiter facit.*
40 *Opinio authoris qualis.*
41 *Pactum de non ſuccedendo à patre factum fi-*
*lio emancipato valet, ſi tantundem recepit à*
*filio quantum legitima illius aſcendebat.*
42 *Pactum patris de non ſuccedendo cum filium*
*ſuum naturalem legitimat, valet.*
43 *Declaratio authoris noua.*
44 *Filius renunciare poteſt hæreditati patris*
*iam mortui.*
45 *Filius vel filia hæreditati paternæ vel ma-*
*ternæ adhibito iuramento de iure canonico*
*renunciare poſſunt.*
46 *Renunciationes quæ fiunt per filios vel fi-*
*lias in contractu matrimonij quibus ex cau-*
*ſis fiant.*
47 *Cornei improbatio.*



*Parentes*

48 *Parentes ſub ſpe ducendi aliam in vxorem curant vt filij hæreditati renuncient.*
49 *Ratio Cornei improbatur.*
50 *Renunciationes quæ per filias fiunt in contractu matrimonij vt plurimum ad commodũ filiorum maſculorum fiunt.*
51 *Opinio authoris.*

## QVÆSTIO. LXXX.

*PACTVM VEL RENVNCIAtio per filiam dote cõtentam facta, qua bonis paternis vel maternis renunciat, an iure valida ſit. vel improbata multa hinc inde non parua diligentia tractantur.*

OCCVRRIT nunc inquirere
an renunciatio per filiam facta
vbi dote contenta renunciat in
capitulis matrimonialibus hære-
ditati paternæ, valeat nec ne: &
valere multa ſuadent argumenta.
1 Primum † quod poſsit filius libere pater-
na ſeipſum ſucceſsione priuare l. non puta-
uit §. ſi quis ſua manu ff. de bono. poſſeſsio.
con.tabu.l.filio prętereo ff.de iniuſt.teſtam.
2 quorum † authoritate probatur poſſe filium
conſentire exhæredationi, vel præteritioni
à patre factæ; conſequenter ſeipſum hære-
ditate priuare. tenuerunt Deci. in l. nemo
fraudare de re. iur. Rodri. Xuar. Alexand.
idem Deci. Angel. Curti.iuni. Dida.Couar.
quos citat communem dicens Mencha. tra-
cta.de ſucceſsio. creatio. §. 10. num. 529.
ad medium verſicu. Eſt tamen verum, licet
antea num. 528. illam impugnauerit can-
dem relatis multis communem dixit Dida.
in cap.Reynaldus §.2. num. 2. de teſtamen.
Gutier.in cap.quamuis pactum num.25. de
pact.in 6.Quinimo ſola taciturnitate poteſt
filius exhęredationi vel pręteritioni conſen-
tire l. ſi filius ff. de libe. & poſthu. vbi gloſ.
& Barto. idem Mencha. eodem tractatu §.
26.num. 109.Dida. dict.§.2.num. 2.& Gu-
tier.vbi ſupr.
3 Secundo non † parũ vigere videtur quod
poſsit primogenitus iuri primogeniturę re-
nunciare & ſe ab ea abdicere in alterũ tranſ-
ferendo.cap. quam periculoſum vbi gloſ. 1.
quæſtio. ſic & gene.cap.25.vbi Eſau.exiguo
& vili edulio remiſit ius primogenituræ fra-
tri ſuo ſecundo genito.& ad Hebre.cap.12.
Panormit.Ancharra.Præpoſi.Hoſtien.& cæ-
teri omnes in cap. licet ex.de voto Iaſſo. in
l. pactum quod dotali num. 4. de collatio.
Co. Guiller.Benedic. Tiraquel.Licier.Ma-
the.de Afflict. Burg.de Paz. & alij quos re-
fert & ſequitur iuxta diſpoſitionem iuris cõ-
munis, licet minimè quoad primogenia vl-
terioris Hiſpaniæ Ludouic. Molin. tracta.
de Hiſpa. primo.lib. 1. cap.6.num.44. ver-
ſic.Decimo ſeptimo alia communis regula;
conſequenter videtur huiuſmodi renuncia-
tionem de qua agimus valere.
4 Tertio † iuuat poſſe quemquam remitte-
re ius nondum ſibi competens in alterius
hæreditate,& valet remiſsio l. 1. l. cum pro-
ponas C.de pact. vbi poſt Bartol. Bald. Sa-
licet. Angel. Alex. Iaſſo. cæteri omnes ad-
5 notarunt. † Poſſunt enim in pactum deduci
& renunciari ea, quæ vel ſpe tantum nobis,
vel competunt,aut poſſunt deberi dict.l.1.l.
quoties ff. de Nouatio. l. ſub conditione de
ſolutio.ornat Peregri. tract.de fideico. arti.
52.num.14. vbi loquitur in terminis dict. l.
1.C.de pact.alios adferens:nihil igitur mi-
rum ſi poſsit filia renunciare hæreditati pa-
ternæ vel maternæ.
6 Quarto † adſtipulatur quod niſi daremus
poſſe filium id efficere inuito, & nolenti be-
neficum conferretur, id autem iuris regulis
aduerſatur l. inuito de reg. iur. l. inuitus §.
quod cuique eod.tit.l.hoc iure §. non poteſt
ff.de donatio. l. nec emere C.de iure delib.
qui textus expreſsim de hæreditatis ademp-
tione loquitur ibi, nec hęreditatẽ adire &c.
7 poteſt enim † quilibet fauori ſuo renunciare
ad tex.in l.ſi quis in conſcribendo C.de pac.
l.penul.C.de Epiſ.& Cleri.
8 Quinto † quod operatur propoſitum in
propoſito operatur oppoſitum in oppoſito
l.fina. §. final.de legat.3. l.final. C.de ſent.
paſſ. Neuizan. conſil. 70. num. 24. Ariſtot.
quem refert Bald.in l.1. num. 4.C. quan.li-
ce.ab emptio. diſce. Tiraquel. qui multos
tract.de retract. conſan. §.12.gloſſ. 1.num.
16.Crauet. conſil.195. num.6. Surd.conſil.
151.num. 31.libr. 2.& diſpoſitum in vno &
in alio diſpoſitum cenſetur l.fina. vbi Iaſſo.
C.de iudic.vidui.tollen.Neuizan.conſil.38.
num. 13. vnde cum pactum de ſuccedendo
ſit à iure improbatum,quoniam inducitur ex
eo votum captandæ mortis,& in huiuſmodi
pacto ſeu renunciatione de non ſuccedendo
ceſſat illa ratio,& diſpoſitio cap.cum ceſſan-
te cum vulgat.de appella.conſequenter va-
lere debet.
9 His non † obſtantibus contrarium ſanc-
cierunt Imperatores, qui indiſcriminatim
ſtatuere pactum, vel renunciationem à filia
factam dum nuptui traditur,qua ſe non pe-
tituram bona paterna vel materna promit-
tit, minime valere l.pactum quod dotali
C. de pact. l. pactum dotali C. de colla-
tio. Horum iurium rationem multipli-
10 cem eſſe interpretes docuerunt. Prima †
quo-



quoniam publicum ius priuatorum conuen-
tionibus tolli nequit ad textum vulgatum
in l. ius publicum ff. de pact. cum ſimili-
11 bus. at † ſucceſsio authoritate legis debe-
tur pro publica vtilitate introducta vt me-
diante ipſa propagatio quædam æterna &
veluti conſeruatio humanę ſocietatis fiat l.
12 final. ff. de legi. hæredi. Verum † hæc ratio
quæ ab interpretibus traditur non tuta eſt
quoniam poteſt filius ſeipſum ab hæreditate
priuare nedum expreſſe,ſed & tacite conſen-
tiendo exhæredationi de ſe factę vt ſuperius
dixi:præterea ratio hæc nimis generalis eſt,
ex ea enim ſequeretur nullo caſu filios vel
filias poſſe ſucceſsioni parentum renunciare,
cum tamen multi caſus ab interpretibus re-
cenſeantur, in quibus id licet etiam ſecluſo
iuramento.
13 Secundam † ſcripſerunt rationem quod
ſcilicet indecens videatur, & veluti paternæ
charitati contrarium,vt filij ad paternam re-
uerentiam & illius obſequia pactionibus aſ-
tringantur,qui meritis potius id efficere de-
beant dixit Iuſtinian. in l. ſi quando §.1.C.
de inoffi.teſtam. quam rationem poſt vete-
res & Dida. reddit in cap.quamuis pactum
14 3.part.num. 1. de pact. in 6. Sed † neq. hæc
arridet ratio, nam text. in d.§.1.loquitur in
pacto affirmatiuo de ſuccedendo,nos in ne-
15 gatiuo, inter vtrumq. † autem lata eſt diffe-
rentia;primum enim votum captandę mor-
tis inducit; ſecundum minime.Rurſus pacto
affirmatiuo conuenit ratio illa reddita per
Iuſtinianum in d. §. 1. ſcilicet vt non valeat
pactum de ſuccedendo patri, quia filij hac
ſuccedendi ſpe non ſunt aſtringendi ad pa-
terna obſequia, qui alioquin ſecluſis pactio-
nibus illi ſeruire & obſequia præſtare tenen-
tur;hæc autem ratio pacto vel renunciationi
de qua agimus non quadrat, etſi enim non
valeret talis renũciatio,filij ad obſequia pa-
tri præſtanda non aſtringerentur.
16 Tertiam † rationem prodiderunt inter-
pretes quare pacta hęc improbantur; quia
filij renunciantes modica quantitate conten-
ti magnum remitterent incertum & incog-
nitum.Cęterum leges ſubditos talem ſubire
iacturam non patiuntur vt modico contenti
à lucroſa priuentur hæreditate argu. l.cũ hi.
de tranſac.& quę ibi glo.& alij Deci. conſil.
17 474.nu.4. Rationem † hanc impugnauit Di-
da.in loco nunc citato, quia inquit poteſt
quisquam renunciare iuri de futuro l.1.C.de
pact. maximè conſentiente eo,de cuius hæ-
reditate agitur l.fina.C.illo.titu.de pact.di-
xi hoc lib.ſectio.1. quæſt.2. & 3. quare cum
in caſu d.l.pactum dotali conſenſus interue-
niat paternus, ſequitur renũciationem ex eo
inualidam iudicari nõ poſſe, quia remittatur
futura hęreditas modico accepto:His addẽ-
dum quod tex.in d. l. 1. & in d. l.fina. C.de
pact.loquũtur indiſtincte & generaliter,poſ-
ſe renũciari ius de futuro, ſiue quid modicũ,
aut magnum recipiatur, intercedente tamen
conſenſu illius,de cuius agitur hæreditate.
18 Tertiam † reddunt rationem ſcriptores,
quia ſicut non debet eſſe quisquam ſolicitus
de hæreditate viuentis quærenda l. 2. §. in-
terdum ff.de vulga.d.l.1.cũ ſimi. C.de pact.
ſic nec de ea amittenda vel renuncianda:ſed
hæc ratio deterior eſt,quoniam vt modo di-
cebam licet voluntate eius, de quo agitur,
ſuper illius hæreditate paciſci, tum licet fi-
lio ſe abdicare à ſucceſsione paterna volun-
tarie,dixi in principio quęſtionis; Tertio,la-
ta eſt differentia inter pactum affirmatiuum
de ſuccedendo & negatiuum,illud votũ cap-
tandę mortis inducit,hoc minimè, vt modo
aliàs multas prętercam.
19 Quartam † rationem addidit Dida. in d.
cap.quamuis pactum 3.par.in initio.num.1.
ad medium,non valere renunciationem quia
filius etiam conſentiente patre non renun-
ciat, neq.renunciare poteſt regulariter legi-
timę portioni,quę ſibi in bonis parentũ de-
bita eſt, vt dixit ſe ſcripſiſſe in cap.Reynal-
20 dus §.2.nu.2.de teſtam. Indigna † certè tan-
to viro ratio,nuſquam enim auditum eſt, nõ
poſſe filium expreſſe legitimę portioni re-
nunciare. l. ſi quando §. & generaliter C. de
inof.teſta.vbi à Barto. cæteri omnes docue-
runt.aſſerit communem ex multis Graſſ. in
§.legitima quęſtio.3.num.11.12. Sed & idẽ
Dida.in eo ad quem ſe refert loco contrariũ
aperte affirmat,dum multis oſtẽdit rationi-
bus poſſe filium conſentire grauamini legi-
timę à patre adiecto in teſtamento, nec non
poſſe exhęredationi,& pręteritioni paternæ
conſenſum præſtare, & ſe ab hęreditate pri-
uare id ipſum Gutier.in locis ſupra adductis.
21 Quintam † ſuperaddere præter alios li-
bet,etſi videam periculoſum iuſtam deciſio-
nis d.l.pactum dotali rationẽ reddere text.
igitur ille nõ immerito in filia loquitur, quę
dote contenta nullum ad bona paterna re-
greſſum habituram promiſit; quaſi aliud vo-
22 luiſſe in filijs videatur. Ratio † diuerſitatis
maxima eſt, quoniam fœminę vti verecun-
diores, minusq.audaces quam viri facilè an-
nuunt votis parentum;vt de fœmina contra-
hente matrimonium dixit eleganter Gra-
tian. in cap. honorantur 32. quæſt. 2. ſcripſi
lib. 1.compara. 11.in verſic. Quarto declara
23 quoties præceſsiſſent aliqua verba: Rurſus †
ſit ipſarum conſilium infirmum & fragile l.ſi
24 pater in fine C. de ſponſa. Et † eędem ipſæ
mulieres fragiles dicuntur,imbecilles,& in-
firmę, qua de re maxime Velleiano S. C. iu-
uantur